UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiae Moralis Super Decalogum Seu Decem Dei Praecepta Pars ...

Tractatus V. Ad Præcepta II. Tabulæ De Delictis Contra Justitiam, Seu Injusta læsione Proximi in Bonis Animæ, Vitæ seu Corporis, Famæ, Fortunæ & c. Ac Restitutione Inde Debita

Sporer, Patricius

Salisburgi, 1713

urn:nbn:de:hbz:466:1-60167

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

THEOLOGIÆ MORALIS SUPER DECALOGUM

TRACTATUS V.

AD PRÆCEPTA II. TABULÆ

DE DELICTIS CONTRA JUSTITIAM,

SEU

Injusta læsione Proximi in Bonis Animæ,

Vitæ seu Corporis, Famæ, Fortunæ &c.

AC RESTITUTIONE INDE DEBITA.

PARS V.

AUTHORE

P. F. PATRITIO SPORER

Passavienſi, Or. FF. Min. Recollect. Prov. Argent.

SS. Theol. Lectore Iubilato.

Post Propositiones ab Alex. VII. Innoc. XI.

& Alex. VIII. damnatas.

EDITIO QUARTA,

Ex permissu Superiorum, & cum Privilegio S. C. Majestatis



MD. CC. XIII.

SALISBURGI, Sumpt. & Typis JOANN. JOSEPHI MAYR,

Aulico-Academici Typogr. & Bibliopolæ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

06
ISP
1295(4)-5

Universitätsbibliothek Paderborn
20
89138688

Mandatum A. R. P. Ministri Provincialis.

F. Franciscus Selder Ord. FF. Min. Recoll Prov. Argent. Minister Provincialis &c. V, P. Demetrio Widman SS. Theol. Lectori Ordinario Salu. in Domino.

CUm post evulgationem Tyrociniorum Sacramentalium à M. V. P. Patritio Sporer, Provinciæ nostræ SS. Theol. Lectore Jubilato compositorum; ubique passim, nedum à nostris, sed etiam extraneis tamReligiosis,quàm Parochis, avidè affectentur,& optentur cæteræ quoque materiæ ab eodem Præfato super Decalogum conscriptæ; hinc ut omnium desiderio satisfiat, Tibi ad majus meritum salutaris Obedientiæ hisce injungo quatenus easdem sedulò colligas, meliori modo, quo visum fuerit, disponas, ac dispositas, à te,& aliis SS. Theol. Lectoribus ad id deputatis lectas ac censas, prælo oportunè committas. Dabam in Conventu nostro Augustano die 13. Junij. 1686.

(L. S.)

F. FRANCISCUS

PRIVILEGIUM CÆSAREUM.

CUm S. Cæsareæ Majest. Privilegio cautum sit omnibus & singulis Typographis & Bibliopolis, ne libros à nostri Ordinis Patribus editos, vel imposterùm edendos imprimant, recudant, aut alibi recusos intra S. R. Imperij, Regnorúmque ac Ditionum hæreditariarum Domus Austriacæ fines adducant, vendant, vel distrahant absque assensu & facultate dictorum Patrum sub gravissima mulcta &c. Hinc Ego F. FRANCISCUS SELDER, Ord. FF. Min. Recoll. Prov. Argent. MINISTER Provincialis, JOAN. BAPTISTÆ MAYR, Typographo Aulico & Academico Salisburgi in impressione Theologiæ Moralis super decem Præcepta Decalogi à M. V. P. PATRITIO SPORER ejusdem Provinciæ Lectore Jubilato, ac Diffinitore compositæ, per præsentes facultatem concedo utendi dicto Privilegio. In quorum fidem has mea manu subscriptas, & Officij Sigillo munitas dedi in Conventu nostro Augustano die 13. Junij 1686.

(L. S.)

F. FRANCISCUS
qui supra.

FA.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

FACULTAS

Admodùm Peverendi

P. MINISTRI PROVINCIALIS.

EGo F. Francisgus Selder, Ord. FF. Min. Recoll. p. t. Provinciæ Argent. Minister Provincialis, hiſce facultatem, quantùm in me eſt, concedo, ut *Tractatus quintus Theologiæ Moralis* super *Decalogum*, à M. V. P. Patritio Sporer, Provinciæ noſtræ SS. Theologiæ Lectore Jubilato, conſcriptus, ac à Theologis ad id deputatis lectus ac cenſus prælo dari poſſit. In cujus fidem has Officii mei ſigillo munitas dedi in Conventu noſtro Auguſtano die 13. Jun. 1686.

(L. S.)

F. FRANCISCUS
qui ſuprà.

Approbationes Theologorum Ordinis.

APPROBATIO I.

QUintam Partem *Theologiæ Moralis Decalogalis super Præcepta secundæ Tabulæ* à M. V. P. PATRITIO SPOERER. Ord. FF. Min. Recoll. Almæ & Antiquissimæ Prov. Argentinæ *SS. Theolog. Lect. Iubilato*, conscriptam sedulò percurri, nec in ea quidquam factis & religiosis moribus adversum reperi, sed denuò moralem doctrinam ex Probatissimis Theologis non facili labore, facillima autem methodo pro Confessariorum usu collectam, propterea dignissimam judico, quæ prælo detur, & cum cæteris Partibus jam jam Typographiæ beneficio juris publici factis, ab omnibus cordatis Lectoribus semper magis commendetur.

Ita censeo ex Conventu nostro Passavienſi ad S. Annam 27. Novembr. 1686.

F. LUCHESIUS MANGOLT, eusdem Ordinis ac Conventûs Passaviensis p. t. *SS.* Theologiæ Lector Ordinarius.

APPROBATIO II.

HÆc quinta Pars *Theologiæ Moralis super Decalogum* maximè in *Præcepta secundæ Tabulæ* non minori sedulitate, styli claritate, usuque facilitate, ac superiores jam in luce publica notæ ac passim dilaudatæ Partes à M. V. P. PATRITIO SPOERER, Ord. Min. Recoll. Almæ & Antiquissimæ

quissimæ Provinciæ Argentinæ SS. *Theol. Lect.* Jubilato ex Gravioribus, Accuratioribus, etsi fusioribus Doctoribus extracta & comportata sine ullo fidei & religiosorum morum errore, meritissimo jure bono publico, præsertim animarum Pastoribus per prælum debetur.

Ita sentio ex Conventu nostro Salisburgensi ad D. V. Assumptam 18. Decembr. 1686.

F. RODERICUS SCHNABL.
ejusdem Ordinis & Provinciæ in præfato Salisburgensi Conventu SS. Theol. Lector Ordinarius.

APPROBATIO. III.

CVm hic Quintus Tractatus *Theolog. Moralis Decalogalis in Præcepta secunda Tabulæ* à M. V. P. PATRITIO SPORER, *Ord. FF. Mn. Recoll.* Almæ nostræ Provinciæ Argentinæ SS. Theol. Lectore Jubilato laboriosè conscriptus, & à me iteratò relectus, Orthodoxæ Fidei, & bonis moribus contrarium nil contineat, sed materiam eorum Præceptorum, præsertim Quinti, & Septimi, clarissimè pariter & solidissimè explicet, casus vatios & mirabiles in praxi frequentissimos succinctè, nervosè, & doctè pro captu facillimo resolvat, præ cæteris sanè dignissimus est, ut in communem omnium, non tantum Confessariorum, sed & aliorum utilitatem in lucem prodeat.

Ita judicco in conventu nostro Salisburgensi 19. Decembr. 1686.

F. DEMETRIUS WIDMAN,
eusdem Ordin, & Provinc. in præfato Salisburgensi Conventu SS. Theol. Lector Ordinarius.

APPROBATIO.

Ex mandato Reverendissimi & Metropolitici Consistorii Salisburgensis.

LEgi Tractatum Quintum quintæ Partis ad Præcepta secundæ Tabulæ de Delictis contra Justitiam &c, ac Restitutione inde debitâ, à M. V. P. PATRITIO SPORER, FF. Minor. Recollect. Almæ & Antiquissimæ Provinciæ Argent. Professo, SS. Theologiæ Lectore Jubilato collectum, atque pari claritate doctrinâ, & solidate cum prioribus continuatum, nec in eo quidquam deprehendi, quod contra Fidem orthodoxam aut bonos mores censuram, sed in præcipuo censu à doctis haberi mereatur, ac proinde publicis typis insigniri.

Ita censeo

JO. JULIUS de MOLL, Prov. Austriacus Emin. Celsis. & Reverend. Princ. & Archiep. Salisb. Consiliarius Consistorialis. & Colleg. B. M. V. ad Nives Canonicus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SERIES
Capitum & Sectionum
Seu
Materiarum.

CAPUT I.

De scandalo velut homicidio Spirituali. pap. 7

SECTIO I.

De scandalo activo. 8

SECTIO II.

De scandalo passivo. 21

SECTIO III.

De inductione, & cooperatione ad peccatum alterius jam jam parati, & volentis peccare, vel aliàs certò peccaturi. 35

SECTIO IV.

De Obligatione scandalizantis proximum in bonis animæ. 82

CAPUT II.

De homicidiis licitis. 106

SECTIO I.

De homicidio ex justitia publica. 107

Sub SECTIO.

De irregularitate ex defectu lenitatis in Justitia publica. 135

SECTIO II.

De homicidio in bello justo. 164

SECTIO

SUBSECTIO.
De irregularitate ex bello justo, & injusto. 198
SECTIO III.
De homicidio per defensionem inculpatæ tutelæ. 204
SUBSECTIO.
De irregularitate ex homicidio ob defensionem facto. 239
SECTIO IV.
De homicid. in duello, saltem aliquando licito. 247
CAPUT III.
De homicidiis illicitis. 268
SECTIO I.
De Suiipsius occisione directa, & indirecta, ac mutilatione. 270
SECTIO II.
De homicidiis voluntariis illicitis proximi, maximè physicè patratis, & sua irregularitate. 300
SUBSECTIO.
De irregularitate ex homicidio voluntario, & mutilatione. 314
SECTIO III.
De homicidiis voluntariis moraliter causatis, per mandatum, consilium, cooperationem quamcunque: & sua irregularitate. 324
SUBSECTIO.
De irregularitate ex homicidio dubiè patrato vel causato. 362
SECTIO IV.
De homicidiis directè tantùm voluntariis, seu casualibus mixtis: & sua irregularitate. 371
SUB-

SUBSETIO.
De homicidio casuali moraliter causato, ex mandato, consilio &c. 386.
SECTIO V.
De homicidiis merè casualibus, & casibus ambiguæ irregularitatis. 395.
SUBSECTIO.
Casus ambigui irregularitatis ex homicidio c. 411.
SECTIO VI.
De restitutione ex homicidio debita. 434.
SUBSECTIO.
De dispensatione super prædictis irregularitatibus ex homicidio tam licito, quàm illicito. 459.
APPENDIX.
Ad sextum & nonum Præceptum. 475.
CAPUT IV.
In octavum Præceptum Decalogi.
De injusta læsione famæ, & honoris proximi: ac restitutione indebita. 485.
SECTIO I.
De suipsius diffamatione. 488.
SECTIO II.
De læsione interna famæ proximi per temerarium judicium, suspicionem, dubium de malo proximi. 500.
SECTIO III.
De injusta læsione externa famæ proximi per detractionem, calumniam &c. 515.
SECTIO IV.
De restitutione famæ læsæ alterius. 559.
SE-

SECTIO V.
De cauſis excuſantibus à reſtitutione famæ, & honoris. 586.
SECTIO VI.
De injuſta læſione honoris proximi, ejúsque reſtitutione. 600.
CAPUT V.
In ſeptimum, & decimum Præceptum Decalogi. 609.
SECTIO I.
Furti definitio, diviſio, malitia, materia, gravis, ac levis. 621.
SECGIO II.
De furtis minutis multiplicatis, ſeu continuatis reſpectu ejusdem, & diverſorum. Ubi ſimul defurtis domeſticorum. 645.
SECTIO III.
Furta excuſata, ſeu accepta per occultam compenſationem. 676.
SECTIO IV.
Iterum furta excuſata, ſeu accepta propter neceſſitatem extremam, vel gravem. 694.
SECTIO V.
De acceptione perſonarum, ac munerum. Ubi generatim de acceptis ob opus aliàs debitum, & ob cauſam turpem. 711.
SECTIO VI.
Defraudatio tributorum, vectigaliũ, gabellarũ 742
APPENDIX.
Crimina falſa, falſificando aliquid &c. 758

TRACTATUS V.

In V. & VIII.

PSÆCEPTUM DECALOGI.

DE

DELICTIS CONTRA JUSTITIAM.

SEU

De injusta læsione proximi in bonis animæ, vitæ, seu corporis, famæ, fortunæ, &c.

AC

RESTITUTIONE INDE DEBITA.

TEXTUS.

NON OCCIDES. *Exod.* 20.

Explicatio Præcepti.

QUinto hoc præcepto, simpliciter negativo, *Non occides*, prohibetur principaliter omnis injusta occisio hominis, & accessoriè etiam omnia voluntaria ad

injuſtam hominis occiſionem cooperativa ; inductiva, diſpoſitiva. Communis DD. Navar. *c.* 15. *n.* 1. Filiucius *Tractatione* 29. *c.* 1. Marchant. *tomo* 1. *tract.* 6. *tit.* 1. *q.* 1.

Inprimis, non omnem, ſed ſolam injuſtam hominis occiſionem, hoc præcepto prohiberi, declarat ipſa S. Scriptura, quæ ſicut aliqua homicidia vetat, & prohibet: ut Geneſ. 9. *Quicunque effuderit ſanguinem hnmanum, fundetur ſanguis illius; ad imaginem quippe Dei factus eſt homo* : itaque aliqua homicidia permittit, imò præcipit: & commendat, ut Exodi 22. *Maleficos non patieris vivere.* Et alibi paſſim. Deinde non ſolùm homicidia iſta injuſta, ſed omnia etiam ad homicidia cooperativa, inductiva, vel diſpoſitiva hoc præcepto prohiberi, propter claram rationem, declarat Christus Matth. 5, *Audiſtis, quia dictum eſt antiquis: Non occides. Qui autem occiderit, reus erit judicio: Ego autem dico vobis: Quia omnis, qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio, Qui autem dixerit fratri ſuo racha: reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.* Ubi Christus ad hoc præceptum, *Non occides*, revocat tres gradus iræ, tanquam cauſas præcedentes, & diſpoſitivas ad homicidium : utpote 1. Iram ſolo corde retentam: *qui iraſcitur*: 2. Iram erumpentem in vocem indignationis, non tamen expreſſam injuriam proximi ſignificantem : *Qui dixerit fratri ſuo racha.* 3. Iram erumpentem in vocem indignationis, & expreſſam injuriam proxi-

mi significantem : *Qui dixerit fratri suo fatue.* Et per consequens multò magis volens excludere iram in ipsum opus, verberando, vulnerando. Nam *ibid. v.* 38. postea excludit pœnam Talionis antiquis permissam, dicens : *Audistis, quia dictum est : oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico vobis non resistere malo : sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram.* Ex quibus omnibus constat, hoc præcepto non solùm prohiberi homicidium, sed etiam omnem injuriam hominis vitæ inferendam, atque omnia ad homicidia inductiva, vel dispositiva corde, ore, & opere : hac serie.

Series prohibitorum.

I. ERgo hoc præcepto, & principaliter in ter- 2
minis prohibetur omnis injusta occisio hominis, sui ipsius, vel proximi : cujus species sunt, homicidium simplex, parricidium, sacrilegium, abortus, latrocinium, veneficium : atque insuper omnis ad ejusmodi hominis occisionem voluntaria, positiva, vel negativa, vera moralis cooperatio, quæ numeratur novemplex tritis illis versibus.

Jussio, consilium, consensus, palpo, recursus,
Participans, mutus, non obstans, non manifestans.

De quibus *Tract. præced.* suo loco sufficienter.

II. Prohibentur omnia consilia inductiva, & di- 3
spositiva proximè, & ipso opere, quæ scilicet homicidium antecedere, aut comitari solent, videlicet omnis proximi injusta læsio, percussio, vulneratio

mutilatio, incarceratio, tortura, præparatio armorum, veneni &c. omnísque injusta violentia in hominis mortem, vel grave nocumentum corporale cedens, sive deinde talis actu intendat mortem, vel grave vitæ nocumentum, sive non, dummodò advertere debuerit inde secuturum periculum mortis, vel grave nocumentum vitæ proximi: omnia semper sunt mortalia contra quintum præceptum, *Non occides*: sumúntque speciem peccati à termino, seu ipso homicidio, quod inde sequitur, vel sequi poterat, v. g. percussio, vulneratio, vel quævis violentia in patrem, matrem, Clericum &c. sive morte secuta, sive non, induit rationem, & speciem parricidij matricidii, sacrilegij, & sic de cæteris. *Ratio est*: quia media adhibita sumunt suam speciem à fine, ad quem, sive ex natura sua, sive ex intentione operantis ordinantur.

4 III. Prohibentur omnia ad homicidia inductiva, & dispositiva propinquè, opere, & ore: utpotè omnis clamor, contentio, rixæ, omnes comminationes, irrisiones, detractiones, maledictiones, imprecationes, omnes contumeliæ verbales (quæ propriè dicuntur exprobratio malorum culpæ. ut si quis dicatur fur, adulter &c.) omniáq; convitia, quæ propriè sunt exprobratio malorum naturæ, & pœnæ, ut si quis dicatur stultus, idiota, spurius &c. Quæ quidem omnia, secundùm se absolutè peccata sunt, aut generaliter contra Charitatem, aut specialiter etiam contra justitiam octavo Præcepto prohibita, quatenus nimirùm iis honor, & fama proximi læditur

læditur injustè: at verò quatenus fiunt ab eo, qui intendit, vel advertit saltem inde secuturas rixas, percussiones, vulnerationes, mortes, specialiter erunt peccata mortalia contra hoc præceptum, reducenda scilicet ad homicidium juxta speciem suam, sicut modò dictum de percussionibus: & consequenter eadem ratione in iis explicanda erit circumstantia intenti, vel prævisi periculi occisionis, vulnerationis &c. etiamsi ea secuta non sint: quia speciem mutat peculiari deformitate contra quintum Præceptum.

IV. Prohibentur omnia etiam inductiva, & dispositivi aad homicidium remotè, & corde: utpotè omne odium, ira, vindicta, omnísque actus internus consilij, vel voluntatis pravæ ad occidendum, vel graviter lædendum hominem: ex natura sua mortalia, contra hoc quintum Præcnptum, ut patet ex citato textu *c. 5. Matth.* Ratio est: quia consentire in id, quod est peccatum mortale, utique mortale est: sed qui odio, ira, consilio,, aut voluntate quavis mala deliberatè fertur in hominis occisionem, vel læsionem gravem, formaliter, vel virtualiter saltem in eam consentit, quæ est peccatum mortale ergo &c. Ubi tamen duo sunt notanda. *Unum*, quando prædicta dispositiva ad homicidium, corde, ore, & opere concurrunt ad actuale homicidium, vel gravem læsionem proximi, tunc unum tantùm moraliter constituunt peccatum, mortale: quia omnia sub uno fine intento uniuntur; ut proinde sufficiat in Confessione fateri actum

principalem, v. g. *occidi*, vel *taliter læsi hominem*: Secus quando seorsim exercentur homicidio non secuto, juxta communem doctrinam in materia de peccatis. *Alterum* est, Confessarium in examinando hoc Præcepto debere inverso ordine incedere. 1. Interroget de peccatis cordis, odio, inimicitia, ira, invidia. 2. de peccatis oris, contentione, maledictis, convitiis. 3. De peccatis operis, verberatione, aliáve læsione corporis. 4. Tandem, sed raro, de secuto homicidio. 5. De scandalo activo, vel passivo, velut quodam homicidio spirituali, & veri læsione animæ. De odio, inimicitia, & reliquis velut dispositivis ad homicidium, consultò jam actum est *Tract. 2. c. 6.* per totum. Ut ergo Confessarius plenam habeat notitiam peccatorum contra hoc Præcptum, Tractatum hunc per quinque Capita digeram. 1. De scandalo activo, & passivo velut animæcidio spirituali, & restitutione inde debita. 2. De homicidiis licitis. 3. De homicidiis illicitis & restitutione inde debitâ. Subjunctâ brevi expositione, & remissione sexti, & noni Præcepti. 4. Et in octavum Præceptum, de injusta læsione famæ, & honoris Proximi. Et tandem Caput. 5. in septimum, & decimum Præceptum, de injusta læsione proximi in bonis fortunæ. In nomine Domini incipiat.

CAPUT

CAPUT I.

De Scandalo, velut homicidio spirituali, seu de injusta læsione proximi in bonis animæ.

BOnum animæ spirituale idem est, ac bonum 1
morale, divinæ gratiæ, virtutis, ac honestatis & justitiæ : ab oppositio malum spirituale animæ idem est, ac malum mortale culpæ, seu peccati, adeóque damnificare proximum in bonis animæ, seu in bono spirituali, idem est ac abducere aliquem à bono gratiæ, & virtutis, & inoucete in peccatum, seu vitium, quod propriè dicitur scandalum activum : éstque velut spirituale homicidium, vel si mavis dicere, animæcidium. Unde & hoc peccatum, etsi directè contra Charitatem Theologicam militet, aptè tamen reducitur, & examinatur in quinto Præcepto. Itaque *Scandalon* græcè, latinè offendiculum, seu pedis impactionem significat, *teste D. Hieronymo in c. 15. Matth.* In proposito significat offendiculum, periculum, seu occasionem peccati, vel ruinæ spiritualis alterius. Et aliud dicitur *activum*. scilicet ipsa actio præbens alteri occasionem peccandi, & ruinæ spiritualis. Aliud *passivum*, & est ipsa ruina spiritualis proximi: & omnium maximè homines se invicem scandalizant, animásque lædunt odio, & inimicitia. Res rursus valdè deli-

cata, innumeris casibus intricata, insuper frequentissimæ praxis, quatuor Sectionibus accuratè explicanda est. 1. De scandalo activo. 2. De scandalo passivo. 3. De inductione, ac cooperatione ad peccatum alterius jam parati, vel volentis peccare, aut aliàs certè peccaturi. 4. De obligatione scandalizantis pro damnificatione proximi in bonis animæ.

SECTIO I.

De Scandalo activo.

SUMMARIUM.

2. Usque ad n. 6. *Explicatur definitio scandali activi.*
6. *Scandalum activum aliud directum.*
7. *Aliud indirectum.*
8. Usque ad n. 12. *Quod variis modis contingere solet.*
13. *Scandalum activum tam directum, quàm indirectum ex genere suo mortale.*
14. *Etiam veniale esse potest pro ratione materiæ.*
15. *Et (saltem directum) probabilius est peccatum speciale contra Charitatem:*
18. *Ideóque necessariò explicandum in Confessione una cum specie peccati, & circumstantiis personæ inducta.*
19. Usque ad n. 22. *Exempla varia.*

DEFINITIO.

2 SCandalum activum est *dictum, vel factum minùs rectum præbens alteri occasionem ruinæ spiritualis.* Communissima S. Thom. 2. 2. q. 43. a. 1. Explico breviter.

3 I. *Dictum, vel factum*: Nam sola externa peccatoris, & operis, non utique interna & occulta cordis,

cordis hominem in peccatum seu ruinam spiritualem inducere possunt. Sub nomine autem dicti, vel facti, etiam comprehendi debet omissio externa, seu non dictum, non factum: v. g. omissio Sacri, Horarum &c. scandalizare potest, ut notant DD. communiter.

II. *Minùs rectum, seu debita rectitudine carens*: 4
hoc est: aut malum, aut speciem mali habens. Non enim opus est ad scandalum, ut dictum, vel factum ex se, & naturâ suâ malum, vel peccatum sit, sed sufficit, quód speciem mali habeat, aut habere possit, ex circumstantiis personæ, loci, temporis, saltem respectu infirmorum, ut mox patebit exemplis. Quodsi ergò quidpiam bonum, vel non malum, nec speciem mali habens facias, ex quo tamen alii ansam peccandi sumant, non erit scandalum activum, nec peccatum, sed merè passivum ipsimet imputandum.

III. *Præbens alteri occasionem ruinæ spiritualis*, 5
scilicet peccati. Debet autem esse occasio vera, vel ex intentione operantis, vel saltem ex natura, vel circumstantiis ipsius operis orta, & apta ad inducendum alios in peccatum: & non solùm imaginaria, longè petita, non solùm ex aliorum malitia acceptata. Cæterùm etiam necesse non est ad peccatum scandali, ut ruina proximi re ipsa sequatur, sed sufficit, quòd suâpte naturâ ex tali opere cum his circumstantiis considerato sequi possit, & ita sequi prævideatur: ut notat ipse *D. Thomas cit. a. 2.* Unde ulteriùs nec opus est ad peccatum scan-

dali, ut ruina proximi directè sit volita & intenta, sed sufficit, ut sit prævisa ex dicto, vel facto tuo secutura, & sic eo ipso indirectè volita, & intenta. Ex hinc.

IV. Scandalum activum aliud dicitur directum, seu, ut alii loquuntur, inductivum, aliud indirectum, & occasionativum tantùm.

Scandala directa.

6 SCandalum activum directum, scilicet directè volitum, ac inductivum dicitur, cùm quis directè ex proposito, jussu, consilio, suasu, exemplo vult, & intendit alterum inducere in peccatum. Et hoc iterum dupliciter quoad formale, & quoad materiale tantùm. Scandalum directum quoad formale est, cùm quis directè intendit ipsam ruinam spiritualem proximi, seu ipsum peccatum formaliter, quatenus offensa DEI, & mors animæ est, & hoc propriè scandalum diabolicum, & omnium peccatorum contra proximum gravissimum, tantoque gravius homicidio corporali, quantò excellentior est vita animæ, quàm corporis. Et tale scandalum in hominibus expresè, & formaliter (nisi desperatissimæ malitiæ, magis, sagis &c.) rarò reperiri, benè notat Valentia *tom. 3. disp. 3. q. 18. puncto 2. §. accedit quarto.* Scandalum directum quoad materiale est, cùm quis directè intendit solum actum proximi, non quatenus formaliter peccatum, ruina proximi, vel mors animæ est, sed ob aliam rationem, vel finem, utpote propter delectationem, vel utilita-

utilitatem aliquam, ut qui solicitat aliam personam ad peccatum carnale, ebrietatem, furtum, vel homicidium secum perpetrandum, gravissimè utique peccat peccato scandali, etsi directè minimè intendat ruinam proximi, & peccatum formaliter, sed solùm actum proximi ob suam delectationem, vel commodum aliquod temporale. Quia tamen tali actui ruina spiritualis proximi necessariò annexa est, ideò inducens ad talem actum, indirectè etiam necessariò vult, & intendit ruinam spiritualem, & peccatum proximi, indéque gravissimam malitiam trahit.

Scandala indirecta.

SCandalum activum indirectum, seu indirectè tantùm volitum, ac occasionativum tantùm dicitur, cùm quis actu suo, vel omissione sciens, & advertens aliis dat occasionem peccandi, & velut exemplo suo provocat ad peccatum, etsi ipse directè nullo modo velit, & intendat inducere alios ad peccandum: nihilominùs, quia talis dicto, facto, vel omissione sua prævidet, vel prævidere debet, alios inde lapsuros, & nihilominus facit, rursùs indirectè convincitur velle ruinam spiritualem proximi. Quòd rursus contingit variis modis. 7

I. Dicendo, vel faciendo aliquid, quod ex se malum est, & inductivum alterius ad peccatum, ut qui coram aliis lascivè se gerit, turpia dicit, vel cantat, die prohibito carnes vorat &c. advertens, vel advertere debens alios ad similia, vel alia peccata excitan- 8

citandos vel inducendos: non enim semper committit peccatum scandali, qui coram aliis peccat, sed qui advertit, vel advertere deberet, esse periculum alios quoque ad peccatum commovendi; contingere enim potest, peccantem coram aliis ita esse vilis, vel malæ vitæ, & famæ, alios verò adeò prudentes, & constantes in virtute, ut nemo ejus malo exemplo moveatur, quin potiùs aversentur.

9 II. Fit scandalum indirectum dicendo, vel faciendo aliquid, quod ex natura sua non est malum, speciem tamen mali præsefert, ex quo quis prævidet vel prævidere debet alios scandalizandos, vel de facto scandalizari advertit. Exemplum habes de Clerico, qui domi suæ fœminam populo suspectam alit, etsi ponatur nullum subesse peccatum, nec periculum peccati, tamen ad amovendum publicum scandalum, & malum detractionis, vel contemptûs statûs Clericalis ex illa mali specie oriturum, tenetur sub mortali eam mulierem dimittere; ut docent unanimiter DD. & expressè decernit Concil. *Trid. sess. 25. c. 14. de reform.* juxta præceptum Apostoli 1. ad Thessal. 5. *ab omni specie mali abstinete vos.* Et 1. *ad Corinth.* 8. De eo, qui in Idolio (id est in loco, ubi carnes Idolis immolatæ comedebantur) recumbebat, utique re per se non mala, tamen habente speciem mali ad scandalum infirmorum, severè monet dicens: *videto ne forte hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis viderit eum, qui habet scientiam, in idolio recumbentem: nónne scientia ejus, cùm sit infirma, ædifi-*

adificabitur ad manducandum idolothyta? Et peribit infirmus in sua scientia frater; propter quem CHRISTUS mortuus est? Lege exemplum planè heroicum Senis Eleazari 2. *Machab.* 6.

III. Etiam fit scandali peccatum indirecti dicendo, vel faciendo aliquid bonum de se, & justum, iis circumstantiis personarum, loci, temporis, quibus prævidet, vel prævidere debet aliquos offendendos, & speciem mali, vel occasionem peccati accepturos, V. g. Differit quis in Concione, vel conversatione contra hæreses, contra peccata carnalia, contra subtiles dolos injustitiarum &c. Zelo quidem bono ab ejusmodi sceleribus absterrendi: at prævidens, vel advertens pusillos inde sumpturos occasionem, vel periculum lapsûs, scandalizat, & abstinere debet. Quam ob causam alibi monuimus Confessarios debere esse valdè cautos in interrogatoriis, maximè sexti Præcepti. Huc spectant colloquia, & consortia, etsi de se sanctissima, tamen nimis familiaria, vel secreta cum fœminis, etsi alioquin, piis, & honestis, tamen aliis communi judicio, meritò suspecta, & scandalosa, aliáque peccata vitanda. 10

IV. Denique fit peccatum scandali non tantùm dicendò, vel faciendo, sed etiam tacendo, vel patiendo, tolerando, aut omittendo; non enim minùs scandalizant illi, qui etsi ipsi nihil mali, vel speciem mali habens agant, vel dicant, patiuntur tamen in sua præsentia, & maximè in sua familia, vel domo à sibi commissis dici, vel fieri ea, quæ alios scandalizant, 11

lizant, vel ad peccatum inducunt tacentes, dissimulantes, aut quod deterius, etiam arridentes, placere sibi ostendentes &c. In quo proinde maximè, cæteris longè gravius, & quasi dupliciter peccant, & contra Charitatem, & contra justitiam, vel officium suum Superiores, & Patresfamilias ejusmodi permittentes, vel dissimulantes, ut infrà iterum notabitur. Jam ergò videndum, quale, & quantum peccatum sit scandalum activum.

ASSERTIO I.

12 *Omne scandalum activum, quo quis dicendo, agendo, omittendo, jussu, consilio, exemplo, quocunque modo directè, vel indirectè alios in peccatum inducit, est peccatum ex genere suo mortale, vel etiam veniale pro ratione materiæ, seu peccati, ad quod inducit: Et saltem directum est peccatum speciale scandali contra Charitatem: ideóque necessariò explicandum in Confessione.* Communis, & certa Doctrina. Explico breviter per partes.

§. I.

Est peccatum ex genere suo mortale.

13 CErtissimum ex Sacris litteris. Terribilia sunt verba CHRISTI Matth. 18. *Væ mundo à scandalis. Necesse est enim, ut veniant scandala: verumtamen væ homini illi, per quem scandalum venit.* Et rursus ibidem, vers. 6. *Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus,*

ejus, & demergatur in profundum maris. CHRISTO consonat Apostolus *ll. cc.* & alibi sæpissimè: & generalissimè de re etiam licita agens ad Roman. 14. & 1. ad Corinth. 8. dicit: *Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem.* Ratio autem est evidens: quia scandalum directè repugnat præcepto naturali negativo Charitatis, & Misericordiæ; ne proximo noceas, & multò magis, ne proximum in peccatum inducas, quod est, omnium damnorum, quæ proximo inferri possunt, gravissimum: ergo scandalum est peccatum ex genere suo mortale. Addimus tamen.

§. II.

Mortale, vel etiam veniale pro ratione materiæ.

QUòdsi nimirùm proximum inducas ad peccatum mortale, peccabis mortaliter; si ad veniale, venialiter tantùm, quantùm est ex ratione scandali dati: quod tamen additum ipsi actui scandaloso, aut ex non peccato, facit peccatum mortale, vel veniale; aut ex veniali facit mortale, aut ex mortali facit duplex. Nam 1. Si actu de se non malo, v. g. secreto, vel licito consortio cum fœmina alterum inducas ad veniale tantùm, v. g. levem suspicionem mali, peccas simplici peccato scandali; si ad mortale aliquod, peccas simplici peccato mortali scandali. 2. Si actu venialiter malo alium 14

solùm

solùm adveniale inducas, v. g. colloquia vana, excessum in ludo, potu &c. peccas duplici peccato veniali: si peccato tuo veniali alterum ad mortale inducis, v. g. levi deceptione in lusu, colludentem ad graves blasphemias, &c. cessat illud esse veniale, & verè fit peccatum mortale. Ut si Religiosus, vel Clericus loquatur, vel conversetur scurriliter, in potu excedat coram sæcularibus cum gravi eorum contemptu statûs sacri. 3. Si actu de se mortaliter malo, alium solùm ad veniale induxisti, v. g. ad levem contemptum statûs, vel personæ, ultra proprium peccatum mortale, ratione scandali manet solùm peccatum veniale, ideóque nec necessariò confitendum: si verò actu tuo de se mortaliter malo etiam alium, vel alios ad mortale induxisti v. g. tactu libidinoso ad consensum turpem, &c. jam duplici peccato mortali peccâsti, uno proprio, altero alieno scandali, ideóque necessariò explicando in Confessione: juxta mox dicenda §. 4. Cæterùm monent DD. communiter. Sanch. *lib.* 1. *Moral. c.* 6. *à n.* 6. Diana *p.* 5. *t.* 7. *resolut.* 3. multos excusari à peccato scandali mortali contrahendo, & confitendo ex eo, quòd ve ipsi tam pravis moribus imbuti sint, ut eorum pravum exemplum nihil, vel parùm alios moveat; aut alii tam pravi facilè proclives sint ad peccandum, ut qui eis exemplo malo præit, non censeatur eos moraliter inducere.

§. III.

§. III.

Et saltem directum, est peccatum speciale scandali.

CErtum apud omnes, scandalum directum, quo 15
directè intenditur ruina proximi, esse peccatum speciale contra Charitatem proximi omnium gravissimum, ideóque specialiter explicandum in Confessione unà cum specie peccati, & circumstantiis personæ inductæ. V. g. Si loquaris turpia, ut alium, vel aliam ad turpia pertrahas, oportet explicare, ad quæ turpia inducere volueris, an ad fornicationem, adulterium, sacrilegium &c. Quia tunc peccatum talis scandali, non est solùm contra Charitatem debitam proximo, sed etiam contra illam aliam virtutem oppositam, Castitatem, justitiam &c, eadem enim virtus, quæ directè me obligat ad Castitatem servandam in mea persona, eo ipso indirectè etiam me obligat, ne sciens, & volens procurem proximum à virtute Castitatis dejicere.

Porrò etiam scandalum indirectum, & occasio- 16
natum, quo directè non intenditur ruina proximi, sed solùm ex nostra actione, vel exemplo malo secutura prævidetur, esse speciale peccatum contra Charitatem, docet communior *DD. Navar. Sylv. Sotus, Valentia, Suarez*, aliisque cit. Laym. *lib.* 2. *tract.* 3. *c.* 13. *n.* 5. §. *Porro circa Scandalum.* Lugo *de pœnit. disp.* 19. *Sect.* 5. Tamb. *Opusculo de confess. lib.* 2. *c.* 1. §. 17. Ratio est: quia hoc scandalum, etsi indirectè tantùm intentum, reverà tamen est causa injusta, vel iniqua damni spiritualis,

seu peccati proximi; atqui in omni peccato damnifico commisso in proximum sufficit voluntarium indirectum, ponendo scilicet voluntariè causam ex qua providetur secuturum damnum proximi, etsi id directè non intendatur: ergo etiam ad speciale peccatum scandali contra Charitatem sufficit voluntarium indirectum, scilicet exercere talem actum, ex quo prævidetur secutura ruina spiritualis proximi, etsi ea directè non intendatur.

17 Contrarium tamen docent *ex S. Thoma, Palud. Durandus, Azorius, Vasq. Sanch. alij apud Laym. citati*; Nimirùm eum, qui solo exemplo, vel actu suo alterum induxit ad peccandum, non tamen intendendo ejus ruinam spiritualem, non committere peccatum speciale scandali, (Ratio Sect. 3. patebit) sed ipso facto peccare eo genere peccati, ad quod alterum induxit. V. g. Inducens alterum ad ebrietatem, vel furtum exemplo suo ipse se inebrians, vel furans, peccabit duplici peccato ebrietatis, vel furti; uno proprio, & altero alieno: & non alio speciali scandali contra Charitatem. Utraque Sententia probabilis est, prior tamen probabilior: sed in praxi, & in ordine ad Confessionem omninò perinde. Qui enim alterum inducit ad peccatum, sive peccet peccato scandali, sive solùm eodem genere peccati, ad quod alterum induxit, certum est, quòd præter actum suum peccaminosum (si aliunde talis sit) peccet alio distincto peccato ratione peccati proximi: quod, si mortale sit, in Confessione distinctè explicandum necessariò erit. Vide de his plura *apud Lugo, & Tamb. citt.*

§. IV

§. IV.

Ideóque necessariò explicandum in Confessione.

I. IN confitendo ergo peccato scandali. 1. Ultra proprium peccatum, si mortale sit, v. g. verba vel actus libidinosi, ebrietates, detractiones, furta &c. necessariò explicandum est peccatum adjunctum scandali in specie una cum circumstantiis personarum inductarum; ut si personam ligatam, consanguineam, sacram &c. in peccatum carnale induxisti. Ratio dicta est *præced.* §. in initio. Imò quandoque etiam explicanda est circumstantia personæ scandalizantis: ut si Superior, Prælatus, Parochus subditos; parentes; vel Patresfamilias filios, vel domesticos; Magistri Discipulos; Confessarii pœnitentes &c. scandalizârunt; tales enim cæteris longé gravius peccant scandalizando, non tantùm contra Charitatem, sed plerumque etiam contra justitiam, cùm tales ex officio naturali jure peccata suórum corrigere obligentur: ut bene notat Marchant *tribunal. tomo 2. tract. 2. tit. 4. Sect. 2. q. 1. §. 6. dub. 3. Regula 1.* 18

II. Scandalizans tenetur etiam explicare numerum, vel (quia plerumque hoc non potest) saltem pluralitatem personarum scandalizatarum à se v. g. dicendo: scandalo fui pluribus, multis, plurimis; auget enim id malitiam substantialem actûs ex pluralitate ruinarum spiritualium. Et sine dubio non satisfaceret, qui plures induxisset ad ebrietatem, detractiones &c. diceret solùm: scandalizavi aliquem. *Communis DD. apud cit.* 19

20 III. Qui peccavit cum complice v. g. peccato carnis, furti, necessariò explicare debet in Confessione, si ipse alterum ad peccatum induxit, jussu, consilio, exemplo, suasu &c. Item an invitum an facilè consentientem, vel paratum, etsi enim gravius peccet, qui invitum ad peccandum pertrahit, quia talis & voluntatem, & actum peccandi in proximo causat: tamen etiam peccato scandali peccat, qui alterum de se paratum ad peccandum prior inducit: quia, licèt talis non causet voluntatem, causat tamen hîc, & nunc actuale exercitium peccati, ut absque ejus inductione hîc, & nunc non fieret, ut notant *cum Navar. c. 21. a. 26.* DD. communiter. Vir ergo inducens in peccatum fæminam invitam, exprimere debet se induxisse: non item si parata, vel voluntaria fuit: quia ex communiter accidentibus, & contingentibus præsumitur, & à Confessario facilè intelligitur virum petiisse: ut cum aliis notat Laym. *cit. a n. 6.*

21 IV. Qui alterum induxit ad peccatum injustitiæ, furti, homicidii &c. directè jussu, consilio, auxilio, vel cooperatione propinqua, tenetur simul cum altero ad restitutionem, juxta tamen dicta sup loco: talis enim non solùm peccat contra Charitatem respectu ejus, quem ad peccandum induxit vel adjuvit, sed etiam contra justitiam respectu illius tertij, cujus damnum positivè, & directè promovit: at verò qui solùm suo exemplo indirectè tantùm alterum ad furtum v. g. induxit, non tenetur ad restitutionem pro illo, quia talis solùm peccavit contra Charitatem in proximum exemplo suo

suo, non item contra justitiam respectu tertii: quippe cujus damnum ipse non tenebatur impedire ex justitia. *Ita valent. Sanch. Vasq. alii* cum Laym. *cit. n.* 6. §. *Qui alterum.* Sed de hoc ex professo in septimo Præcepto.

SECTIO II.

De scandalo passivo.

SUMMARIUM.

22. *Scandalum passivum duplex* datum & acceptum.
24. *Scandalum meré passivum non quidem semper.*
25. *Sed solùm aliquando vitari debet.*
26. *Aliquando autem objustam causam permitti potest.*
27. *Imò aliquando permitti etiam debet.*
28. *Ut quando occurrit præceptum divinum vel humanum magis obligans ad agendum aliquid, quàm omittendum illud timore scandali passivi*
30. *Unde ob scandalum pusillorum omittenda non sunt spiritualia ad salutem necessaria.*
31. *Bona autem spiritualia ad salutem non necessaria ob scandalum pusillorum occultari, vel aliquantùm differri debent, donec reddatur ratio facti*
32. *Imò bona temporalia quandoque dimmittenda sunt, si sine gravi proprio, vel tertii incommodo fieri possit.*
33. Vsque ad n. 38. *resolvitur casus, an Matrona vel Virgo, sciens se ab aliquo turpiter amari, quoties ab eo videtur, possit se permittere ab illo videri, aut* 2. *se videndam per fenestras præbere, aut* 3. *prodeundo in publicum illi occasionem videndi facere?*
38. Vsque ad n. 40. *resolvitur, qualiter, & quantùm liceat fœminæ se ornare sine peccato scandali?*
40. *An, & qualiter liceat fœminæ saltare prævio scandalo?*
41. *An, & quos tactus permittere possit inter saltandum?*

SCandalum passivum est ipsa ruina spiritualis 22
proximi in peccatum, contingens ratione di-

cti, vel facti alterius minùs recti : ideóque opponitur ſcandalo activo tanquam cauſæ ſuus effectus; atque iterum duplex uſt; *datum*, & *acceptum*. Scandalum paſſivum datum eſt, quod verè oritur ex alterius dicto, vel facto minùs recto, ex natura ipſius actionis, quia reverâ mala eſt, vel ſpeciem mali habet, ut meritò inde proximus ſumat occaſionem ruinæ ſpiritualis : ut ſunt juſſiones, ſuaſiones, exempla prava &c. Et hoc ſcandalum datum proprie opponitur ſcandalo activo. Quod proinde ſemper vitari debet, ne detur proximo, ſub peccato pro ratione materiæ mortali, vel veniali, juxta ſatis dicta *Sect. præced.* Scandalum paſſivum acceptum eſt, quis alterius dicto, vel facto, præter omnem ejus intentionem, & præter ipſius operis naturam, & conditionem, ex ſola ſua ſiniſtra apprehenſione ſumit occaſionem ruinæ, vel peccati, Idq; vel ex ignorantia, vel infirmitate tantùm : & tunc dicitur *ſcandalum puſillorum*. Vel ex ſola mera malitia hominis, alterius dictum, vel factum ſibi in ruinam malè interpretantis: & tunc dicitur *ſcandalum phariſaicum*; nimirum à Phariſæis ita in dictis, & factis Christi de ſe Sanctiſſimis, tamen ſcandalizari ſolitis ex mera malitia malè interpretando. Et de hoc ſcandalo quæritur, qnaliter vitari debeat, vel permitti poſſit?

ASSERTIO II.

23 *Scandalum merè paſſivum, & acceptum non ſemper, aliquando tamen vitari debet ; aliquando permitti poteſt, aliquando etiam permitti debet.* Omnes. explico breviter.

§.

§. I.

Non semper vitari debet.

RAtio universum est; quia licèt scandalum acti- 24
vum, & datum ex dicto, vel facto verè malo, vel speciem mali habente, secutum semper vitari debeat, quia nimirùm repugnat præcepto Charitatis negativo, ne noceas proximo, ne in peccatum inducas: quod semper, & pro semper obligat: scandalum autem passivum, & acceptum tantùm ex nostra operatione de se non mala, nec speciem mali habente, ideóque à nobis verè non causatur, non semper vitari debet, quia solùm est de præcepto Charitatis affirmativo, scilicet avertendum vel impediendum esse malum proximi: quod proinde non semper, & pro semper, obligat, sed solùm aliquando certis circumstantiis concurrentibus. Et hinc

§. II.

Aliquando vitari debet.

QUotiescunque nimirùm nulla ratio necessita- 25
tis, vel utilitatis propriæ, vel alienæ cogit nos aliquid dicere, vel agere, ex quo putatur proximus accepturus aliquam occasionem ruinæ spiritualis, sive ex ignorantia, vel infirmitate, sive ex mera malitia, tunc vitari debet scandalum proximi acceptum. *Omnes*: quia lege Charitatis, & misericordiæ obligamur tollere, vel impedire proximi mala, maximè spiritualia, cùm facilè possumus: at in proposito facilè possumus; ergo &c. Non ergo licet à Sacerdote, quem scio esse indispositum, vel

impeditum, petere absolutionem, cùm alius adsit. Sic fœmina sciens se à quapiam determinata persona carnaliter concupisci, & concupiscendam, si foras prodeat, tenetur abstinere ab inutili egressu, saltem aliquamdiu; non item ad longum tempus, vel cum suo incommodo. Quòdsi enim concupiscentia alterius diu duret, non erit ampliùs infirmitas, & scandalum pusilli, sed erit malitia, & scandalum Pharisæi, quod curandum non est. Communis cum *Navar.* c. 14. *Laym. cit.*

§. III.

Aliquando permitti potest.

26 NImirum ob justam causam necessitatis, vel utilitatis alicujus permitti potest scandalum merè acceptum. Patet in exemplis modò allatis: sic semper licet petere ab altero opus, quod is absque peccato præstare potest, etsi prævideatur ipsum ex mera malitia sua, non absque peccato præstiturum, ut latiùs patebit *Sect. seq.* Ratio est: quia tunc peccatum proximi sequitur non ex nostra actione, vel petitione, sed ex sola prava dispositione proximi, quod proinde ob justam causam necessitatis vel utilitatis nostræ impedire non tenemur, sed permittere possumus. Omnes cum S. Thoma 2.2. *q.* 78. *a.* 4. Navar. Laym. *cit. n.* 8. Qui rectè notat majorem requiri causam necessitatis, vel utilitatis, ut permitti possit scandalum pusillorum ex ignorantia, vel infirmitate, quibus quoad commodè fieri potest, condescendendum est: longè verò minorem, & quamlibet sufficere causam, ut permitti possit

possit scandalum pharisaicum ex mera malitia, quod plerumque curandum non est. Cæterùm etiam scandalum ex ignorantia, vel infirmitate post debitam instructionem, vel admonitionem adhuc durans, fit pharisaicum, & malitiosum, & tunc curandum amplius non est; v. g. Parochus die festo legitimè impeditus legere sacrum, & alium substituere non potens, debet populum informare, cur Sacrum intermittatur: quodsi scandalum nihilominùs sequatur, ipse excusatus est, juxta communem apud citt.

§. IV.

Aliquando etiam permitti debet.

27 QUotiescunque nimirùm operatio, vel omissio necessaria est, aut ad propriam salutem, aut ad majus bonum suum, vel proximi, vel maximè Communitatis fieri debet, etiamsi prævideatur inde secuturum scandalum acceptum pusillorum, vel pharisaicum. Ubi tamen diligenter de se ponderanda sunt, & magnitudo boni, quod ex nostra operatione, vel omissione provenit, & gravitas peccati, seu scandali passivi inde secuturi. Pro quibus omnibus distinctè, & facilè dignoscendis pono breves regulas sequentes.

Regula I.

28 *Quando occurrit aliud præceptum divinum, vel humanum incompossibile cum præcepto de vitando scandalo proximi, observandum erit, quod, omnibus spectatis, videbitur majus, & magis obli-*

gare. Sic communior DD. Adrianus. Bannes, Valentia, Suarez, Henriquez, aliis citt. Tannerus *tom. 3. disp. 2. q. 6. dub. 9. num.* 120. contra Vasquez 1.2. *disp.* 162. *n.* 17. plures alios, quos sequitur Diana *p. 5. t. 7. resolut.* 22. Qui volunt nullum omnino præceptum divinum, vel humanum omittendum esse ob vitandum scandalum acceptum pusillorum tantùm.

29 Et quidem quoad præcepta divina vix ullus casus adfertur à Doctoribus, nisi hic, quòd fæmina v. g. in Confessione omittere possit, & debeat illud peccatum, ex quo intelligit, Confessarium (cui tamen necessariò confiteri debet, alio non suppetente) grave scandalum ob infirmitatem passurum, et quòd tum præceptum naturale Charitatis de impediendo peccato proximi, videatur præponderare præcepto positivo Christi de integritate materiæ Confessionis, Uti & nos alibi admisimus. Quoad præcepta verò positiva humana frequentior potest esse casus. Nam Parochus die festo sive casu sive culpâ non jejunus, tenebitur tamen celebrare ad vitandum scandalum populi, si aliter vitare non queat: *secundùm omnes.* Item fæmina sciens determinatam personam ex aspectu suo scandalizari potest una, aut altera vice domi se continere omisso Sacro, ut habet *communis DD.* At etiam teneri negant multi cum *Diana cit.* Et certum est non teneri abstinere sæpè, vel ad longum tempus. Non tenetur domi manere, si solùm putet indeterminatos alios in se scandalizandos. Sic enim honesta Matrona, vel Virgo liberalis formæ nunquam domo egredi

egredi, nec per fenestras prospicere auderet, quod esset nimis intolerabile, ut etiam *ex Navar.* notat Laym. *cit. n.* 10. Similiter uxor poterit semel, vel iterum omittere Sacrum, vel jejunium præceptum, si sciat virum morosum, vel zelotypum, inde offendendum, aut occasionem gravis dissidii sumpturum ex infirmitate, vel ignorantia. *Ratio* horum, & similium est: quia major est obligatio præcepti naturalis Charitatis de cavendo scandalo pusillorum, (nam pharisaicum utique curandum non est) quàm præcepti positivi Ecclesiastici, de audiendo, vel celebrando Sacro jejunè.

Regula II.

Nulla spiritualia necessaria ad salutem, debent 30
omitti ob scandalum pusillorum: ob scandalum autem pharisaicum nullum omninò opus bonum omitti debet. Omnes cum S. Thoma cit. a 7. Ratio: quia ordine Charitatis salus propria præferenda est saluti proximi; ideóque opera ad salutem necessaria minimè negligenda sunt ob ruinam spiritualem proximi ex sola infirmitate vel ignorantia inde consecuturam: ob scandalum autem pharisaicum ex mera malitia oriturum; cùm ij non sint in necessitate, sed mera, & libera malitia, ideóque non curandum, nullum opus bonum omittendum est. De his enim CHRISTUS Matth. 5. *Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum.*

Regula III.

Bona spiritualia, quæ non sunt necessaria ad 31
salutem, sed vel de consilio, vel saltem hic &

unus

nunc necessariò exequenda non sunt, debent occultari, vel differri aliquantùm ob scandalum pusillorum ex infirmitate, vel ignorantia inde secuturum, donec reddatur facti ratio. Communis cum S. Thoma cit. Exemplum commune est de proposito, imò & voto ingrediendi Religionem, quod ob scandalum parentum, consanguineorum, vel aliorum ex infirmitate, vel ignorantia inde ortum (etsi omninò intetmitti non debeat, quia hæc gravis censeretur jactura spiritualis vocati) sæpè tamen differendum est, donec illi propositis rationibus informentur, & sic de cæteris, & similibus. Quòd si propositis rationibus sufficientibus scandalum nihilominùs duret, jam incipit esse scandalum pharisaicum, ideoque minùs jam curandum, ut cum aliis notat Valentia *hic puncto 4.*

Regula IV.

32 *Bona temporalia proprij dominij, si absque gravi incommodo suo, vel tertij fieri potest, aliquando dimittenda sunt ob scandalum pusillorum, si aliter sedari non possit* : quia bonum spirituale proximi ordine Charitatis præferendum est bono temporali proprio. *Communis cum S. Thoma a.* Sed durum est hoc latinum. Et de bonis alicujus momenti meritò negant *Suarez*, aliique citt. *cum Diana.* Certè res est raræ praxis. Casus tamen esse posset, si opulentus Clericus hæreditatem tenuem præripere vellet aliis egenis hæredibus. Dixi autem *proprii dominii*: nam prælati Ecclesiastici, vel Regulares, cùm non sint domini, sed administratores tantùm

tantùm bonorum Ecclesiæ, vel Monasterii, non possunt ea dimittere, vel remittere debita, quamvis eorum coactionem aliquando debeant differre ob scandalum pusillorum, donec illud cesset, vel facta informatione pharisaicum fiat; veruntamen hîc nihil universim statui posse, sed accidente casu, judicio prudentis standum esse, rectè monet Laym. *cit. n.* 9. Denique hîc referendi sunt aliquot

Casus particulares circa fœminas.

I.

Videre, Videri, Prodire.

MAtrona, vel Virgo honesta scit se turpiter amari ab aliquo, quoties eum aspicit, vel ab eo aspicitur: Quæritur 1. Potéstne permittere se ab illo videri? 2. Potéstne se præbere prospiciendo per fenestras? 3. Aut prodeundo in publicum illi occasionem videndi facere? Ad hunc perplexum casum jam satis quidem generatim respondimus *supra* §. 2. Sed clarioris Doctrinæ gratiâ juvat respondere verbis *Sanch.* & *Diana.* 33

R. Ad primum Sanch. *t.* 1. *in Decal. lib.* 1. *c.* 6. *n.* 16. & 17. communiter Doctores docent, eam peccare mortaliter, quando nulla necessitate ducitur, sed ut suæ libertati satisfaciat, huc, atq; illuc discurrendo: secus, ut invisat vicinos, ne inurbana videatur, ut eat ad Ecclesiam &c. Alii tamen docent, eam non peccare mortaliter. 1. Quia ea occasio potiùs ex propria adamantis malitia, quàm à muliere data est, quæ libertate sua jure utitur. 2. Ne mille scrupulis subjaceat, dum vult expendere, 34

quam

quando est necessitas domo exeundi &c. 3. Quia ex hac causa mulieres se superfluè ornantes, semper peccarent, qui sciunt se à plurib⁹ turpiter fore amandas. Hæc igitur Sententia verior est. Sic *Sanch. ibid.*

35 Ad secundum: Idem ibidem sic habet: si datâ operâ absque ulla necessitate se ejus conspectui offerret, sed quadam vanitate ducta, nec turpis amoris alterius ignara, etsi illum non intenderet; nescio eam à culpa mortali liberare: quia aliud est, sua se quocunque eundi libertate privare, quod commodè, & absque anxietate, atque absque aditu ad scrupulos, præstare nequit: aliud tamen: datâ operâ se ejus aspectui offerre, quod facillimo negotio vitare potest; nec in oblatione illa aliquid utilitatis est. *Hæc Sanch. optimè.* Et summa responsionis est: talem fœminam peccare mortaliter, si datâ operâ se conspiciendam præbeat; quippe aliàs forte non proditura, nisi sciat se à tali conspiciendam. Non item peccare, saltem mortaliter, si ita faciat sua libertate utens; quippe etiam aliàs proditura, etiamsi ab illo conspicienda non esset. Certum autem est non peccaturam, si ex aliqua rationabili causa ita prodeat, & conspiciendam se præbeat.

36 Ad tertium quæsitum respondet Diana *p. 3. t. 7. resol. 31. Sic*: dico igitur, quòd quando fœmina timet, ne à persona particulari ametur lascivè, tenetur cavere à publico, & abstinere ab actione occasionante alicui ruinam, quando potest absque gravi proportionato incommodo: quia tenemur vitare aliorum peccata, quantùm commodè possumus.

Und

Unde deducendum est, peccare fœminam euntem in hoc Templum, ad hoc Sacrum, in quo est aliquis à quo turpiter amatur, quando commodè potest aliud Templum adire, eò periculô vacans: Item quando it per hunc vicum, potens commodè ire per alium: Item quando audit sonitum equi vehentis amasium, & ipsa se absque necessitate dat in fenestra conspiciendam &c. Quando verba facit coram amatore, quibus ille sit accendendus, si potest absque specie inurbanitatis tacere: Item quando domo egreditur sciens eum exspectare spectandam, si nulla tunc sit necessitas. Ita *ex Hurtado Diana cit.*

Secùs ergo dicendum, quando est necessitas, vel 37
rationabilis causa prodeundi in publicum. Et consentiunt omnes, fœminam ob illam causam non teneri ad longum tempus abstinere à publico, vel actionibus de se indifferentibus, v. g. ad longum tempus non aspicere per fenestram, non ad januam domus suæ stare, vel assidere; sed solùm semel & iterum, donec alter advertere possit se fugi ab illa; Quòd si enim alterius peccatum, & turpis amor diutiùs duret, non erit ampliùs ex infirmitate, & scandalum pusilli, sed ex malitia, & scandalum pharisaicum, adeóque deinceps non curandum.

II. *Ornare se.*

DE hoc juvat audire conscientiosum Doctorem Navarrum *c.* 23. *Man. n.* 18. Nemo 38
peccat ornando se splendidè pro sui statûs decentia, & more Regionis, modo id bono fine fiat, imò meretur, licèt alius, vel alia ad ejus concupiscen-

tiam

tiam per accidens alliciatur &c. permittendus est ergò ornatus muliebris juxta exigentiam statûs, & more patriæ, aut etiam ex vanitate aliqua veniali. Ratio est: quia fœmina habet jus ad illa vestimenta, & ornamenta, quæ sunt juxta consuetudinem Patriæ; & oppositum foret illi valdè grave; ergo suavis lex Charitatis non obligat illam, ut cum tanto gravamine suo evitet peccatum illicitæ concupiscentiæ alterius. *Sic Navar.* Sic. DD. alij communiter cum Sanch. Laym, *cit. n.* 11. Diane Tamb. *lib. 7. Decal. c. 8. §. 8. per totum.* aliisque cit.

39 Excipe tamen: 1. Si mala, & lasciva intentione fœmina se ita ornet. 2. Si constaret in certo casu determinatam personam inde spiritualiter ruituram, tunc enim ex Charitate abstinere tenebitur, quantùm commodè fieri potest, *ut ex Navarr. notat. Laym. cit.* 3. Si corporis ornatus ex se sit nimis turpis, & ad lasciviam provocans, utpote mammis usque ad pectus nudis, vestitu ante ventrem nimis tenui, saltem quæ primitùs talem in patriam inducunt, à mortali excusari non possunt ob nimium scandalum, alioquin in provinciis, ubi talis consuetudo jam viget, ut fœminæ ita nudatæ incedant à mortali DD. excusant, meique citati. Denique virum indui veste fœminea, aut econtrà fœminam veste virili, si ex justa causa fiat ad occultationem justam in periculo, aut in licitis comœdiis culpâ vacabit; si ex levitate, vel joco solùm, ut in bacchanalibus, veniale non excedit, ut docet ipse S. Thomas 2, 2. *q.* 169. *a.* 3. *ad* 3. *Cajetanus Navarr.* aliósque citans Laym. *l. cit.* Attamen ob circumstantia

stantias malæ intentionis, periculi, libidinis in se, vel in aliis, adeóque gravis scandali activi, peccatum mortale fieri, nimis certum est: ideóque in Sacris Religionibus id minimè tolerandum.

III. Saltare.

DE hoc *Hurtadus apud Dianam cit. resol.* 29. sic habet. Quando fæminæ honesto motu pedes referunt ad numerum, si timeant aliquem vagè & confusè accepturum occasionem ruinæ, non tenentur abstinere ab illa actione; quia ille timor est communis infinitis rebus, à quibus non tenemur abstinere: nihil enim est, quô non abutatur hominum pravitas. Si verò aliqua fæmina prudenter timeret adstare aliquem particularem accepturum occasionem ruinæ, distinguendum est. Si non potest, nisi incommodè abstinere à chorea, non tenetur abstinere: e. g. si fæmina provocetur à viro nobili, qui in injuriam referret, nisi fæmina prodeat, & adstantes habebunt occasionem malæ suspicionis. Si verò commodè potest, tenetur abstinere, si advertat alium peccare ex passione, i. e. ex infirmitate: at verò non tenetur se privare oblectatione illa honesta, communi aliis fæminis propter alterius malitiam &c. *Hac Hurtadus.* 40

IV. Tangi.

MAtrona, Virgo, puella inter saltandum, conversandum &c. advertit se à libidinoso tangi: siquidem tactus sint impudici ex objecto, non potest licitè permittere se tangi, nam concurret ad actum intrinsecè, & mortaliter malum: si verò ta- 41

ctus ex objecto honesti, ut oscula in facie, tactu genarum, compressio manuum, amplexus &c. & sola tangentis prava intentione libidinosi sint, id ad vertente puella, distinguendum est: si enim fiant in publico, ut in choreis, in convivio &c. licitè eos ta ctus permittit puella: quia in re per se non mal adest excusatio sufficiens, ne scilicet in suspicionem malitiæ apud spectantes veniat tangens repulsus alias bonæ famæ. At verò si tactus fierent in secre to, aut etiam in publico, sine suspicione illa, & pe riculo infamiæ repelli possent, omninò tenet puella illos repellere, si moraliter certò (nam in du bio nemo præsumendus malus) tangentis, oscula tis, vel amplectentis malitiam, & libidinosum a fectum advertat: tenetur enim ad non concurre dum cum peccato alterius, ubi nulla adest excusa permittendi, juxta latè dicenda in sequentibus. Ut de etiam concedunt DD. apud Bonacinam *de Mat q. 4. p. 10. num. 9.* licitè posse à puella repelli M dicum, vel Chyrurgum, & sic negligere curati nem sui morbi, ne tingatur in partibus inhonesti non scandali alterius, sed etiam proprii pudoris ca sâ: quia nemo tenetur admittere curationem, à q non minùs abhorret, quàm ab ipso morbo. Hactenus quidem de scandalo, quatenus est inci ctivum, vel occasionativum peccati alterius, ali quin non peccaturi. Jam sequitur longè difficilio & intricatior quæstio, &

SECTIO III.

De inductione, & cooperatione ad peccatum alterius jam parati; & volentis peccare, vel aliàs certò peccaturi.

SUMMARIUM.

42. Absolutè, directè & proximè, *inducere, vel jam paratò ad peccatum cooperari nunquam licet.*

43. Paratus *peccare dicitur, qui habitualiter ita dispositus est, ut quavis occasione data semper peccet, v. g. se inebriet, jejunium frangat &c. Et*

44. *Tali sine alia causa non licet nec indirectè & remotè cooperari, v. g. dando uberem potum, cibos vetitos, &c.*

45. & 46. *Volenti seu actu interno jam intendenti peccare; externè tamen non peccaturo, nisi adjuves, dando cibum, potum &c. sine ulla justa causa sic cooperari non potes.*

47. & 48. *Imò etiam nec certè peccaturo sibi aliunde procurando, tu sic absolutè & proximè cooperari potes sine alia causa præbendo, v. g. cibum, potum, instrumentum &c.*

49. *Nec obstat, quod absque tua cooperatione peccatum adhuc fieret.*

50. 51. *Secùs est, si actio tua indifferens, sit solùm remotè, & conditionatè cooperativa.*

52. Usque ad n. 56 *Non licere certò peccaturum gravius inducere ad peccatum minus, docent plures DD. Tamen*

56. *longè probabiliùs id licere docent alii æquè multi.*

57. *Idque certum videtur, quando peccaturus determinatus est ad utrumque peccatum, gravius, & levius, disjunctivè.*

58. *Sic etiam volenti committere peccatum gravius, licitè suadere potes minus, quod est veluti pars illius majoris: ut volenti furari mille, si non possis omninò impedire, licitè suades ut contentus esse velit centum:*

59. Salvo semper jure tertii ; nullam scilicet personam tu tam proponendo.

60. Sic etiam volenti committere peccatum majus licitè pr ponitur aliud minus.

61. Imò etiam licitè cooperari possum ad minus, ut impedi am majus damnum v. g. furtum, si alia via abs tendi majus non suppetat.

62. Secùs est, si agatur de bonis vitæ, & corporis, ac etia fortunæ respectu diversorum, tunc enim, licèt qu consulere possit minus damnum, non tamen ad illu cooperari potest.

63. Peccatum alterius permittere, vel ad illud ansam d non licet eo fine, ut alter peccet, puniatur id que in malum ipsius.

64. Probabiliter tamen ita permittere, vel etiam ansam pr bere licet ob alium finem bonum, vel indiffere tem, v. g. ad alterius emendationem, ad se indu nem servandum &c.

65. Dominus, Pater &c. servum, vel filium suspectum lic sinit denuò furari, pecuniam exponit, clavem r linquit &c.

66. Aut servum sibi fidelem à fure sæpè solicitatum ad f randas res sibi dandas; cum aliqua re ad fur mittit, ut sic fur deprehensus non ampliùs, serv solicitet. Et

67. Maritus uxori de adulterio suspectæ licitè occasionem linquit, vel etiam remotam & indifferentem o sam præbet, ut deprehensa emendetur.

68. Sic pariter ob finem emendationis, vel majorem rei se ritatem &c. custodes gabellarum, hortorum, v nearum, piscinarum, sylvarum &c. licitè se abs dunt, ut homines sic deprehensi emendentur, custodienda magis secura maneat: secùs, si fi ciant ob lucrum, vel mulctam.

71. Usque ad n. 75. Omnis non obligatus specialiter impe peccatum proximi, sed ob justam causam permi re potens, potest etiam licitè, ob bonum finem, justam causam necessitatis, vel utilitatis, remot

mat

materialiter, actione omnino indifferenti, ad illud cooperari.

75. *Ob justam causam necessitatis, vel utilitatis alicujus momenti semper* licet petere opus ab aliquo, *quod is sine peccato præstare potest, etsi putetur, vel prævideatur non sine præstiturus.*

76. *Sic ob* justam causam alicujus necessitatis, *si alius non adsit, licitè petis I. Sacrum, absolutionem, vel alia Sacramenta à concubinario, vel aliàs notoriè, in mortali existente, imò etiam excommunicato tolerato, etsi prævideas eum sine peccato non præstiturum.*

77. II. *Mutuum ab usurario, non sine peccato usuræ daturo;*

78. III. *Solutionem maleficij à saga, vel mago, quem scis sine novo maleficio solvere posse, etsi credas non sine soluturum.*

79. *Secùs, si scires sine novo maleficio solvere non posse.*

80. *Pariter IV. potest fœmina licitè adire Judicem, Magnatem &c. ex rationabili causa, vocare medicum &c. esto, advertat eos inde labi, vel tentari &c.*

81. *Ob justam causam necessitatis, vel utilitatis gravis etiam* licet alteri cooperari materialiter *ad peccatum materiam, vel occasionem præbendo, quoties id absque tali cooperatione nihilominùs sieret, aliis materiam vel occasionem facilè præbituris.*

82. *Unde I. ob diminutionem & cessionem lucri notabilis hospites, caupones, coqui &c. licitè possunt ministrare vinum se inebriaturis cibos indifferentes &c.*

83. *Imò & carnes in locis, ubi Catholici cum hæreticis sunt permixti.*

84. *Quin & in locis Catholicis utcunque excusari possunt caupones, dum mercatoribus hæreticis transeuntibus, ita petentibus, carnes porrigunt.*

85. II. *Ob eandem diminutionem lucri notabilis, mercatores & opifices licitè facere, & vendere possunt res de se indifferentes, ut arma, fucos muliebres, taxillos, carthifolia & cæsto prævideant emptores aliquos iis abusuros ad peccatum.*

87. *Secùs est de rebus, quæ sunt per se malæ actionis instrumenta,*

menta, ut artefacta ad libidinem excitantia, ib
&c Casus varii.

90. III. Permittente magistratu, etiam licitè Catholicus u
ficat, vel restaurat hæreticorum templa, Judæor
Synagogas, domum exstruxit, vel locat meretr
&c ubi permissa sunt lupanaria.

92. IV. Pictores tamen valdè turpia pingentes, & histrio
valdè turpia repræsentantes regulariter pec
mortaliter.

95. Quando aliquid alicui ex justitia debetur, præstan
est, etsi per illud alter peccaturus sit, si tu pecca
aliunde impedire non debeas, vel comodè non p

96. Sic reddere, vel dare debet I. debitor mutuum, subs
tributum dominis immediatè abusuris.

97. II. Confessarius absolutionem saltem sub conditione
rochus Eucharistiam &c. iis quos aliunde sc
indispositos.

98. III. Uxor debitum petenti marito voto castitatis ob
cto, Et

99. Famuli & ancillæ ratione servitii jussa dominorum
Prælatorum opera facere ex se indifferentia, b
motè tantùm ad peccatum se habentia, non
ptopinque & proximè ad peccata ordinata. C
varii valdè notabiles usque ad n. 102. Tam
etiam

102. Licet materialiter ad peccatum proximi cooperari
ties major necessitas, seu ratio majoris mali ex
di ita exigit, vel cogit. Vnde

103. I. Christiani captivi apud Turcas bellantes contra C
stianos licitè remigant, fogiunt, sarcinas & a
advehunt.

104. Non tamen excusantur, etiam metu mortis, actu
nantes.

105. II. Etiam licitè obediunt incola Tyranno injustè Pr
ciam occupanti, quoad opera indifferentia &c.

106. Peccant quidem graviter parentes, Domini, si f
vel servos lascivos domi retineant, quia tamen
pè ex ejectione non modò non emendantur,

magis pervertuntur, tali periculo prævisо licitè eas retinent.

107. Vsque ad n. III. *Resolvitur, an liceat Sacerdoti vel Parocho ex malitia nolenti administrare Sacramenta summè necessaria v. g baptismum, vel Pœnitentiam in articulo mortis offerre pecuniam.*

§. I.

Licétne tali cooperari absque alia justa causa?

CErtissimum est, nunquam licere alterum quan- 42
tumvis paratum, ac volentem inducere, eíque cooperari ad peccatum formaliter, *absolutè, directè* & *proximè* quatenus peccatum est. Nunquam enim licet quacunque de causa inducere alterum, ut voluntariè, & plenè se inebriet, mentiatur, falsum juret, blasphemet, fornicetur &c. nunquam licet à venefico petere, ut maleficium solvat novo maleficio, aut cùm scis, eum sine novo maleficio solvere non posse: petere ab infideli, ut per falsos Deos juret, petere à Sacerdote non habente jurisdictionem, vel excommunicato non tolerato, vel concubinario notario, ut Sacramenta ministret, absolvat, sacrificet, extra casum legitimæ necessitatis. *Ratio est evidens*: quia adhuc esset verissimum peccatum scandali activi, & inductionis proximi in ruinam spiritualem. Nec obstat, quòd ejusmodi homines per se parati sint, & volentes ad ejusmodi peccatum, quia licèt tunc non voluntatem peccandi, tamen actuale exercitium peccati hîc, & nunc per se directè causares. Quæstio ergò, & difficultas sanè gravis, & latè patens est, an non liceat alterum jam ita

paratum & volentem peccare, seu alioquin certò peccaturum inducere *conditionatè, indirectè, & remotè*: supposito nimirùm, si omninò peccare velit, offerendo ei occasionem, materiam, vel cooperationem de se indifferentem ad tale peccatum: idque absque omni alia justa causa, nisi quòd jam paratus sit, aut velit peccare, aut etiam alioquin certò peccaturus sit. (Quòd verò ex justa causa liceat, latè videbimus in sequentibus.) Propono rem particulatim.

I. Paratus peccare.

43 DIcitur, qui habitualiter ita dispositus est, ut quotiescunque offertur occasio talis peccandi, semper peccet, v. g. se inebriet, jejunium frangat, usuras exerceat, Sacramenta in mortali administret &c. nondum tamen hìc & nunc vult peccare, nec adhuc in actu interno peccat, sed solùm, si detur occasio, promptè peccabit. Licebítne tali dare potum uberem, vel cibos vetitos administrare, à tali petere mutuum, Sacramenta, ídque absque alia causa, nisi quòd ille jam paratus sit, ad illud peccatum?

44 R. Certissimum est, sic non licere. *Ratio clara.* Quia lex Charitatis obligat te, ut quoties commodè potes, non coopereris positivè ad peccatum proximi, saltem quod aliàs non fieret: atqui in proposito verè positivè cooperaris ad peccatum proximi & causa es, quòd hìc & nunc peccatum committatur, tam quoad actualem voluntatem internam quàm quoad externam consummationem, quo

ali

aliàs non fieret: insuper commodè, & facillimè posses non cooperari, cùm nulla subsit justa causa, ut supponitur: ergò non licet cooperari citra peccatum mortale scandali.

II. Volens peccare.

Dicitur, qui jam actu intendit peccare, se inebriare, jejunium violare, inimicum occidere, rem alienam surripere &c. adeoque actu interno defactò jam peccavit, actu tamen externo non consummaturus peccatum, nisi tu coopereris indirectè, & remotè, potum, vel cibum prohibitum præbendo, instrumenta occidendi, vel furandi administrando &c. Licebítne ita cooperari hac sola, non aliâ causâ, nisi quòd jam velit peccare? 45

R. Certò etiam non licere, sed peccari mortaliter pro ratione materiæ. Communis cum Sanch. *lib.* 1. *Moral. c.* 7. *n.* 15. Tamb. *lib.* 5. *Decal. c.* 1. §. 4. *n.* 6. *& 7. a. n.* 65. Ratio adhuc est eadem: quia etiam sic cooperaris ad peccatum proximi, & causa es, ut hîc & nunc committatur peccatum, etsi non quoad voluntatem internam, attamen quoad externam consummationem, seu quòd hîc & nunc actu externo fiat peccatum proximi, quod aliàs non fieret, nisi tu cooperareris, facillimè potens non cooperari, ut supponitur: ergo &c. Authores in contrarium citati apud Dianam *p.* 5. *tract.* 7. *Resolut.* 8. & Tamb. *cit.* solùm loquuntur in casu, quando subest justa causa necessitatis, vel utilitatis ita cooperandi, quod nos quoque concedemus §. 4 Aut certè loquuntur in casu hoc sequenti. 46

III. Certò peccaturus.

47 Dicitur qui jam actu intendit peccare, se inebriare, jejunium frangere, occidere, furari &c. ita certò, ut etiamsi tu non coopereris, potum, cibos vetitos, instrumenta non præbeas, adhuc tamen certò peccabit aliunde sibi procurando prædicta: licebitnè huic tali actione indifferenti, cooperari, potum, cibum, instrumentum præbere, iterum eâ solâ, non aliâ causâ, nisi quòd tamen alius peccaturus sit, etiamsi tu non concurras, ac proinde negando concursum tuum peccatum impedire non possis? Quæstio magis difficilis, & controversa. Affirmant omninò, & concedunt *Lessius*, *Hurtadus*, *alii apud Dianam supra citatum*. Sed.

48 I. R. Adhuc non licet talem inducere absolutè aut actione licèt indifferenti, tamen hîc & nunc *proximè* determinata ad peccatum cooperari. *Ita Sanch. supra cit.* Vasq. *de scand. dub.* 7. aliisque citt. *Diana & Tamb. l. cit.* Ratio adhuc eadem manet, & urget: quia lege Charitatis nunquam licet alteri cooperari ad peccatum, seu aliquo modo esse causa peccati alterius absque ulla justa causa excusante; atqui etiam aliàs certò peccaturum, v. g. se inebriaturum, occisurum &c. absolutè inducendo ut hic & nunc ita peccet, aut nunc ei actione licèt de se indifferenti, tamen hic & nunc *proximè* determinata ad peccatum cooperans, utpote vinum, carnes, arma ministrans, scalam furi tenens, verè cooperatur ad peccatum, & est causa illius peccati, ut hic & nunc fiat: ergo &c.

II. Ne

II. Nec obstat, quòd absque tua cooperatione 49
peccatum adhuc fieret aliàs, & alibi: hoc enim non immutat tuum concursum hic & nunc præstitum, nisi alia justa causa accederet, quemadmodum ab omnibus censetur homicida, & irregularis, qui alterum quantumvis paratum occidere, & certè occisurum induceret absolutè, ut hîc & nunc occidat; aut actione aliqua *proximè* ordinata ad homicidium cooperetur, etsi alias homicidium adhuc fieret. Et universaliter omnes cooperatores ad damnum proximi hîc & nunc inferendum; etiamsi aliàs sine unius, aut alterius cooperatione certò inferendum, omnes tamen rei fiunt peccati, & restitutionis faciendæ, ut alibi probatum: ergo ex hoc solo capite, quòd alter aliàs certò peccaturus sit, non licèt eum absolutè invitare, ut hic & nunc peccet; aut actione de se indifferente *proximè* cooperari ad peccatum, uc hic & nunc fiat: sed talis adhuc peccabit mortaliter.

III. Dixi semper notanter, & intelligendum 50
semper: si actione indifferenti quidem, tamen *hic & nunc proximè ad peccatum determinata cooperetur*, sic ut verè censeatur positivè cooperari, & concurrere ad peccatum, ut in exemplis allatis liquet: Secùs esset, si actio omninò indifferens sit, & remotè solùm, non ita proximè hic & nunc ordinata ad peccatum, ut quis moraliter censeatur positivè cooperari ad peccatum, sed potiùs se habere negativè, aut permissivè; ut si vendas agnum Judæo ad suam superstitionem paschalem, vel Infideli, quem scis velle immolare idolo: si vendas carnes alicui,

quem

quem scis commessurum die prohibito; si mercator vendat mulieri fucos, quàm scit velle uti ad alliciendum alios ad turpem sui amorem &c. tunc enim peccatum, saltem mortale non erit: cùm tales vere non censeantur cooperari ad peccatum, sed tantùm permissivè se habere, permittere peccatum, quod impedire non tenentur. Ita optimè distinguit *Sanch. loc. cit.* optimè etiam probans, adhuc esse peccatum veniale, si absque omni justa causa fiat: quem, quæso, lege, non pœnitebit.

51 IV. Dixi item semper: *Non licere talem inducere absolutè*: licere autem inducere, vel cooperari conditionatè, dummodò aliqua rationabilis, etiam non multùm gravis causa accedat: probabilissimè docet Hurtadus apud Dianam sæpè cit. *p. 5. tract. 7. de scandalo, resolut. 7.* Ut si tali peccaturo dicas si omninò decrevisti te inebriare hodiè, vel cœnando jejunium violare, apud me potiùs bibe, vel cœna; idque ob causam aliquam v. g. ne tu inurbanus videaris, eum dimittens; aut ne alter noxiè comedat, vel bibat; aut ne in popina aliis scandalum præbeat, aliúdve periculum animæ, vel corporis incurrat. Item si vis occidere Petrum, aut Paulum; si vis cognoscere Cajam, aut Bertam: occide potiùs Petrum, cognosce potiùs Cajam: ne fortè occidatur Paulus amicus tuus, aut ne vitietur Berta consanguinea tua. Item si omninò vis hunc occidere, ne occidas hodiè, sed cras re meliùs deliberatâ: ne occidas in mea domo, sed extra: ut sic interea consulas vitæ alterius. Et universaliter licebit si consulere conditionatè minus malum in ordine ad majus

majus malum evitandum, de quo mox. Ratio eorum, & similium est: quia cùm talis invitatio, vel consilium sit conditionatum, videtur omnino cohonestari à tali rationabili, & proportionata causa, præsertim ad minus malum proprium; vel alterius evitandum.

§. II.

Licétne paratum, & certò peccaturum gravius, inducere ad minus peccatum.

52 CEleberrima, & in praxi frequens est hæc quæstio, utrùm alicui habenti certum propositum committendi peccatum gravius, liceat suadere peccatum aliud minus, si aliter à proposito dimoveri non possit? exemplum vulgare est, an aliquem certò occisurum, vel adulterium commissurum, &c. liceat ad plenam ebrietatem, & voluntariam inducere, sicque impotens fiat ad majus malum perpetrandum.

53 Negant absolutè id licere gravissimi *DD. Cajetanus, Gabriel, Covarruvias, Valentia, Sa*, eosque citans Laym *lib. 2. tract. 3. c. 13. n. 7. Castro Palaus, Hurtadus apud Dianam* mox citandum. Ratio est: quia jussu, vel suasu alterum inducere directè ad peccatum formaliter, per se malum, & illicitum est: atqui volens avertere ab homicidio, vel adulterio proposito, & suadens ebrietatem voluntariam, vel fornicationem, adhuc verè, & directè inducit ipsum ad peccatum formaliter, vereque ipsius peccati causa est, quod aliàs nullo modo fieret, quippe de quo alter ne cogitavit quidem, ut

suppo-

ſupponitur: ergò per ſe malum; & illicitum eſt alterum ſic inducere in peccatum minus.

54 Et confirmant; ipſe peccator non recto medio utitur, ſi ad vitandum majus peccatum, eligat peccatum minus: ut ſi, ne committat homicidium, vel adulterium, aliquis vellet ſe plenè inebriare: ergo neque tu illi rectè conſulis ſuadendo peccatum minus, ut gravius evitet: neque enim ex duobus malis minus eligendum eſt, quando utrumque vitari poteſt, & debet, ut in propoſito: ſed quando utrumq; vitari non poteſt; & unum neceſſariò ſuſtinendū eſt.

55 §. Sed nonne advertis hoc ſolum procedere de ipſo peccante, qui utrumque peccatum vitare poteſt, & debet, non de conſulente, qui utrumque malum impedire non poteſt. Interim non negaverim huic ſententiæ ſuam probabilem pietatem.

56 Longè ergo probabiliùs id licere affirmant communiùs *Doctores*: *Abbas*, *Navarr*. *Sotus*, *Medina*, *Vaſq*. *Bonacina*, *Baſilius Poncius*, *Rodriquez*, *Leſſius*, aliisque congeſtis Sanch. *lib*. 7. *de Matr*. *diſp*. 11. *n*. 15. Lugo *diſp*. 19. *de juſtit*. §. 2. *Sect*. 2. *n*. 43. Diana *p*. 5. *tract*. 7. *reſolut*. 18. Tamb. *lib*. 5. *Decal*. *c*. 1. §. 4. *n*. 8. Ratio optima eſt: quia tunc abſolutè non ſuades malum, ſeu peccatum, ſed ſolùm ſub conditione, ſi omninò peccare decreviſti, ſuadeo tibi, ut relicto peccato graviori, v. g. homicidio, adulterio &c. aliud minus committas, v. g. ebrietatem, vel fornicationem: atqui hoc minus peccatum licèt ſecundùm ſe abſolutè reverà malum, & peccatum ſit, tamen hic & nunc relatum, & conſultum ad illud majus peccatum evadendum,

concipit aliquam æstimabilem bonitatem, quæ est evitatio majoris mali: adeoque licèt peccanti absolutè malum maneat, quia per ipsum stat, ut totum illud malum omittatur: respectu tamen consulentis bonum est, qui cùm utrumque malum impedire non possit, minus malum suadet eligendum, non quatenus malum est, sed quatenus bonum est, scilicet ad avertendum proximum ab illo majori malo: aversio autem illa à majori malo bona est. Et favet huic Sententiæ S. Augustin. lib. 2. de adult. conjugis c. 15. & refertur in c. si quòd verius 33. q. 2. *Si facturus est, quod non licet jam faciat adulterium, & non faciat homicidium: ut vivente uxore alteram ducat, & non humanum sanguinem* (propriæ scilicet uxoris) *fundat.* Accedit exemplum *Loth. Genesis* 19 ad Sodomitas à pessimo scelere avertendos, dicentis: *Habeo duas filias, quæ necdum cognoverunt virum, educam eas ad vos, & abutimini eis: dummodò viris istis nihil mali faciatis.* Torta profectò nimis est responsio adversariorum, sensum eorum verborum esse non positivè consultivum, sed comparativè permissivum, quasi dicatur: potiùs permitterem adulterium, quàm uxoricidium, potiùs sinam, filias meas prostitui, quàm peregrinis meis tantum flagitium inferri. Non video, quomodo Loth hunc sensum admittat. Sententia ergo hæc probabilissima, & sine scrupulo practicabilis est: & practicavi ipse aliquoties. Insuper hic certa aliqua puto.

I. Certissimum videtur, quòd, quando peccatum 57
rus determinatus est ad utrumque peccatum, & gravius,

vius, vel levius: v.g. vult spoliare viatorem simul & occidere: eâdem nocte & adulterium committere cum matre aliqua, & insuper incæstum cum filia &c. tunc licitè suaderi posse minus ad evitandum majus: utpote solam potiùs spoliationem, quàm simul homicidium, fornicationem potiùs cùm filia sua, quàm adulterium cum matre, & postea etiam incæstum cum filia, & ità in similibus. Quia tunc non allicis ad hoc minus peccatum, quòd ipsum ille jam etiam facere decreverat; sed solùm ei permittis hoc peccatum minus committere ob rationabilissimam causam, ut evitetur duplex, & majus peccatum. *Ita Castro Palaus* cum Tamb. *cit. n.* 10. Sed alibi resolvimus: quando puella imprægnata præ intollerantia pudoris, infamiæ, aut pœnarum horrore, certò esset seipsam occisura: utique simul pereuntem fœtu animato, nec alio modo ab hac voluntate abduci posset, licitè te ei posse suadere abortûs procurationem, ex duobus malis minus permittendo; erit enim consilium conditionatum, si omnino utriusque vitam velis perdere, perde unius tantùm. Quod quidem verissimè, & rationabiliter consulitur ait Lugo *cit. n.* 143.

58 II. Etiam certum videtur apud omnes, volentem committere peccatum gravius, te licitè posse suadere peccatum minus, quod est velut pars in illo peccato majori formaliter, vel virtualiter inclusa: tunc enim non inducis hominem ad peccatum, sed solùm directè abducis hominem à majori parte peccati concepti, cùm à toto abducere non possis: nec suades malum, sed solùm diminutionem mali;

quæ utique bona est. E.g. Volenti furari mille licitè suades, rogas, & urges, ut saltem centum contentus esse velit. Volenti committere adulterium, bene suades potiùs fornicari cum aliqua soluta. Volenti alterum occidere, rectè suades potiùs verberare, vel mutilare tantùm, & sic in omnibus, quando peccatum minus consultum in majori intento forma iter, vel virtualiter includitur.

Sed tamen semper intelligendum, *salvo jure ter-* 59
tii: ut nimirum tali suasione nullum damnum corporale, vel spirituale inferatur tertiæ personæ certæ; v.g. Volenti committere adulterium, licet suadere indefinitè fornicationem simplicem, at non cum hac, vel illa certa persona: volenti furari à paupere, licitè suadetur, ut furetur potiùs ab aliquo divite, at non licet determinare certam personam divitis, ut ex communi notat Laym. *cit. n.* 7. §. *Debet tamen.* Quamvis hoc ipsum concedant Vasq. *opusc. de scand. a* 1. *dub.* 2. Diana *cit. p.* 5. *tract.* 7. *resolut.* 19. & quidam alii apud ipsos: eò nimirum, quòd dives in hoc casu censeretur irrationabiliter invitus, quòd furto sibi facto absque notabili suo damno, longè majus damnum pauperis evitaretur: nec improbabiliter. Intellige tamen, non respectu ipsius furis sed respectu consulentis tantùm, qui ex Charitate suo consilio eò tendebat præcisè, ne committatur majus malum, cùm omne malum impedire non posset: idque cum agatur de bonis fortunæ externis tantùm, quibus ipsemet dives proximo in gravi necessitate constituto succurrere teneretur. Unde pessimè inferres: quòd volenti

violare hanc, possis obtrudere, hanc aliam, volenti occidere hunc, possis suadere alium; volenti diffamare hos, possis consulere alios, &c. Quia hæc bona animæ, vitæ famæ, nemo ipsi tenetur exponere pro alio, præsertim positâ etiam sententiâ, quòd volenti committere graviùs peccatum, non liceat suadere aliud minus peccatum formaliter in illo majori minimè contentum.

60 III. Adhuc tamen certum videtur apud omnes nos licitè posse proponere tali minus malum, & rationes afferre: v. g. adulterium aliquis proponit occidere inimicum tentat, potes ei proponere rationes, ac motiva adferre, minora esse mala, ut furtum, quàm furtum. fornicationem quàm adulterium verberationem, quàm homicidium &c. Nam si non allicis proximum ad malum, nec ad minimum quidem, sed solùm dicis, ista minora mala esse, quod verum est. Cæterùm si ipse eligat minus malum, suæ aliquali emendationi potiùs; quàm nostræ propositioni imputandum est. Vide *Hurtadum* apud Dianam *cit. resolut.* 18. Satis clarè de hoc differentem.

61 IV. Quoad ipsam cooperationem verò etiam certum puto, quòd si latro, v. g. dicat mihi: Si me adjuves ad furandum Titio pecuniam, vel supellectilem, ego aliud gravius damnum inferam domum incendam &c. & alia via non supersit avertendi furem, posse me licitè illum juvare: quia dominus in re sua, de qua potest disponere, certus est id velle, cùm tuo hoc auxilio rem utilem ipso geras, majus ipsius malum impediendo.

U

Unde rursus alia est ratio de bonis vitæ, & cor- 62.
poris, in quibus etsi liceat minus consulere, ne committatur majus, v. g. verberationem, vulnerationem, vel mutilationem, ne committatur homicidium; non tamen propter eum finem licebit cooperari ad mutilationem v. g. Ratio disparitatis est jam indicata: quia illorum bonorum fortunæ alter est dominus, & liberè de eis disponere potest, ideoque præsumitur rationabilis ejus voluntas, & consensus in minus malum, ut evitetur suum malum majus: at verò bonorum vitæ, corporis, ac membrorum suorum homo non est dominus, ut de eis liberè disponere possit, sed custos tantum, ideoque non potest præsumi ejus rationabilis voluntas, & consensus etiam in minus malum; ut rectè observat Diana sæpè cit. *tract.* 7. *resolut.* 19. *in fine.* Quin etiam respectu diversorum neque in bonis fortunæ id licet; ut si latro poscat à te auxilium ad minus furandum ab hoc, secùs ab alio furaturus plus: etsi juxta suprà dicta adhuc possis consulere, non tamen poteris adjuvare. Ratio discriminis iterum est: quia consilium tuum per se præcisè tendit ad evitandum majus peccatum, relicto ipso peccato minori in arbitrio peccaturi. At auxilium, aut cooperatio per se tendit in ipsum peccatum quod licèt minus, tamen peccatum est, quodque, sicut solus committere licitè non potes, ità neque cum alio, ut cum Vasquez. *cit. num.* 14. optimè docet Tamb. *cit. num.* 16.

§. III.

Licetne paratum peccare studio permittere, vel etiam ad id ansam dare ad bonum finem?

63 CErtum est, te, cùm possis, & debeas impedire non posse permittere peccatum alterius, multò minùs ad id ansam dare, eo fine, ut alter peccet vel puniatur, adeoque in malum ipsius: sed quæstio non levis est, utrùm sic possis permittere peccatum alterius, vel etiam ad hoc ansam præbere finem aliquem bonum, puta, ut alter deprehensus efficacius emendetur, ut te indemnem serves; molestiâ, vel dedecore liberes &c. Negant id licere saltem quoad ansam positivam peccati præbendæ sanè probabiliùs, & tutiùs *Sa. Sanch. Bonacina*, apud mox citandos.

64 R. Licet ita permittere, & probabiliter etiam ansam præbere, si spes certa sit emendationis, vel boni alterius effectus. Ita cum aliis allatis Lay. *lib. 2. tract. 3. c. 13.* Diana *p. 3. tract. 5. resol.* 18. Tamb. *lib. 5. Decal. c. 1. §. 4. à n. 2.* Ratio nem subjungam propositis priùs casibus.

65 *Primus.* Licitè potest dominus, vel paterfamilias servum, vel filium de furto suspectum, non tùm tacendo, dissimulando, abeundo, permittere denuò furari; sed etiam indifferentem ansam præbere, pecuniam exponendo, clavem in arca relinquendo &c. ut in furto deprehensos, deinceps cautiùs emendet, aut se indemnem servet. Sic causa, Pharmacopæus quidam, mihi notus, famulo suo de furto gravissimo suspecto, per personam ignotam submisit quinque capitella pro certis [illegible]

ciebus, quibus ille retentis, in furto deprehensus, & ex servitio dimissus est absque alio incommodo. Excusavi à peccato saltem gravi, si non intendit ejus peccatum, vel malum, sed præcisè suam indemnitatem. Similes casus frequentes sunt apud mercatores, & officiales pecuniarios &c.

Secundus. Dominus habens servum fidelem ab 66
alio fure sæpè sollicitatum, ad furandum res domini ad sibi tradendum; convenit cum eodem servo, ut res aliquas ad furem deportet, ut sic fur deprehensus cum re furtiva, ac punitus servum illum non amplius ad furandum sollicitet. Hic casus permittitur in jure civili *L. si quis servus, c. de furtis.* Eámque legem non tantùm in foro externo, sed etiam in foro conscientiæ prodesse (*contra Sanch. & alios*) docet *Pet. Navar. & Castro Palaus* apud Tamb. *cit. n.* 4.

Tertius. Maritus uxorem gravissimè habet su- 67
spectum de adulterio, vel vice versa, potest non tantùm exeundo, ac dissimulando illi relinquere occasionem adulterandi, sed etiam remotam ansam præbere, v. g. dicere, ut certo tempore alterum vocet, vel conveniat ad finem aliquem indifferentem: ut sic deprehendi, & emendari queat, aut etiam adhibitis testibus, postea testificaturis, divortium intentare posset. *Sic DD. cit.* Dixi: *ad finem aliquem indifferentem*: Nullo enim modo ad ipsum peccatum. Graviter ergo peccavit uxor illa, quæ ancillæ à marito sollicitatæ ad turpia, & ideo servitium relinquere volenti, suasit fictè consentire, & ejus loco seipsam in ancillæ lecto

collocavit, & sic maritum ad formale, etsi non materiale adulterium induxit, & insuper, quod horribilius, paulò post supervenientem famulum, putans redire maritum, etiam admisit.

68 *Quartus* Custodes gabellarum; hortorum, vinearum, piscinarum, sylvarum &c. se sic abscondunt ut viator sine gabella soluta transiens, aut hortum vineam, piscinam, sylvas ingrediens, fructus, uvas, pisces, vel feras capiens deprehendatur. An licite? Si nullo modo intendunt peccatum, damnum, vel pœnam proximi, sed præcisè ut res suæ curæ commissæ creditæ meliùs custodiantur, rariùsque delinquentes impingant, dum timent, ne fortè à latitantibus deprehendantur, meritò à peccato absolvit cum Bartholomæo *à S. Fausto* Tamb. *cit. n.* 3. At contra universaliter nunquam licet sic peccatum alterius permittere, multò minùs ad id positivam auxilium dare, ad eum finem, ut deprehensus puniatur, mulctam solvat, præsertim suo etiam commodo &c. Quia, cùm pœna illa non sit debita ante commissum peccatum, nec alio modo haberi possit, si non intendas etiam peccatum proximi, ad quod illa sequitur: atqui nunquam licet intendere peccatum proximi &c. Fœda ergò, & iniquissima est praxis proditorum certæ urbis, ubi prohibitum est bibere in cellariis Ecclesiasticorum sub quinque florenorum mulcta in singulas mensuras, qui potitantibus se immiscent, & ad liberiùs bibendum allicium ad majus suum lucrum, scilicet mediam partem mulctæ, captandum.

Ra-

Ratio dictorum, & similium omnium est: quia 69
prædictis & similibus modis omnibus non concurritur formaliter ad ipsum peccatum, sed solùm occasionem vel materiam relinquendo peccatum permittitur, ut efficaciùs deinceps impediatur, adeoque hoc non est facere malum, ut eveniant bona, quod utique damnabile est; sed solùm est permittere malum, ut eveniat bonum, quod minimè malum; imò summum DEI artificium est. Deinde actiones illæ omnes de se non sunt peccaminosæ, sed indifferentes omninò, iisque positis peecatum adhuc fieri, vel non feri potest: adeoque non sunt ullo modo inceptiones ipsius peccati, ut consideranti patet, & ideo propter talem justam, ac gravem causam à cooperatione ad peccatum, omninò excusari possunt, juxta mox latè dicenda.

§. IV.

Qualiter liceat cooperari ad peccatum alterius ex justa causa?

CErtissimum, & quæstione indignum est, non 70
posse te proximo cooperari ad ipsum peccatum proximè, & formaliter, seu in ipsa actione peccaminosa proximi, v. g. in occidendo innocenem, in actu turpi, in auferendo rem proximi &c. ob ullam prorsus causam (notatis tamen infra notandis) sic enim manifestè eris complex peccati. Sed quæstio, & quidem difficilis, varia, ac omnium frequentissimæ praxis est, an liceat cooperari ad peccatum alterius remotè, & materialiter, scilicet actione de se adhuc indifferenti, solùm materiam

& occasionem proximo præbendo ad peccatum se intentum, ut in exemplis §. 1. allatis, se inebriaturo vinum præbere, furaturo scalam ad fenestram admovere: vel inscensuro domum dorsum supponere &c. idque ob aliquam justam causam; nam sine justa causa non licere, abunde patet ex dictis eodem §. 1.

ASSERTIO III.

Et regula generalis.

71 *Omnis non obligatus specialiter impedire peccatum proximi, sed ob justam causam potest permittere, etiam licitè potest remotè, & materialiter cooperari ad peccatum proximi actione de se omnino indifferenti, ob justam, & rationabilem causam, dummodò semper absit mala intentio ad ipsum peccatum, sed suam actionem referat ad bonum finem seu justam causam necessitatis, vel utilitatis suæ.* Ita communis DD. Cajetanus, Navarr. Azorius, Molina, Lessius, Suarez, aliisque congestis Sanch. *lib.* 1. *Moral. c.* 7. Layman. *lib.* 2. *tract.* 3. *c.* 13. *n.* 4. Diana *p.* 5. *tr.* 7. per totum Tamb. cit. §. 4. *n.* 16.

72 Ratio Regulæ breviter est: quia in propositione Regulæ non teneris abstinere à tali actione materiali, & indifferenti ad peccatum proximi: ergò licitè potes cooperari. *Prob. aut.* Ideo nunc teneris abstinere à tali actione ex se non mala, ut impedires, seu non permitteres peccatum proximi: atqui tunc non teneris impedire, quia moraliter non potes: nam illa justa, & rationabilis causa ne-

cessi-

cessitatis vel utilitatis tuæ tollit à te moralem potentiam impediendi peccatum alterius, cùm inter requisita ad obligationem succurrendi proximo in necessitate, ac impediendi malum ipsius corporale, vel spirituale, semper numeretur facultas, & indemnitas succurrentis: ergò tunc non teneris abstinere à tali actione, sed licitè potes agere: nec moraliter censeberis velle peccatum, vel cooperari peccato proximi positivè, sed propter necessitatem, vel utilitatem tuam solùm censeberis negativè permittere, prout in omnibus casibus, & exemplis adferendis elucebit. Secùs esset, si absque ulla justa causa ita coopereris peccato proximi, v.g. se inebriaturo sine omni causa vinum præbeas: tunc enim nihil poteris ostendere, quod velis, nisi proximum peccare; ideoque positivè censeberis cooperari peccato proximi; quod valdè nota.

73 Totum ergo fundamentum hujus doctrinæ in duobus consistit. *Primò*: in natura actionis, vel operis, quod ex se non malum, sed indifferens, licitum, vel etiam bonum sit. *Secundò*: In causa rationabili excusante, quæ debet esse justa, & proportionata cum opere faciendo, & ipso operante: ut nimirum respectu cooperantis tali opere ad peccatum alterius (quod aliàs ex Charitate impedire, vel saltem non promovere deberet) censeatur moraliter urgens, & necessaria, sic ut is moraliter censeatur non posse abstinere à tali actione.

74 Certum autem est, non semper eandem causam excusare. Quanta ergò debet esse causa excusans in omni casu? non potest una regula determinari,

sed arbitrio prudentis dijudicandum relinquitur: quo quatuor tamen potissimùm consideranda communiter proponuntur *ex Laym.* & *Sanch. cit.* Tantò gravior causa requiritur, ad quantò major peccatum concurritur. 2. Tantò gravior causa requiritur, quantò propinquiùs ad peccatum concurritur; major quippe requiritur causa excusans te operari proximo ad peccatum, v. g. furi domum inscensuro scalam præbere, quàm remotè tantum v. g. eidem scalam accommodare, inebriaturo vinum præbere. 3. Major requiritur causa, quam sine tua cooperatione peccatum non fieret, quàm adhuc fieret. 4. Major etiam longè requiritur causa cooperandi, quando peccatum alterius est contra justitiam in damnum tertii, ut furtum, homicidium &c. quàm quando est contra alias virtutes, temperantiã, Castitatem &c. His positis, & semper præ oculis habendis, pro innumeris resolvendis conscientiæ casibus clarioris, & ordinatioris doctrinæ gratiâ, statuamus aliquas Regulas particulares, velut locos communes certorum casuum.

REGULA I.

75 *OB justam & rationabilem causam necessitatis vel utilitatis alicujus momenti semper licet petere opus ab aliquo, quod is sine peccato præstare potest, etsi putetur, vel prævideatur cum peccato præstiturus.* Ratio est: quia tunc peccatum proximi merè per accidens sequitur ad tuam petitionem ex sola alterius malitia, quam justa, &ra-

nabili causa excusante, non teneris impedire abstinendo à tua petione, sed licitè permittere potes.

CASUS I.

Petere Sacramenta.

OB justam causam necessitatis alicujus licitè petis absolutionem, Sacrum, alia Sacramenta à Confessario, Parocho, Presbytero concubinario, vel aliàs in statu peccati mortalis notoriè existente, quando alius bonus præsto non est; etsi illum prævideas ex malitia non sine peccato præstiturum; nam posset etiam præstare sine peccato, utpote Contritione elicita, vel absolutione petita, vel suppositâ. Secùs esset, si alius bonus, vel æquè bonus præstò sit: quia tunc nulla te justa causa necessitatis, vel utilitatis excusabit à cooperando ad peccatum proximi. Quòd si Sacerdos, vel Parochus talis excommunicatus sit, jam nuper indicata est distinctio. Aut enim est excommunicatus non toleratus & vitandus, uti est omnis, & solus nominatim denunciatus: aut notorius percussor Clerici; & tunc non licebit petere ab eo Sacramenta, (extra articulum mortis alio non suppetente) hoc enim esset communicare in divinis cum excommunicato non tolerato, contra gravissimam prohibitionem Ecclesiæ. Imò invalidè ab illo absolveris: siquidem ab excommunicato vitando Ecclesia tollit, vel saltem suspendit omnem jurisdictionem. Aut est excommunicatus toleratus, & non vitandus, uti est omnis alius præter prædictos, etiam Hæretici, & Apostatæ in Germania, 76

mania, ſcilicet non nominatim denunciatus, a
non notorius percuſſor Clerici &c. & tunc licitè &
validè ab eo Sacramenta petere, & ſuſcipere pote
quia ita in gratiam Fidelium conceſſit. *Concil.* Co
ſtant. *c. ad evitanda ſcand.* Quo caſu etiam ip
excommunicatus Sacerdos non tantùm validè, ſ
etiam licitè adminiſtrabit Sacramenta, dummod
ipſe ſeſe non ingerat, ſed ad petitionem Fideliu
miniſtret (in horum enim, non ipſius gratiam,
favorem hæc facultas data eſt) & per ipſum n
ſtet, quò minùs abſolvatur. Ita ex *Suar. Sanch.* la
& optimè *Diana loc. cit.*

II. Petere mutuum ab uſurario.

77 INprimis ſemper licitè potes petere mutuum
uſurario, ſeu pecuniam mutuam ſimpliciter, e
amſi certò ſcias, eum non daturum, niſi cum pe
cato uſuræ, ſeu injuſto lucro uſurario, nam p
teſt etiam dare ſine uſura; neque ullo modo tu
tendis eam uſuræ injuſtitiam, ſed tantùm propri
utilitatem, vel commodum, etſi non omninò n
ceſſarium, permiſsâ tantùm malitiâ uſurarii. Qu
etiam probabiliſſimum eſt, poſſe te petere mutuu
ab uſurario expreſsè cum uſura, v. g. dicendo: *D
mihi talem ſummam pecuniæ mutuam: nam ſo
vam tibi lucrum uſurarium, quod petieris*: t
mes enim, ſi hoc non addas, ne tibi mutuum n
tundè deneget: non enim hoc eſt hominem indu
cere ad peccatum; neque enim petis abſolutè,
ſapis, ut à te uſuras exigat; ſed ſolùm petis mutu
um; & quia ſcis, eum non velle dare ſine uſura

oſtet

ostendis voluntatem tuam solvendi etiam lucrum usurarium, ut sensus sit conditionatus in hunc modum: *Da mihi mutuum, & quia non vis mutuare gratis, solvam tibi lucrum usurarium.* Ita Sanch. *lib.* 3. *moral. c.* 8. *n.* 30. *Molina*, aliisque citt. Diana *p.* 5. *tract.* 7. *de scandalo resolut.* 8. Tandem certum est, te licitè posse solvere usuram, seu usurarium lucrum ob mutuum jam acceptum, etsi id accipiendo usurarius adhuc peccet, excusaris enim solvendo, quod promiseras, ne habearis infidelis, néve claudat tibi ostium ad habendum deinceps mutuum. Usurarius autem sibi solùm imputet, quòd peccet accipiendo sibi lucrum injustum, cùm facillimè posset, & deberet non recipere. Ita cum aliis *Sanch. proximè cit.* & ipse Lugo *tom.* 2. *de justit. d.* 25. *Sect.* 11. §. 1. *n.* 229. alii apud ipsos.

III. Petere solutionem maleficii.

SI maleficium illatum sit homini, vel bruto &c. 78
Utique urgente necessitate pressus, licitè potes petere ejusdem solutionem à saga, vel mago, dummodò scias, eum solvere posse absque novo maleficio, seu novo commercio, & operatione dæmonis; etiamsi putes, vel credas eum ex malitia, & diabolico contractu, non soluturum, nisi cum novo maleficio alicui alteri homini, vel bruto inferendo. Quod enim petis, bonum est; & ab altero benè fieri potest, ut supponitur: quòd autem malè fiat, & peccetur; non tuæ petitioni, sed alterius malitiæ imputandum est; uti *contra Cajetanum* ha-

habet communis DD. cum Sanch. *lib. 7. de mat. disp. 95. n. 11. alii.*

79 Secùs dicendum esset, si scires sagam, vel ma-
gum absque novo maleficio solvere non posse; qui
nunquam licet alterum inducere ad opus, quod
sine peccato præstare non potest, ut jam initio
notavi. Ubi obiter notat, nunc fieri novum male-
cium, quando ex pacto cum dæmone per signa, v.
media magica applicata dæmon invocatur ad ca-
sandum novum aliquem effectum; v. g. morbu
hominis transferendo in canem, vel catum: pr
recuperando butyro lactis calefacti calorem tra
ferre in sagam &c. non item, quando per aliqua
gna, etsiamsi à dæmone instituta, vel indicata soli
impeditur maleficium à dæmone causandum, v
continuandum, aut dæmon solùm cogitur ad de
stendum à maleficio inferendo, vel continuando,
sagam te percutientem, vel mulcentem ad into
candum, vel fascinandum, licitè potes repercute
cùm eâ repercussione scias, solere maleficium im
pediri. Et scis eadem ratione à doctis permitti pr
xim militum, qui contra veneficio induratos, se
ut vocant congelatos, gladio ter impungunt, t
búsque crucibus formatis in aëre, dicunt: *DEU
est fortior damone, in Nomine Patris, & Filii,
Spiritus Sancti &c.* certo semper effectu. Sed
his ex professo in primo Præcepto; *tr. 2. c.
Sect. 4.*

IV. Casus specialis de fœminis.

80 LIcitè potest fœmina liberalis adire Judicem, vel Magnatem pro sua justa causa alicujus momenti, vel pro beneficio sibi, aut alteri impetrando; aut ægra vocare Medicum pro sua curatione: aut æger admittere assistentiam fœminæ cum necessario obsequio, etiamsi prævideant, vel advertant Judicem, Magnatem, Medicum, fœminam &c. ea occasione labi in peccatum, seu intentationē impuram: hoc enim non est inducere in peccatum, cùm possint, & debeant non labi; sed solùm est permittere peccatum alterius tam gravi causa excusante, ut non teneantur impedire ipsius peccatum. *Ita cum Hurtado*, & Diana *p. 5. tract. 7. resolut.* 20. Tamb. *cit.* §. 4. *a. n.* 23. Qui insuper resolvunt, licitè posse quemlibet adire Judicis, v.g. vel Magnatis alicujus concubinam, vel amasiam, eámque precibus, vel muneribus sollicitare, ut pro ipso intercedat, quando ejus intercessione sperat notabile beneficium apud Magnatem, aut justam sententiam apud Judicem de re alicujus momenti pro se impetrare, nec alia via se offerat, quâ possit ejusmodi beneficium, vel sententiam obtinere. *Ratio est*: quia id potest fœmina obtinere sine exercitio, vel augmento turpis amoris; & petitio ex se bona, & de re bona est. Si autem ea occasione, de se omninò indifferenti, peccetur, ipsis imputetur. Huc etiam revocari possent plerique casus regulæ sequentis.

Regula II.

81 *Ob justam, & proportionatam causam necessitatis, vel utilitatis gravis, licet alteri cooperari materialiter ad peccatum, materiam, vel occasionem præbendo, quoties absque tali cooperatione peccatum proximi nihilominùs fieret, nimirum alia occasionem, vel materiam facilè præbituris.* Ratio est : quia sic non concurritur ad peccatum formaliter : nam & stante tuo concursu (cujus justam causam habes) peccatum adhuc potest non fieri ; & secluso tuo concursu, peccatum adhuc fieret.

CASUS I.

Hospites, Caupones, Coqui.

82 IPsa diminutio divertentium, ac cessatio lucri notabilis, est sufficiens causa, ut Caupones, Hospites, Coqui, licitè possint ministrare vinum, aliúmve potum se inebriaturis, cibos indifferentes (de carnibus mox) jejunium soluturis, etiam cùm nesciunt, vel dubitant, an à jejunio excusentur, idque maximè, cùm uno negante non sine suo damno, aliis administrantibus, adhuc peccatum fieret. *Communis apud cit.* Ratio in Regula data est.

Quin etiam in civitatibus, & locis, ubi Catholici cum hæreticis permixti sunt, etiam licet caupona, vel hospitus, diebus interdictis ministrare carnes postulantibus sine dilectu, cùm examen de Fide, & Religione ad caupones non spectet non item in civitatibus, & locis merè Catholicis,

nisi ob longè graviorem causam necessitatis, vel gravioris mali evitandi.

Excusari tamen utcunque possunt caupones in 84
locis catholicis, dum mercatores hæretici ex solemnibus nundinis adventantes, carnes postulant, iis negantibus, facilè aliunde comparaturi, non sine magno cauponum detrimento, & lucro cessante, quantùm est in foro conscientiæ; nam in foro externo ipsi viderint. Qua ratione vera est Sententia Cajetani, & Navar. suprà relata, licere amicum, qui se inebriandi, & jejunii violandi causâ ad cauponam properat, in domum suam ducere, eique vinum, vel cœnam ministrare: si nimirum rationabilis aliqua causa subsit, vel ad lucrum capiendum, vel ad alterius damnum, vel periculum, aut scandalum in caupona oriturum evitandum.

Non tamen id poterat licitè fieri ab ejusdem Superiore, cujus officium est impedire peccata suorum subditorum, sicut neque paterfamilias domesticis suis licitè poterit cœnam, multo minùs carnes ministrare diebus jejunii, si credat eos ad jejunium obligari, etiamsi sciat illos alias occultè, vel alibi voraturos, ut ex Nav. *c. 2. n. 26.* notat Layman. *sæpè cit. & p. 5. tr. 7. resol. 39.*

II. *Vendentes, Ementes.*

EAdem diminutio justi, ac notabilis lucri suffi- 85
ciens causa est, ut mercatores, & opifices licitè possint facere & vendere res indifferentes, quibus & homines bene, & malè uti possunt, etiamsi sciant emptores, non tantùm aliquos in genere,

(alioquin quis ullam rem vendere posset?) sed etiam hoc in particulari abusuros esse ad peccatum, dummodò in ipsa emptione, ejúsve circumstantiis non appareat intentio peccandi. *Omnes.* Sic opifices licitè faciunt, & vendunt gladios, & arma, etsciant emptores iis abuti ad injustum bellum, ducellum, homicidium. Item Mercatores licitè vendunt fucos mulieri, quos sciunt emi, ut iis peruncta turpem amorem alliciat: item taxillos, cartifolia & similia, quibus tamen emptores peccaturos inistis ludis certó prævident. Item eâdem ratione pocst quis licitè sua vina, frumenta, aliásve mercivendere alteri, quem scit per fraudem revenditurum, utpote miscendo vino aquam, merci bonæ materiam deteriorem, aut de mensura, vel pondere detrahendo &c. etiam ob solam illam causam, quia alioquin difficulter aliis, vel cum suo damno vel minori lucro vendere deberet. Ita cum aliis Sanc. *lib. 1. Moral. c. 7. n. 37.* Diana *p. 3. tract. 6. sol. 44. & p. 5. tr. 7. resol. 39.*

86 Secus dicendum, si quis alteri mercede conducto traderet sua vina, frumenta &c. ut cum simi fraude, & injustitia vendat, pretio sibi allato: tu enim ipsemet principaliter venderet, sícque peccaret contra justitiam cum onere restitutionis; ut bene notant *DD. cit.* Quòdsi verò dominus vini cereviſiæ v. g. non præcipiat, nisi justè vinum vendi, tali taxâ, justâ mensurâ à suo tabernario; sciat men ipsum vendere injustè pretio subtracto, sibi retento, idq; ob justam causam dissimulet, quia mirum aliàs damnum pateretur: dominum à pe-

cato excusat *Merolla apud Dianam ibid.* consentientem. Denique si dominus omninò ignoret fraudem committi à tabernario, certum est à peccato excusari. Quòdsi tamen pretium injustum ipse dominus recepisset, re cognitâ, tenebitur ad restitutionem excessûs, solùm in quantum ex eo injusto pretio supereſt, aut quantum inde ditior factus est, juxta Regulas restitutionis. Verùm notanter

Dixi 1. *Res indifferentes licere facere, & ven-* 87
dere, quibus homines benè, & malè uti possunt. Nam illa, quæ per se malæ actionis instrumenta sunt, & nullum bonum usum habent, sine dubio non licet conficere, vendere, tradere, v. g. (erubesco adferre instrumentum diabolicum artificiosè factum occultæ libidinis fæmineæ) item instrumentum latronum ad impediendam loquelam: infideli idolum, vestes Sacerdotales. Aram, vel templum Idoli ad exercendam idololatriam, nisi urgentissima aliqua causa v. g. extrema hominis necessitas, vel paupertas excusaret, quod contra alios probabiliter admittit Tanner. *tom. 3. disp. 1. q. 9. dub. 5. n. 144.* Diana *resolut. 37.* Tamb. *cit.* §. 4. *n.* 38. Et Ratio excusationis est: Quia & illæ actiones non sunt omnino intrinsecè malæ, quia idolum, vel vestes similes etiam licitè appeti, ideóque fieri, vel vendi possunt etiam ad usus licitos, v. g. comœdiam, ornatum domûs, monumentum antiquitatis &c. ergo urgentissima causa excusante etiam fieri possunt infideli abusuro. Huc etiam spectat, quòd non liceat venena vendere, nisi iis, qui bene usuri putantur, ut ad medicinas, colores &c. Unde venditio veneni,

quod ad nullum usum servit, nisi ad occidendu hominem, abortum procurandum &c. simplici mala est; nec legi, qui excusaret, si ad eum fin vendatur.

88 Dixi 2. *Dummodò in ipsa emptione, ejúsque cumstantiis non appareat intentio mala peccan* Quòdsi enim in ipsa emptione appareat empto mala intentio peccati, certum est non licere ejusm di vendere ob solam prædictam causam diminuti cri, sed alia longè gravior causa accedere debe Illicitè ergò alicui jam furenti, & jam minitanti cem alteri, venderes gladium, vel accommoda imò illicitè redderes suo proprio domino ita fur ti, nisi gravissima causa, v. g. mortis propriæ urg te & excusante. Illicitè quoque venderes jam proficiscentibus ad bellum injustum, magis illi deferres ad castra, actu bellum injustum gerentiu arma, & similia, nisi iterum gravissima causa sim excusaret, juxta dicenda Regulâ quartâ. Sic nique Apothecarius illicitè venderet mercuriu vel quid simile fœminæ gravidæ, sciens usur ad abortum procurandum. Hæc quoad vend tes.

89 Quoad ementes verò hoc solùm ex alibi di hic annotare placet; Nimirùm ob similem caus necessitatis, vel utilitatis posse te licitè emere à litibus res ablatas ignotorum dominorum, e pro derelictis habitas, cùm etiam te non ement men non sint restituturi, aut alii empturi, certi mini non recuperaturi; dummodò semper ha voluntatem dominis, si quando compareant, r

tu

tuendi, quantum adhuc exstat, vel quantum inde ditior factus es. Sed de hoc alibi plura.

III. *Locantes, adificantes.*

LEgitimo Magistratu permittente, licitè Catholicus potest hæreticorum templa, vel synagogas Judæorum ædificare, restaurare, ornare &c. similiter in civitatibus, vel locis, ubi ad majora mala evitanda, permissa sunt lupanaria, licitè potes ædificare domum meretrici, vel meretricibus, permittente interim Magistratu ut opus turpe exerceatur inibi, uti (contra *Novar.* id ut valdè periculosum merito dissuadentem) docet *cõmunis & recepta DD. Sententia meique citati omnes.* Et omnino verum credo, quando justa subest causa: utpote si domus non posset æquè bene aliis honestioribus locari, & insuper te non locante, tamen locabunt alii, & sic peccata non impedirentur: quòdsi autem domum tuam æquè benè aliis locare possis, certè sine omni tuo incommodo poteris, ideóque debebis non locare, & actiones turpes domi tuæ exercendas impedire: idque maximè verum est, quando, te non locante, simul spes est fœminam, alibi non reperta occasione perditè non acturam, ut rationabilissimè docet *Hartadus apud Dianam supra.* Nihilominus Sanch *l.* 1. *Moral. c.* 7. *n.* 20. *Lessius, Valenzia*, alii plurimi cum cit. Diana *resol.* 24. id absolutè concedunt licere, absque ulla alia causa excusante, eò quòd locatio domûs, seu locus ipse valdè remotè se habeat ad peccatum abutentis, cùm nec materia, nec occasio peccati sit. 90

91 Excipiunt tamen meritò: nisi locus ratione fi
esset magis aptus ad alliciendos homines ad pec
tum, aut vicinitas meretricis multùm noceret h
nestis fœminis in vicinia cõmorantibus: tunc en
requireretur causa aliqua excusans ad locandu
qualem adhuc sufficientem esse illam suprà dict
quòd nimirum domus non possit aliis honestio
bus locari, censet *Tamb. dicto* §. 4. *n.* 34.

IV. Pictores, Histriones &s.

92 PEccant sine dubio mortaliter, regulariter
quendo, pictores pingentes valdè turpia,
obscæna; & multò magis histriones ejusmodi va
turpia repræsentantes, ex quibus moraliter c
tum est, multos lapsuros graviter quoad castitat
& pudicitiam: magis enim movet repræsentatio
lut vita turpium, quàm pictura mortua. Dico
tem: *regulariter loquendo*: Nam in casu raro, si
ta esset pictoris, vel histrionis necessitas, ut eo l
indigeret ad victum, vestitum, vel ejusmodi q
necessarium, semel, aut iterum licere, donec alia
ctùs ratio occurrat, permittunt aliqui DD. c
Tamb. *suprà cit. n.* 28. Dummodò absit pericu
mortale impuræ delectationis venereæ, quod in
jusmodi cavere sanè difficile est. Unum aut alter
dubiolum hîc restat.

93 *Unum.* Utrum pictori liceat pingere imagi
amasiæ pro eo, quem pictor certò scit in illam
piter esse affectum, idque extra finem matri
nii, præsertim si etiam essent matrimonii ad i
cem incapaces? R. Non licere citra peccat
mor

mortale, regulariter loquendo; cùm præbeat fomentum & incitamentum turpis amoris: nisi iterum causa gravissimæ necessitatis pictoris excusaret. Cùm enim talis pictura de se sit indifferens, & etiam bono usui deservire possit, ob causam gravis necessitatis poterit pictor permittere peccatum alterius: uti contra *Azorium*, *Bonacinam*, & alios docent *Basilius Pontius*, *Castro Palaus*, alii cum Diana *p. 5. tract. 7. resolut. 5.* Tamb. *eodem n.* 28.

Alterum dubium est: Anrhedariis, vel lecticariis, qui nimirum ex officio, vel statu suo rhedas agunt, vel lecticas portant pretio conducti, liceat scienter amasiam ad amasium, vel econtra adducere? Negant *DD.* communiter. Et certum videtur, non licere absque omni justa causa excusante: at subsistente aliqua justa causa (qualis est ipsum lucrum inde capiendum, alioquin cessans) concedunt *Merolla* cum Diana apud Tamb. *cit. n.* 30. Et quod mirum est, conscientiosus Navarrus *lib. 5. consil. in secunda edit. cons. 5. de pœnit. in fine.* Ubi de his ipsis, & ejusmodi servitiis loquens dicit: ex his videtur colligi ratio defendendi multos à peccato, saltem mortifero; modo non placeat eis peccatum, & faciant obsequia prædicta ob aliquem bonum finem; puta eo, quòd exhibeant illa officii sui causâ, vel ob justam mercedem: licèt enim hæc officia, & obsequia sint valde conjuncta peccato; non tamen sunt secundùm se, & suápte naturâ peccata; & ideo sejungi possunt à peccato per finem diversum, & sejunctum. *Hæc Navarrus sapienter.* Major infrà erit ratio de famulis, & ancillis. 94

REGULA III.

95 *QVando aliquid alicui ex justitia debetur, pr*
standum est, etsi per illud alter peccaturus
si tu peccatum aliundè impedire non debeas,
commodè non possis. Ratio est; quia ipsa obliga
justitiæ est sufficiens causa excusans actionem tu
aliàs indifferentem à cooperatione ad peccatum
terius, posito, quòd illud impedire non debeas,
hîc & nunc commodè impedire non possis; pr
certè regulariter non potest creditor. Quodsi
tem in casu aliquo reverà impedire posses peccat
alterius, maximè contra justitiam non reddendo
bitum, te tunc non solùm non teneri reddere,
teneri pro tunc non reddere debitum, constat
dictis de causis excusantibus à restitutione.

CASUS I.

Debitores, Subditi.

96 CReditori mutuum reddendum, debitum
vendum, suum restituendum, dominis trib
tum pendendum, etsi illis pecuniis, vel rebus re
ptis immediatè ad peccatum abusuri sint, ob rati
nem Regulæ datam: dummodò ipsis non exhibe
tur in ipsa intentione actuali peccandi; & omni
maximè contra justitiam in damnum tertii.
enim furioso, vel alteri jam actu volenti occide
non licet reddere etiam sua propria arma (mul
minùs vendere, vel commodare) nisi alia gravis
ma causa urgeret.

II. S

II. Sacerdos, Confessarius.

COnfessarius pœnitenti, quem aliunde scit indi- 97
spositum, non tamen fatenti, tenetur absolutionem dare, saltem sub conditione mente retentâ, ut in materia de pœnitentia dicitur: quia tenetur ei credere tam pro, quàm contra se. Item Parochus, vel Sacerdos peccatori indispositio, etiam excommunicato, occulto tamen, etsi sibi probè noto, tenetur administrare SS. Eucharistiam publicè petenti; imò etiam petenti privatim, si ejus indispositionem ex sola ejus Confessione Sacramentali cognitam habet; Quia debetur ei sua fama, & observatio sigilli ex justitia. Communis doctrina suo loco tradita.

III. Conjuges.

UXor v.g. tenetur reddere debitum petenti ma- 98
rito voto castitatis astricto, ideoque peccaturo, si eum petentem à proposito suaviter avocare non possit: piè enim, & laudabiliter conabitur peccatum conjugis impedire, v. g. dicendo: quæso, serva tuum votum, exspecta, donec ego petam, statimque petat; imò cùm primùm advertit conjugem desiderare copulam, ipsa petendo prævenire poterit, sic enim alter jam obligatus reddere, non ampliùs peccabit, quod valde nota. Et sic econtra discurre de marito respectu uxoris eodem voto adstrictæ. Attamen peccabit fœmina, si sciens viri votum cum eo contraxit, vel econtra, vir cum fœmina: quia tunc absque obligatione concurrit ad contractum DEO injuriosum: ut habetur *c. Not.*

novimus 17. *q.* 2. & docet communis D D. Nav
rus *c.* 22. *n.* 73. Sanch. *lib.* 7. *de matr. disp.*
Attamen in casu, quo permittuntur matrimo
Catholicorum cum hæreticis, sponsus Catholi
licitè ministrat Sacramentum Matrimonii spon
hæreticæ, vel econtra Sacramentalis gratiæ incapa
quia contrahens est solùm minister privatus hu
Sacramenti, neque ad ministrandum Sacrament
specialiter ordinatus, ut ejus officii sit indignos
toriè à Sacramento excludere.

IV. Famuli, Ancillæ.

99 IPsa ratio famulatûs, seu servitii est sufficiens ca
sa, ut excusentur famuli, & ancillæ: item fi
familias, & uno verbo subditi, si jussa dominor
aut Prælatorum faciant opera, ex se indifferenti
& remotè tantum ad peccatum se habentia; non ita
propinquè, & proximè ad peccata ordinata. U
potè: 1. si famulus jussu heri usurarii pecun
ad usuram dandam numeret, deferat, recipiat, in
brum referat; absque alia mala intentione, vel co
placentia ad peccatum. 2. Si famuli, & anc
seu coqui, & coquæ dominis, jejunium viola
tænam, & carnes coquant, vel ministrent: q
hæc actio naturâ suâ non ordinatur ad peccatu
sed solùm ad substantiam actus comestionis s
ctantis ad nutrimentum dominorum, cui actui
die per accidens cónjungitur peccatum domi
rum, quod famuli, & ancillæ impedire non ten
tur, sed funguntur suo officio, sicut aliis dieb
Communis DD. apud Dianam *cit. p.* 5. *tract.*
re

resolut. 13. 3. Si famulus jussu Domini, quem scit ire ad adulterandum, sternat equum, ipsum merè comitetur, meréque exspectet, more solito ante fores servitij causâ (hoc est, non ut custodiat, securum, vel animosiorem ad peccatum reddat, tunc enim clare peccabit) item si fœminam, cum qua Dominus peccaturus est, in domum admittat, facem præferat, lectum sternat, cibum, vel potum ministret, exuere juvet &c. Item si ancilla heram suam meretricem ornet, & similia modò dicta faciat. 4. Si famulus, vel ancilla inter hujusmodi heros & heras deferat litteras, internuntia munera solius urbanitatis, vel amicitiæ plena, præstetq; similia alia officia, quæ alius famulus, vel ancilla æquè præstaret, & ita similibus sexcentis. *Ratio omnium est:* Quia ex una parte illi ex officio, & conditione sua tenentur dominis servire, & obsequi. Ex altera verò parte cooperatio ad peccatum merè materialis, & remota tantùm est. Unde tamen similia non liceret scienter præstare aliis liberis ab obsequio.

Contra verò in iis, quæ propinquè, vel proximè se ad peccatum habent, juvant, vel ordinantur etsi de se indifferentia, non possunt famuli, & ancillæ obsequi dominis ex sola ratione famulatûs, vel servitii. Imò modò post propositiones damnatas, non ampliùs excusat metus cujusvis notabilis detrimenti, ut si timeant, nè à domino, vel à domina cum detrimento, vel dedecore è domo, vel servitio expellantur, aut malè tractentur; aut si sponte servitium deserant, aliud vel non inveniant, vel saltem 100

cum

cum molestia quærere cogantur. Sic enim illa in-
telligenda videtur damnata ab Innocentio XI. Pro-
positio 51. *Famulus, qui submissis humeris, scienter*
adjuvat herum suum ascendentem per fenestram ad
stuprandam Virginem; & multoties ei subservit
deferendo scalam, aperiendo januam, aut quid si-
mile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat
metu notabilis detrimenti, puta, ne à domino ma-
tractetur, ne torvis oculis aspiciatur, ne domo ejici-
tur. Et hinc concubinam, vel amasiam conducere,
aut litteras turpiter amatorias, scienter deferre
(sicut & litteras continentes expressam provoca-
tionem ad duellum) nunquam potest esse licitum,
cum hæc videantur intrinsecè mala, & species in-
nocinii, ut habet communis DD. cum Sanch. *lib. 1*
moral. c. 7, n. 6.

101 Excusat tamen omnis ignorantia: cùm famu-
vel ancillæ non sit inquirere intentiones & consi-
dominæ, vel domini sui. Quòdsi autem famul
certus sit de turpi amore domini erga talem fœmi-
nam, ignoret autem quid in litteris contineatur, ab
huc non licere deferre, docet *Sanch. cit.* Quia tun
ex communiter contingentibus debet servus præsu-
mere turpia esse & mala. Eam tamen delationem
ex aliqua urgenti causa licere, concedunt *Rebellus*
& *Castro Palaus* apud Tamb. *cit.* §. 4. *n.* 18. Vid
de his plura, & curiosa apud *Dianam*, & *Sanch.*
cc. Et modò post Propositiones damnatas utilissim
leges Joan. Card. & alios, recentissimè in præs
tas propositiones scribentes.

RE

REGULA IV.

102 *Licet materialiter ad peccatum proximi cooperari, quoties major necessitas, seu ratio majoris malievitandi, ita exigit, vel cogit.* Ratio est: quia ex duobus malis, quorum utrumque vitari non potest, minus eligendum, vel certè permittendum est.

CASUS I.

Juvare pugnantes injustè.

103 CHristiani, vel Catholici captivi apud Turcas, vel hæreticos bellantes contra Christianos, vel Catholicos, licitè remigant, fodiunt, sarcinas, & arma advehunt &c. Quia ex una parte magna necessitas & gravissimus metus verberum, & mortis eos cogit: & ex altera parte cooperatio non adeo propiuqua est, sine qua damnum nihilominus inferendum est. Quòdsi tamen captivi ejusmodi auxilia negantes, Christianos vel Catholicos magno periculo eripere possent, vel victoriam causare, omnino ex Charitate videntur obligari ad bonum commune Reipublicæ Christianæ vel Ecclesiæ anteponendum propriæ vitæ. *Sic Pet. Navar. Molina,* Layman. *cit. n. 5. §. ulterius.* Eâdem ratione iidem excusantur, si inferant damna Christianis in rebus externis, auferendo, destruendo, comburendo, simili metu mortis coacti: quia tunc sunt in extrema necessitate ad tuendam vitam, & domini non debent esse inviti rationabiliter, sed potiùs ex Charitate consentire; neque eam actionem, prout à miseris captivis fit, sibi injuriosam putare: uti contra

alios

alios rectè docet Molina *tom. 1. de just. tr. 2. disp. 115.* aliisque citt. Diana *cit. resolut.* 30.

104 At verò minimè excusantur mortis, vel cujuscunque mali metu actu pugnantes contra Christianos, vel Catholicos, eos occidentes, mutilantes, tormenta explodentes, applicantes ignem navibus comburendis cum Christianis &c. quia hæc sunt intrinsecè mala, nec patrocinari potest consensus innocentium. Eâdem ratione proportionaliter discurrendum de juvantibus fures, vel latrones, non propinquè tantùm v. g. scalas applicando, vel dormitum supponendo furaturis &c. sed etiam proximè furandum, vel prædandum: nimirum excusari certo metu mortis, vel alterius gravissimi mali prudenti judicio proportionati cum damno proximis inferendo, qui similiter non debebunt esse rationabiliter inviti; minimè tamen excusantur juvantes latrones ad homicidia &c. Ratio jam antea est dicta.

II. *Obedire Tyranno.*

105 TYranno, expulso Principe, Provinciam injuste occupante, possunt incolæ sub eo manere ejusque cogente imperio, fossione, excubiis, contributione &c. juvare: non utique animo bellandi contra proprium legitimum Principem; sed quatenus opera illa indifferentia sunt, & minus mala ad majus evitandum, quæ nimirum si ab incolis recusentur, majora damna ipsis, & Reipublicæ imminent; quippe ut bonis omnibus privati, provincia ejiciantur, aliis ad nocendum promptioribus substitutis: quam ob rem ipse Princeps legitimus

censetur velle, ut manentes hæc interim faciant ad majora mala devitanda. Ex communi Layman. *cit.* *n.* 5. §. *Secundò resolves.*

III. Tolerare malos.

PEccant sanè graviter parentes, Domini, Patres- 106
familias, si filios, servos, ac famulos malos, lascivos, luxuriosos &c. domi retineant, & non ejiciant; si credant ex eorum ejectione emendandos fore, & ut ajunt, ad crucem repturos. At quia sæpissimè timendum, & passim contingit eos ex ejectione extra domum, & curam, ac disciplinam paternam, vel herilem, non modò non emendari, sed potiùs magis pervertendos, in graviora scelera & dedecora labi &c. præsertim si etiam eorum opera parentibus, vel dominis necessaria sit, ut sine gravi damno suo, vel incommodo ejici non possint, prudenter, & licitè eos retinent; dummodò familiæ, vel familiaribus non sint pernicioſi Unde excusari possunt, si ob justam causam retinent filium, vel famulũm extra domum amasiam habentem: at minimè excusari poterunt, si domi amasiam habeant, hoc enim esset receptare peccantes, & facere, ut securiùs, & commodiùs peccent. Quid hîc de scandalo: quid de contagione totius familiæ? Quænam justa causa id permittendi esse possit, saltem ad longum tempus; *Ita ex Sylv. Navar.* Tamb. *cit.* §. 4. *n.* 21. & 22.

IV. Redimere vexationem.

CAsus hîc singularis est in administratione Sa- 107
cramentorum, si Sacerdos, vel Parochus ex malitia

malitia nolit administrare Sacramenta, maximè n
cessaria, v. g. Baptismum infanti morituro, po
tentiam existenti in peccato mortali, & perico
mortis: licebitnè ei offerre pecuniam ad redim
dam eam iniquissimam vexationem?

108 Sanè communis Sententia Antiquorum Theo
gorum, *S. Thomæ, Scoti, Alensis, Gabrielis, & a
rum est*, non licere offerre pecuniam pro adm
stratione Sacramenti, etiam in extrema necessit
Ratio eorum est: quia emere Sacramentum
trinsecè malum est: ut proinde nullâ circumstan
etiam extremæ necessitatis juvante honestari,
licitè fieri possit: nam hoc non solùm est scan
lum, quo inducitur proximus ad peccatum;
etiam est peccatum simoniæ juris naturalis: q
ipsa oblatione pecuniæ emitur Sacramentum: e
re autem Sacramentum tam iniquum, & simo
cum est, quàm vendere.

109 Verùm magis placet Sententia opposita *D.
naventuræ, Vasq. Pontii*: & jam *communis D.*
quos sequitur Diana *p. 5. tract. 7. resolut. 16.*
cere nimirum Sacerdoti nolenti infantem bapti
in extrema necessitate, pecuniam offerre, imò si
ter induci non possit, etiam debere fieri. *Ratio*
oppositum est: quia inprimis hoc non est scan
lum, non enim peto, ut ipse Sacramentum ven
absit: sed peto Sacramenti administrationem, q
sancta est, & ab eo sanctè fieri potest; ex suppo
tione autem, quòd is ex malitia aliter administr
nolit, offero pecuniam, non simoniacè ut Sac
mentum emam, absit: sed præcisè, ut mem
ipsi

ipsius, & voluntatem inducam, ut in tanta necessitate conferre velit Sacramentum. Unde neque est simonia; quia non æstimo Sacramentum pecuniâ, sed nolentem aliter conferre, oblatâ pecuniâ allicio, permittendo interim ejus peccatum tanquam minus malum ad evitandum majus malum damnationis infantis. Quare non licitè solùm sic offero, sed ex Charitate etiam offerre debeo: quia ex duobus malis minus est eligendum. Quamvis autem DD. cit. prædicti, & plerique loquantur solùm de Baptismo infantis moribundi, sic necessariò baptizandi, eadem tamen omninò est ratio de Sacramento Pœnitentiæ necessario ad salutem. Imo *Hurtadus*, & *Diana citt.* extendunt ad Sacramentum Eucharistiæ, ac omnia alia, quæ si aliter Sacerdos malitiosè ministrare nolit, posse pecuniâ oblatâ extorqueri: non enim æstimatur Sacramentum pecuniâ: sed sola voluntas Ministri allicitur ad præstandum id, quod sine peccato præstare posset & deberet: si malè præstetur, est ex sola malitia Ministri.

111) Eademque ratione dicendum in casu tempore belli non rarò, quo milites hæretici Sacramentum Eucharistiæ essent prophanaturi, pedibus conculcaturi &c. licitè catholicus eis offerret pecuniam, non ut Sacramentum ab eis emat, vel prætiò æstimet, sed ut mitigatâ eorum mente sacrilegâ tantam Sacramenti irreverentiam redimat, & impediat. Ex his quatuor Regulis per casus satis latè deductis benè penetratis facilè resolves alios casus

prorsus innumeros, quos scripto congerere impo-
sibile est.

SECTIO IV.

De

Obligatione Scandalizantis lædentis pro-
ximum in bonis Animæ.

SUMMARIUM.

111, & 112. Scandalizans activè tenetur ad procurand[um]
scandalizanti emendationem non tantum
Charitate, sed

114. & 115. Probabiliter etiam ex Justitia;

116. Idque certum, si per vim vel fraudem induxit alium
peccatum, vel errorem in rebus fidei, itaut

117. Talis sub mortali obligetur. I vim, metum minat[i]
perium &c. revocare; &

118. II. Fraudem, dolum, vel falsas persuasiones, qu[as]
induxit, amovere: ac

119. III. Insuper si etiam amotâ causâ peccati, & ofe[n]
veritate seductus in peccato perseveret, m[e]
opportunis ejus emendationem procurare: &

120. IV Si seductus inde damnum passus est, illud
pensare.

121. Usque ad n. 124. Qui verò fine vi, vel fraude aliqu[em]
aut jam ante peccare paratum inducit in pe[c]
tum, non ex justitia, sed ex charitate solùm
gatur ad ejus emendationem.

124. & 125. Parentes, consanguinei, & quibis alii aliq[ui]
vel aliquam à Religione ingredienda, vel p[ro]
tenda retrahentes, vel impedientes &c. quo[d]
peccent: Et

126. Usque ad n. 131. Ad quid obligentur I. ipsi ta[li]
abstracto?

131. & 132. II. Religioni pro abstracto ingressuro, vel p[ro]
fessuro, aut

133. III. Jam professo? & tandem

134. Usque ad n. 138. *Quando, quantum & quomodo restituendum Religioni pro abstractis?*

138. Usque ad n. 145. *An quomodo & quotupliciter peccent, qui malo animo, & sine causa Novitio negant votum ad professionem?*

ASSERTIO IV.

QUicunque activè scandalizans alterum induxit in peccatum, vel errorem noxium, ad compensandum damnum spirituale illatum, obligatur procurare ejus emendationem. Ex Charitate maximè, & probabiliter etiam ex justitia: itaque certum si per vim, vel fraudem induxit: alioquin verius non ex justitia, sed Charitate tantùm. Explico breviter. 112

§. I.

Obligatur ex Charitate maximè.

CErtissimum apud omnes: nam quicunque Christianus ex lege generali Charitatis & speciali præcepto fraternæ correctionis tenetur corrigere errantem, vel peccantem: Ecclesiastici 17. *Et mandavit illis, unicuique de proximo suo.* Et latius *ibid. c.* 19. Et clarissimè Christus Matth. 18. *Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum &c.* Ergo multò magis, & maximè ex charitate tenetur corrigere, seu procurare emendationem proximi sui, qui ipsemet illum in peccatum, vel errorem induxit: nam talis præter communem titulum Charitatis quo cæteri omnes obligantur, habet alium specialem titulum damnificantis, eò quòd auctor fuerit illius mali spiritualis proximi, quod proximus incurrit, & patitur. 113

[114 Quæstio ergo & controversia major est, an etiam talis obligetur ex justitia ad compensandum damnum spirituale proximi, & procurare ejus emendationem? affirmat universim, & indistincte communis Theologorum Sententia, Scotus 4. *dist.* 15. *q.* 3. *a.* 1. *Richardus*, *Paludanus*, *Gabriel*, *Adrianus*, alii. Communior autem Sententia RR. ita distinguit: Si per vim, vel fraudem induxit, obligari ex justitia: si sine vi, vel fraude, ex charitate tantum. *Sic Sotus*, *Sylv. Azorius*, *Lessius*, *Laym.* aliisque *citt.* Lugo *disp.* 9. *de just. Sect.* 1. *an.* 8. Eademque ratione commodissime explicari potest Sententia *Scoti*, ut ibidem notat *Scholiastes*: loquitur enim indefinitè his verbis: *De isto dico, quod tenetur modo sibi possibili, restituere sibi damnum scilicet inducendo eum efficaciter ad pœnitentiam, & ad actus virtuosos; & si ista inductio non sufficiat, quia facilius est pervertere quam convertere: tenetur & per se orando, & per orationes aliorum procuratas impetrare sibi conversionem, & per alios persuasores efficaces: dum tamen illis non prodat peccatum occultum illius alterius. Ex hoc patet, quantum periculum est aliquem sollicitare & inducere ad peccatum, quia vix potest dignè restituere, cùm voluntatem illam aliquam ad peccata vix possit persuasionibus, & aliis multis viis reducere ad virtutem. Ratio hujus satis patet: quia cùm virtutum bona sint maxima, secundùm* Augustinum 1. Retractationum *c.* 9. *plus damnificat, qui in istis damnificat, quam qui in quibuscunque aliis: & per consequens plus sec-*

dùm justitiam tenetur ad restituendum proximo tale bonum, quantùm sibi possibile est. Sic Scotus indefinitè loquens: sed quia communiter intelligitur, & citatur pro prima Sententia, ideo in favorem illius antiquæ piæ Sententiæ dicimus:

§. II.

Et probabiliier etiam ex justitia.

PRobabilior omnino est prima sententia uni- 115
versaliter affirmans, talem obligari ex justitia. Suadetur: quicunque damnificat proximum in bonis injustè, peccat contra justitiam commutativam, & tenetur ad restitutionem. & quidem tantò magis peccat, & restitutioni obnoxius fit, quantò majus est bonum, in quo damnificat: sed quicunque inducit proximum quocunque modo in peccatum, quòd aliàs non commisisset, est vera actualis causa per se illius peccati, & privat proximum suum bono maximo divinæ gratiæ, ipsi ex CHRISTI, & propriis meritis debito, adeoque damnificat ipsum in bono spirituali pertinente ad vitam æternam: ergò peccat contra justitiam commutativam, & quidem multò magis, quàm si damnificaret eum in bonis temporalibus vitæ, famæ, fortunæ, juxta dictum Anacleti Papæ Epist. 3. relatum c. Deteriores 6. q. 1. *Deteriores sunt, qui vitam bonorum pravis moribus corrumpunt, quam si substantias aliorum prædiáque diripiunt.* Ergo ulteriùs etiam tenebitur ad restitutionem ex justitia, & quidem multò magis, quàm qui damnificat in bonis temporalibus inferioribus. Sanè

nulla videtur ratio, quare obligatio restitutionis ex justitia solùm restringeretur ad damna temporalia & non item ad spiritualia? neque videtur obesse consensus damnificati in spiritualibus: nam damnificans in bonis corporalibus adhuc tenetur ad restitutionem, etiamsi damnificatus aliquando in damnum suum consentiat, nam usurarius v. g. obligatur ad restitutionem usuræ mutuanti, etsi is in ipsa consenserit: ergò etiam talis inducens ad peccatum obligatur ad restitutionem, non obstante, quod alter seductus consentiat in peccatum suum, in damnum suum. Confirmat *Scotus* antiqua lex DEI Exodi 22. *Qui seducit virginem, & dormit cum ea, dotabit eam, & habebit eam uxorem, aut reddat ei pecuniam, juxta modum dotis quam virgines solent accipere.* Ergo ista damnificatio illata virgini contra Castitatem requirit restitutionem castitatis conjugalis reddendæ proximo. Jam vides sententiam esse valde probabilem. Ita super dicimus:

§. III.

Idque certum, si per vim, vel fraudem induxit.

116 NImirum, qui per vim, vel metum, fraudem vel dolum, aut falsam doctrinam induxit alterum ad peccatum, vel errorem in rebus fidei, vel morum, tenetur ex justitia tollere causam datam, ne ampliùs in peccato persistat, atque procurare seducti emendationem. *Sic omnes ac utriusque Sententiæ Doctores.* Ratio clara est: quia qui cunque

cunque infert alteri veram injuriam damnosam, seu damnum injustum, utpote invitum, ac involuntarium privando re sua, quam titulo justo possidet, peccat contra justitiam, & obligatur ad restitutionem, seu compensationem damni illati, & ante omnia ad amovendam causam appositam talis damni: ut constat ex ipso fundamento justitiæ, & restitutionis: sed qui alterum per vim vel fraudem induxit in peccatum, vel errorem, infert ei veram injuriam; cùm quilibet habeat jus, ne sibi per vim, vel fraudem malum inferatur; infertque grave malum ipsi invito, ac involuntario; quia, ut supponitur, nunquam tali peccato consentiret, nisi alter aut vi, aut metu compulisset, aut fraude vel dolo, vel suasu falso decepisset: & siquidem per vim vel metum induxit ad peccatum formaliter, utpote cognitum, & sufficienter voluntarium, adhuc infert sanè gravissimam injuriam, damnumque injustum gravissimum reatûs peccati mortalis, ac æternæ damnationis, privando illum maximo bono suo, scilicet gratiâ, quam verè possidet ex CHRISTI, & propriis meritis: Si verò per dolum, vel fraudem, falsam doctrinam, induxit in peccatum, saltem materialiter tantum, utpote ignorantia invincibili excusatum, adhuc injuriam infert constituendo eum invitum in malo materiali, quod licèt per se grave non sit, per accidens tamen sæpè maximè gravè evadit ob damnum annexum: ut si virgini, fœminæ, vel masculo persuadeas copulam carnalem in talibus circumstantiis non esse peccatum: tunc enim magnum detrimentum ei

infers in amissione virginitatis, quæ pretiosissim
ornamentum est, aut si propter talem actum in
rat aliud damnum spirituale, vel temporale, u
pe contingere solet: puta quia talis semel
ignorantia peccans, postea sublatâ ignoran
adhuc peccabit: aut quia in foro externo
nietur &c. ergo talis peccat contra justitiam, &
consequens tenetur ad restitutionem seu comp
sationem damni illati: & ante omnia quidem
amovendam causam appositam damni illati,
nimirum ordine & modo:

117 I. Qui alterum vi, metu, minis imperio &
peccandum induxit, tenetur sub mortali remitt
vim, minas, revocare imperium, & relinquere
in sua libertate: intellige, quando peccatum
metu committendum adhuc pendet in futurum,
alter scilicet ex metu adhuc peccabit: si autem
catum perpetratum jam sit, neque amplius per
trandum ex metu tuo, jam non amplius ex just
sed ex Charitate tantum teneberis procurare
emendationem: jam non enim amplius ex tuâ
juriâ, sed propriâ libertate peccabit. Excipi
men rectè Lugo *cit. sect.* 1. Nisi talis ignor
actum ex se metu factum esse peccatum, aut n
ret adhibere remedia ad recuperandam gratia
tunc enim ex justitia teneberis ei ostendere reme
emendationis; quia tuâ causâ adhuc invitus gr
malum patitur.

118 II. Similiter, qui fraude, dolo, vel falsis per
sionibus se effit ad peccandum, tenetur ex just
sub mortali amovere fraudem, vel fallaciam, v

tatem ostendendo: ut qui falsâ doctrinâ alterum seduxit, aut in rebus fidei credendi aliquid erroneum, aut in rebus morum credendi aliquid non esse peccatum, v. g. fornicationem simplicem, pollutionem, usuram, perjurium in necessitate propria, vel amici, mortuo creditore, non esse ampliùs obligationem restituendi &c. tenetur utique ex justitia sub mortali ad amovendum errorem, ac docendam veritatem, ne scilicet alter in peccato, vel errore perseveret: esto enim alter seductus non peccet formaliter, excusante ignorantiâ, tu tamen scienter inducens ad malum peccâsti formaliter, & peccas, quamdiu sic ipsum relinquis.

III. Insuper, etiam amotâ causâ peccati, vel er- 119
roris, & veritate ostensa, si seductus in peccato perseveret, adhuc seducens tenebitur mediis opportunis procurare ejus emendationem, vel correctionem: & quidem ex justitia *secundùm Scotum*, & *DD. primæ Sententiæ*, eò quòd sua seductione non tantùm actuali peccato, vel errori, sed etiam perseverantiæ in tali peccato, vel errore injustam causam dederit: at verò *secundùm DD. secundæ sententiæ* probabiliùs non ex justitia, sed ex Charitate tantùm: quia ablata fraude, & veritate ostensa, si alter in peccato, vel errore nihilominus perseveret, nullum ampliùs damnum, vel malum invitus patitur, consequenter cessat injuria, & obligatio compensandi ex justitia, juxta mox dicenda §. *sequenti*.

IV. Quando tua vi, vel fraude inductus ad pec- 120
catum aliud damnum notabile incurrit, utpote pœnam in foro externo, ejectionem ex Monasterio,

vel Religione &c. utique clarè obligaberis ad e
damni compensationem; quia ejus damni injus
causa fuisti. Similiter si alium vi, vel fraude indu
ad peccatum contra justitiam in specie, v.g. furt
homicidium &c. utique obligatus manes ad co
pensandum damnum illatum tertio, tamquam
causa principalis. Res certa dicta suo loco.
denique dicimus.

§. IV.

Alioquin verius, non ex justitiæ, sed
Charitate tantùm.

121 NImirum, qui alterum citra vim, vel frau
scientem, & liberè consentientem induxi
peccatum, ad nullam obligatur ex justitia comp
sationem damnorum spiritualium, sed tantùm
Charitate. *Sic Authores secundæ Sententiæ.* R
solida est: quia nulli debetur restitutio, vel co
pensatio ex justitia, nisi injuriam passo: atqui
Regulam Jur. in 6. *scienti, & volenti non fi
juria.* Unde nullus ex consilio, quod alteri da
netur ei damna ex eo consilio seeuta compensan
nisi fraus intervenerit, juxta aliam Regulam ju
L. consilii ff. de regul. Jur. *Consilii non fraudul
nulla est obligatio.* Et L. 2. ff. mandati, dicitur:
*mo ex consilio obligatur, etiamsi non expedi
cui dabatur, quia liberum est cuique apud se ex
rare, an expediat sibi consilium.* Ergo inducens
terum in peccatum secluſa vi, vel fraude, solo c
silio, suasu, prece, dono, exemplo, cùm alter sci
& volens in peccatum, adeóque in damnum su
sp

spirituale consentiat, nullam ei infert propriè injuriam contra justitiam, consequenter ex justitia ad nullam obligatur restitutionem damnorum. Unde licèt is, qui consuluit alteri damnificare tertium, teneatur restituere damnum illi tertio ex suo consilio, utique invito illatum, *secundùm omnes*: nullus tamen dicit, teneri restituere ipsi consulto damna inde emergentia: quia nimirum tertio nec scienti, nec volenti injuria facta est: Secus est de consulto.

Atque hinc clarè patet ad fundamentum primæ 122
Sententiæ. Falsa simpliciter est *minor*. Grandis enim est disparitas inter damnificationem in spiritualibus, & corporalibus: nam in corporalibus damnum infertur invito: & licèt quispiam in damnum suum aliquando consentiat, v. g. mutuans usurario, virgo stupratori, gratis interim dato, tunc etiam ei fieri injuriam, tamen postea involuntariè in illi damno perseverat, quo tamen justè liberari debet: ergo cùm ipse se liberare nequeat, is, qui damnum intulit, ex justitia tenebitur eum liberare, illatum damnum compensando. At verò in spiritualibus damnificatus, seu in peccatum inductus sine vi, vel fraude, non tantùm ipse tunc sciens, & volens in peccatum ac damnum suum consentit, sed etiam sciens, & volens in eodem damno suo perseverat; quo se per pœnitentiam semper liberare & posset, & deberet: consequenter nulla ei facta est injuria, sícque nulla obligatio alterius ad tale damnum compensandum ex justitia, sed solummodò ex Charitate. Denique accedit communis praxis

Con-

Confessariorum, etiam Doctorum, & probo
qui confitentibus, qui alios in peccatum scien
volentes induxerunt sine vi, vel fraude. ad nu
obligationem obligant præter injunctam pœn
tiam. Ut cum aliis advertit Laym.

123 Tandem apud omnes in confesso est, nulli
tutioni obnoxios esse illos, qui ad peccatum i
cunt alios, antea peccare paratos, ac volentes,
meretrices expositas: quia moraliter æstim
do non sunt causa peccati alterius, sed solùm
sio exspectata. Neque illos, qui absque intent
ruinæ spiritualis; solùm malo suo exemplo
scandalizant: quia talis scandalizans est solùm
remota peccati, & ruinæ aliorum planè liber
ejus exemplum ruentium. Restat unum, &
rum, non levis momenti, dubium Regulare.

Dubium Regulare prius.

Ad quid teneatur, qui alium retrahit a Religione ingredienda, profitenda, vel etiam professa?

124 CErtum est apud omnes, gravissimè peccare
rentes, consanguineos, & quovis alios,
aliquem, vel aliquam ab ingredienda, vel profite
Religione malo animo, & sine ulla rationabili c
retrahunt, vel impediunt: sive id fiat vi, vel m
fraude, vel dolo, sive etiam malignis persuasion
rationibus futilibus, importunis precibus, bla
tiis &c. v. g. obtrudendo spem honorum, div
rum, voluptatum: exaggerando difficultatem,
le

lestiámque vitæ Religiosæ: aut ob proprium eorum, non tamen debitum commodum, vel utilitatem &c. Tales namque absque justa causa voluntariè privant seipsos maximo bono Religionis; & si vis, vel metus, fraus, vel dolus accesserit, ultra peccatum mortale incurrunt excommunicationem latæ sententiæ in Concil. Trid. *ss. 25. c. 18. de Regularibus.* Ubi excomunicantur omnes: *qui sanctam Virginum, vel aliarum mulierum voluntatem, vel accipiendi, vel voti emittendi, quoquo modo sine justa causa impedierint.*

Secus à peccato immunes sunt, & rectè faciunt, 125
qui bono animo, recta intentione, & rationabili causa alicui ingressum, vel professionem Religionis dissuadent: utpote, quia parentes, vel consanguinei proximi in magna necessitate constituti, ipsius operâ indigent, aut bono communi magis expedire videtur, si extra Religionem maneat; aut quia secundùm animæ, vel corporis dispositionem non videtur aptus ad talem Religionem, aut quia in tali Religione, vel monasterio non adeò benè secundùm disciplinam Regularem vivitur: *Omnes.* Ratio est: quia, ut Religionis ingressus, vel professio hîc & nunc alicui expediat, potest in consultationem cadere: ergò qui bono animo, & rationabiliter dissuadet, attentis circumstantiis prædictis, vel similibus, nihil peccat, nec consequenter alicui restitutioni obnoxius erit, cùm nulla injuria præcesserit. Supposito ergò, quod quis illicitè, & malo animo aliquem à Religione ingredienda, profitenda, vel jamjam professa retrahat, vel extrahat: quæritur

ad

ad quidnam obligetur, tum ipsi, quem retraxit, tum Religioni, è qua retraxit, vel extraxit? Pono duas resolutiones.

I.

Quid ipsi abstracto à Religione?

126 QUi vi, vel metu, fraude, vel dolo alium abstraxit à Religione, vel ingredienda jam vocato, vel resolutum, vel profitenda jam Novitium, vel etiam jam professa, utique peccat contra justitiam. Quia invitum, & involuntarium aliquo modo, quippe vel metu coactum, vel fraude deceptum privat maximo spirituali bono: ideóque ex justitia obligatur ad compensationem damni illati modo sibi possibili, *juxta communissimam Sententiam DD.* obligatur ergò talis ex justitia.

127 I. Amovere causam damni illati, scilicet retinere vim, vel aperire fraudem, & relinquere eum in sua plena libertate, ut jam, si velit, liberè eat ad Religionem ingredi, vel eam profiteri, vel ad priorem professam redire possit.

128 II. Etiam ablata vi, vel fraude, tenetur ei ex justitia compensare pro damno illato: utpote procurando ei reditum ad talem Religionem, in qua Novitius, vel professus erat, si is aliunde non potest. Item resarciendo ei omne detrimentum spirituale, vel remporale, quod ea de causa passus est, si tamen compensare, vel reparare possit: quia totius illius damni injusta causa fuit.

129 III. Ablatâ autem vi, vel fraude, ut jam planè liberum sit Religionem ingredi, vel ad eam rever-

si

si ipse ampliùs nolit, jam non ex justitia, sed ex Charitate tantùm tenebitur ei procurare ejus ingressum, vel reditum: quia non ampliùs invitus, sed volens damnum subit; ut in simili dictum superiùs.

IV. Denique similiter, qui secluså omni vi, vel 130
fraude, solis persuasionibus, blanditiis, precibus alium à Religione avocavit, ita ut alter liberè consenserit non ingredi, vel profiteri, vel egredi à Religione, ad nihil tenebitur ex justitia, sed ex Charitate tantùm: ut contra antiquos illos suprà allatos §. 1. docet communis, & certa Sententia. *DD.* Quia scienti & volenti suum damnum, nulla fit injuria: nec consequenter ulla oritur obligatio restitutionis.

II.

Quid Religioni pro abstracto ingressuro, vel professuro?

REvocans, & abstrahens malo animo aliquem 131
à Religione vel ingredienda jam dispositum, aut susceptum, vel profitenda jam Novitium, sine omni vi, vel fraude, solis persuasionibus, precibus, blanditiis &c. ad nihil tenetur ex justitia ipsi Religioni, vel Monasterio. *Communissima DD. tam antiquorum cum Sceto supra, quam RR. cum Sanch. Lugo cit.* Ratio clara, & facilis est: quia ubi nullum jus, nulla potest esse injuria, nec consequenter obligatio restitutionis: atqui Religio nullum omnino habet jus ad volentem ingredi, etiam jam susceptum, etiam jam ingressum Novitium, ejúsq; emolumenta; manet enim is semper in plena sua libertate;

tate; ergò talem sine vi, vel fraude retrahens à Re
gione ingredienda, vel profitenda, nullam Relig
ni infert injuriam, consequenter nullam contra
obligationem restitutionis; sed sicut ipse candi
tus, vel Novitius liberè potest non ingredi, vel eg
di sine ulla obligatione, ita idem ipse consulens i
vi, vel dolo ab omni obligatione immunis erit: n
que enim peccat contra justitiam, esto peccare p
sit contra Charitatem, si id malo in Religionem
ei nocendo animo faciat: quo secluso neque co
Charitatem peccabit, maximè si ita faciat in su
proprium vel suorum, vel Religionis prop
commodum, ordine enim Charitatis proprium
commodum commodo alieno in æquali causa p
præfertur.

132 At verò qui per vim, vel fraudem aliquem re
hit à Religione ingredienda, vel profitenda, n
peccat contra justitiam ex dictis, ita ex justitia ob
gabitur ad compensandum Religioni damnum il
tum. Est item *communis DD. cit.* Ratio est: q
quicunque nocet alteri cum injuria, tenetur re
tuere illatum damnum: Sed quicunque per vim
fraudem retrahit aliquem ab ingressu vel profes
ne Religionis, ipsi Religioni nocet cum injuria
cùm quilibet habeat jus, ne sibi per vim, vel fra
dem noceatur; etsi enim Religio nullum ad
habeat jus acquisitum ad ingressurum, vel No
tium absolutè, ut dictum est; quælibet tamen R
ligio hoc ipso, quòd approbata est ab Ecclesia,
Sede Apostolica, habet jus acquisitum respectu
jusvis, ne quis per vim vel fraudem avertat eu

qui jam ſtatuit ingredi, vel jam ingreſſus profiteri: eſto interim ipſi ingreſſuro, vel profeſſuro, ſemper maneat ſua libertas ad ingrediendum, vel profitendum, nec ne: quemadmodum legatarius v. g. etſi nullum adhuc habeat jus acquiſitum ad legatum ſibi deſtinatum, idque ſemper maneat in libertate legantis, quamdiu vivit, habet tamen jus, ne per vim, vel fraudem ab eo excludatur, ideóque per vim, vel fraudem ipſum à tali legato impediens nocet ei per injuriam, ac per conſequens compenſare tenetur, ut latiùs viſum ſuo loco: Ergo ſimiliter per vim, vel fraudem retrahens aliquem ab ingreſſu, vel profeſſione Religionis, verè nocet Religioni, per injuriam privans ipſam jure ſuo ad illum, & ejus commoda ſperata, ac per conſequens damnum illatum compenſare tenebitur; modo mox dicendo *num.* IV.

III.

Quid Religioni pro abſtracto jam profeſſo?

QUicunque Religioſum jam profeſſum abſtra- 133
hit ex Religione jam profeſſa, atque ad apoſtaſiam trahit quomodocunque, ſive vi, vel metu, dolo, vel fraude, ſive ſolùm conſilio, ſuaſione, vel alia ſimili cooperatione, præter graviſſimum peccatum, obligatur ex juſtitia ad reſtitutionem totius damni illati, & ſecuti Religioni, vel Monaſterio. *Ita communis DD. cum Scoto cit. Navar. uterque. Molina, Azorius, Leſſius,* aliiſq; cit. Laym. *lib.* 3. *de juſt. tr.* 2. *c.* 8. *n.* 3. contra Sotum, *& Sanch.* apud eundem, qui negant de eo, qui ſine vi, vel fraude abſtraxit; & probabile cenſet Lugo *cit.*

disp. 9. sect. 3. n. 41. Ratio jam suprà dicta hìc
get universaliter: quicunq; per injuriam nocet
teri, peccat contra justitiam, & tenetur ad resti
tionem damni: sed retrahens quomodolibet, cu
vel sine vi, aut fraude Monachum professum ex
ligione, per injuriam, nocet Religioni, vel Mo
sterio; cùm Religio habeat verum, & strictum
ad Monachum professum, omniáque ejus emo
menta: Monachus enim professus personalite
obligatus est Religioni, cùm sui juris non sit,
per Obedientiæ votum à prælato acceptum se
dini tradidit cum omni suo emolumento, adeó
quidquid acquirit, Monasterio, vel Ordini ac
rit; omníque suâ industriâ tenetur Ordini suo,
Monasterio fructificare. Neque refert respon
Soti adversarii, quòd professus non teneatur ex
stitia, sed solùm ex Obedientia fructificare, seu
curare commoda suo Ordini, vel Monasterio, id
que ipse egressus non peccet propriè contra ju
tiam; sed contra Obedientiam: Quomodocun
enim obligetur professus, sive ex justitia, sive
Obedientia; sufficit, quod Religio, vel Mona
rium revera habeat jus ad commoda ab eo pro
randa, ut iis sine injuria privari non possit:
quomodocunque abstrahens professum ex Relig
ne per injuriam, nocet Religioni, vel Monas
injustè privando eam commodis, & emolume
per eum procurandis: adeóque peccat contra
stitiam, & ex justitia obligatur ad restitutionem
compensationem omnium ejusmodi damnor
per talem professum procurandorum, ídque

solùm quoad temporalia, sed etiam quoad spiritualia, ut si abstractus fuisset vir doctus, fructuosus, in docendo, prædicando, aut vir bonus, & virtuosus ædificans fratres, & populum, idque juxta modos jamjam assignandos.

IV.

Quantùm, & quomodo restituendum Religioni pro abstractis?

I. QUi per vim, vel fraudem alium abstraxit â Religione ingredienda, vel profitenda, aut jam professa etiam sine vi, vel fraude: Inprimis non tenetur restituere Religioni pro ipso damno naturali, seu carentia ipsius personæ; quæ ingressura, professura, vel perseveratura fuisset, sic nimirùm, ut loco illius ex justitia teneatur alium æquè utilem introducere, aut si non possit, ipsemet teneatur ingredi, per se loquendo, de quo rursus infrà N. IV.) cùm Religionis ingressus non necessitatis, sed liberæ voluntatis esse debeat, juxta Verbum CHRISTI Lucæ 19. *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, & sequere me*: Sed solùm per se loquendo, tenetur restituere pro damno temporali, vel accidentali illato Religioni ex injusta abstractione talis ingressui Novitii, vel jam Professi, quatenus scilicet per hoc Religionem injustè privat commodis, & emolumentis, quæ talis persona ingressa, professa, perseverans, sua donatione, hæreditate, scientiâ, industriâ &c. certò attulisset, & allatura fuisset. *Ratio est*, quia damnum solùm naturale personæ, seclusso damno temporali, vel accidentali, non est materia 134

restitutionis, ut videbitur *infrà de restitut. ex homicidio.*

135 II. Ipsa commoda temporalia ex tali persona ingressa, professa, vel perseverante Religioni provenitura, & sperata non sunt restituenda integra (quis enim computabit integrum damnum in futuro nisi futurorum præscius solus DEUS) sed ex parte tantùm secundùm proportionem spei præsentis attentis circumstantiis arbitrio boni viri, & detractis expensis; possunt enim illa commoda multis modis impediri, per mortem, morbum, vitium, aliásve causas, ut notant *DD. cit.* etiam Lugo *n.* 1 benè addens, quòd illa commoda in toto, vel in parte sæpe suppleantur per ingressum spontaneum alterius æquè utilis, qui, si alius mansisset, & numerus Religiosorum completus fuisset, fortè suscepturus non esset, ut ideo abstrahens primum meritò à restitutione liberetur. Quòdsi tamen jam professus extraxisses è Religione, certum est, te debere restituere totum commodum præteritum, detractis tantùm expensis, quod is tanto tempore absentiæ mansisset, Religioni attulisset, quia illius damni præteriti totius certa causa fuisti. De commodis futurum speratis, eâdem ratione.

136 III. Qui per vim, vel fraudem aliquem abstrahit à Religione ingredienda, vel profitenda, utique tenetur omnia tenetur ex justitia amovere vim, vel fraudem, & relinquere hominem in sua plena libertate. At quid si, amota vi, vel fraude, alter nihilominus nolit Religionem ingredi, vel reverti ad professum, adhúcne tenebitur pro damno Religioni illato

fec-

secuto restituere? R. Si ablata vi, vel fraude homo planè liber evadat, ut nullo modo ampliùs inde moveatur, non teneberis ampliùs ex justitia compensare illa damna, quia non ampliùs tibi, ut authori, sed liberæ ejus voluntati imputari debet. Verùm hoc rarissimum est, vix enim unquam fieri potest, quin etiam ablata vi, vel fraude tua homo adhuc moveatur, vel impediatur ingredi, vel reverti ad Religionem; primus enim fervor semel à te iniquè destructus, non potest ita facilè recuperari: idque maximè verum est, si antea aliquid posuisti, qudd difficiliorem reddat ingressum, vel reditum, ut si mores hominis corrupisti curis sæcularibus, vel debitis intricâsti &c. tunc enim illa damna secuta Religioni ex abstractione talis personæ adhuc tibi, ut causæ, & authori imputantur; ideóque ordinariè etiam ablata vi, vel fraude, adhuc obligaris Religioni ad compensanda damna illata. Vide optimè *Lugo cit.*

IV. Qui quovis modo, etiam sine vi, vel fraude 137
Religiosum jam professum ex Religione extraxit, ante omnia tenetur omni modo possibili conari, & procurare apostatam ad Religionem revocare, impetrando etiam impunitatem fugæ, quæ facilè concedetur seducto ob commoda sperata notabilia. Quòd si hoc impossibile sit, conabitur alium æquè utilem ad ingressum illius Religionis disponere, aut alio modo Religioni pro damno causato compensare, ut dictum est. Si nihil horum possit, ipsumet abstrahentem teneri Religionem ingredi ad illa damna temporalia compensanda, affirmant graves DD. antiqui *S. Antoninus*, *Scotus*, *Gabr. Major.*

Roſella, *Paludanus*, *Sylv.* aliósque citans Mo
tom. 1. *de juſtit. diſp.* 31. *n.* 1. Et ita feciſſe ſcr
tur S. Raymundus, hanc ipſam ob cauſam Relig
nem S. Dominici ingreſſus. Pium factum, &
Sententia. Sed comuniùs, & veriùs negant
Sotus, *Aragonius*, *Ledeſma*, *Vaſq.* *Leſſius*, eos
citans Lugo *cit.* *n.* 30. Ratio ſufficiens à poſter
eſt: quia neq; qui occidit Religioſum, tenetur
illo ſeipſum offerre Religioni, neque ad hoc à
ce compelli poteſt; ergò multò minùs, qui ſo
extraxit à Religione. Rationem verò à priori ex
ctis facilè colliges: quia nimirùm nemo tenet
damnum alterius diverſi generis reſarcire cum
proprio damno ſuperioris ordinis: ſic enim qui
cidit ſervum alterius, nec habet, unde ejus pret
reſtituat, non tenetur pro illo ſe dare in ſervu
hoc enim eſſet pro damno temporali pecuni
perdere ſuam libertatem, quod eſt damnum ſu
rioris ordinis. Sic in propoſito: ſi fuiſti cauſa, q
Religio patiatur damnum temporale ob jactu
Religioſi à te abſtracti, teneris quidem illud da
temporale compenſare aliquo modo poſſibili; n
tamen teneris ipſe ingredi Religionem: hoc n
eſſet perdere ſuam libertatem pro damno tem
rali Religioni illato longè inferioris ordinis.

Dubium Regulare alterum.

*Quomodo peccent, qui ſine cauſa, & malo a
mo Novitio negant votum ad profeſſionem?*

138 SUnt, qui dicunt talem non peccare graviter,
Ratione: quia non magis obligatur Religio
retu

retinendum Novitium, quàm Novitius ad perseverandum: sed Novitius absque peccato gravi potest egredi è Religione, etiam sine justa causa ex inconstantia mentis, & sola levitate: ergò & Religiosi eodem modo absque peccato gravi poterunt eum dimittere, adeóque vota negare: utrinq; enim est communis libertas: & ad hoc datur Novitiatus, ut utraque pars probet, & probetur. Ita cum aliquibus Sanch. *lib.* 5. *Moral. cap.* 4. *num.* 49.

RESOLUTIO.

139 *Mortaliter, & valde graviter peccant Religiosi, qui absque omni justa causa Novitio negant votum ad Professionem, sicq; exire compellunt.* Ita *Suarez, Ludovicus Miranda, nostri Corduba, & Laurentius Portellus, aliisque cit.* Diana *p.* 2. *tract.* 2. *de dubiis Regularium, resol.* 19. Lugo sæpè *cit. in appendice.* 54. Ratio mortalis, & gravis peccati est multiplex.

140 I. Peccant graviter contra Charitatem. Nam secundùm communissimam DD. Sententiam, peccat graviter contra Charitatem, qui aliquem sine justa causa à Religione ingredienda, vel profitenda solùm retrahit, ut suprà visum: atqui ille, qui negat suffragium Novitio idoneo, non solùm illum retrahit à Religione, sed etiam expellit, quantùm in se est: ergò hic à fortiori graviùs peccabit.

141 Neque hinc inferas etiam Prælatum peccaturum graviter, qui petentem ingredi Religionem admittere nollet sine aliqua justa causa: quia relinquit illum liberum, & expeditum, ut alibi, vel aliam Religionem

gionem ingredì possit. Secùs esset, si jam recep... Novitium, & ipse sine justa causa dimitteret. N... ecce ulteriùs.

142 II. Peccant insuper graviter ut minimùm con... eandem Charitatem: quia Novitius non potest... pelli à Religione sine gravi suo detrimento, & ... injustâ famæ suæ. Sciunt enim omnes, nunqu... nolentem dimitti à Religione, nisi ob defectus ... turales, vel morales, qui reddunt ipsum ineptu... vel parùm aptum ad vitam Religiosam: Sicut e... Religiosum esse, honori tribuitur; ita Religios... fuisse, communiter tribuiter dedecori apud ho... nes, nec absque fundamento: saltem incipiun... illudere, dicentes: Quia *hic homo cæpit ædifica... & non potuit consummare.* Lucæ 14. Unde ... eum defectum habent, omni studio conantur ill... occultare: atqui talem notam absque ulla justa ca... inurere Novitio, non potest non graviter læde... legem Charitatis ut minimùm: ergò tales pecc... graviter contra Charitatem. Unde & ipse *San...* fatetur, fore peccatum mortale, quando gravis N... vitio esset nota: atqui defacto semper gravis est ... ta, quam quilibet multa pecunia redimeret, si pos... Unde reipsa, & practicè parùm à nobis differt *San...*

143 III. Peccant graviter contra officium suum, ... saltem contra justitiam legalem: suffragator... enim ex officio suo non habent admittere, vel ... pellere Novitium, sed solùm judicare, & testifica... de idoneitate Novitii ad profitendam Religione... istam: ideóque si vota rogati, negant Novitio id... neo absque omni justa causa suffragium, seu votu... suum

ſuum; ipſo facto dicunt: *Judico, & teſtor, hunc non eſſe aptum, & idoneum in noſtra religione:* atqui clarum eſt, hoc graviſſimè adverſari officio juſti Judicis ac teſtis: Judex enim in conſcientia tenetur judicare ſecundùm merita cauſæ, & teſtis interrogatus de qualitate alterius tenetur teſtificari, ſicut coram DEO novit: ergò tales iniqui ſuffragatores graviter peccant contra officium ſuum, & ſaltem contra juſtitiam legalem.

IV. Peccant inſuper graviter contra ipſam juſti- 144
tiam commutativam: quia in receptione Novitiorum fit contractus mutuus oneroſus. Religio enim ad ſe venientibus offert ſuſtentationem, probationem, examen, & judicium legitimum, juxta probationis experientiam. Econtra ingrediens ſuos, & ſua relinquit, onus probationis ſubit, periculo majoris detrimenti (ſi forte non ſatisfecerit) ſe exponit; viciſſim expectans examen, & judicium legitimum, juxta experientiam probationis; nequaquam enim ſubiret tantum onus, niſi certò confideret, etiam Religionem fideliter ex parte ſua de ſua perſona judicaturam: ergò ſi Novitius ex parte ſua ſubit onus ſuum, Religio viciſſim tenetur ex juſtitia ei ad examen, vel judicium legitimum juxta merita cauſæ, atque ad hunc ipſum finem adhibet ſuffragatores Religioſos ſuos: ergò ulterius, ſi Religioſi Novitio idoneo negent ſuffragium, peccant contra juſtitiam commutativam, & per conſequens obligantur ei ad compenſanda damna, quantùm poſſibile eſt. *Confirmatur efficaciter à poſteriori:* Novitius ſine juſta cauſa repulſus à profeſſione, &

ejectus potest in foro externo reclamare: quòd
veritate constare, restitueretur: ut docent D
relati *à Lugo cit.* & fatetur etiam *Sanch.* suprà:
go Novitio aliquod jus competit, ut sine causa
expellatur: alioquin non posset in judicio suum
prosequi, si nullum jus haberet: ergò ulteriùs
tra justitiam peccant, qui sine justa causa sufficie
vota negantes eum expelli faciunt. Ad ration
oppositam ab initio, facilè negatur major, & p
tas. Novitius enim sine justa causa egrediens
hoc nullam incurrit notam religionis, sicut ecc
Novitius sine causa expulsus. Et hisce circa la
nem spiritualem proximi in bonis amici præmi
jam ampliùs ad materiam quinti Præcepti ac
damus.

CAPUT II.

De

Homicidiis licitis.

1 HOmicidium licitum est generaliter tanti
in duobus casibus, videlicet de expresso D
mandato, & lege justa publica: uti elegantiss
ostendit D. August. *lib.* 1. *de Civit. c.* 21. Lex
tem justa occidendi hominem, aut est ipsa lex
vina naturalis; utpote de conservando bono co
muni, vel privato ab injusto invasore: ut fit in b
lo justo defensivo, & privata defensione inculpa
tutelæ: aut est lex divina positiva præcipiens
certo casu occidendi malefactores: aut denique
lex humana publica & justa. Unde in particulari qu
tu

tuor casus inferuntur & assignantur à Doctoribus, quibus licet hominem occidere absque pecccato. I. Mandato DEI speciali. II. Lege publica, & ministerio justitiæ. III. Bello justo. IV. Defensione propria inculpatæ tutelæ.

Quoad primum de speciali mandato, & Instinctu DEI occidendi seipsum, vel alium: Certum est, DEUM, cùm sit absolutus Dominus vitæ, & mortis, sicut potest præcipere homini occidere seipsum, vel alium, prout præcepit Abrahamo occidere proprium filium; ita tunc hominem posse, & debere obedire: At verò tale mandatum, vel instinctus talis nunquam præsumi debet, nisi de eo certissimè, & absque ulla tergiversatione constaret, ut latè docet D. August. *ibid. c.* 26. Ubi sanè diabolus plurimos sæpè miserrimè decepit, ut ex historiis etiam nostris Chronicis, & experientiâ nimis notum est. De reliquis ergo strictim agendum erit quatuor Sectionibus. I. De homicidio ex justitia publica. II. De homicidiis in bello justo. III. De homicidio per defensionem inculpatæ tutelæ. IV. De homicidio in duello saltem aliquando licito.

SECTIO I.

DE

Homicidio ex Justitia publica.

SUMMARIUM.

3. *Licitum est occidere malefactores.*
4. *Quando eorum delicta ita merentur.*
8. *Idque authoritate publica tantum, non privata.*
10. Usque ad n. 13. *An, & quando liceat privato occidere Tyrannum?*
13. Qua-

13. *Qualis Juris ordo ſervandus, ſeu quæ requirantur, ut licitè poſſit ad mortem damnari, & occidi* ad n. 16.

16. Vſque ad n. 20. *An, & qualiter liceat occidere R... tos, ſeu proſcriptos?*

20. Uſque ad n. 25. *Leges civiles poſitivè, & àpprob... permittentes marito occidere adulterum, vel ... teram filiã in flagranti deprehenſam iniqu...*

25. *Nulla authoritate humana occidere licet innocentem* ſe uſque ad n. 26.

26. Per accidens *autem quandoque licet, tribus præ... caſibus.*

30. & n. 31. *Neque Princeps, vel Judex ſupremus.*

32. Vſque ad n. 35. *Neque Judex inferior ſententiam m... ferre poteſt in eum, quem privatâ notitiâ ... ſcit eſſe innocentem.*

36. Vſque ad n. 40, *An Civitas, vel Respublica poſſ... dere, vel caput mittere civis innocentis Tyr... aliàs excidium minitanti?*

ASSERTIO I.

2 *Licitum eſt occidere malefactores, quand... rum delicta ita merentur ſecundùm leg... DEI, rectam rationem naturalem, & maxim... exigentiam boni communis Reipublicæ; idque ... thoritate publica tantùm, ac ſervato ordine Ju... Nulla autem authoritate humana unquam licet ... cidere innocentem per ſe, ſed benè quandoque ... accidens.* Eſt tota communis DD. ut patebit ... plicatione.

§. I.

Licitum eſt occidere malefactores.

3 CErtum de fide (contrà errores Manichæ... rum, & Waldenſium apud noſtrum Alph...

sum de Castro *lib. contra hæreses, verbo occidere*) constat apertissimis Scripturæ locis. Exodi 22. *Maleficos non patieris vivere. Qui cojerit cum jumento, morte moriatur: qui immolat Diis, occidatur.* Et ibidem occidenti furem diurnum statuitur pœna homicidii, dum dicitur: *homicidium perpetravit, & ipse moriatur.* Eademque pœna mortis statuitur filio protervo Parentibus inobedienti. *Deutr.* 21. Et filiæ in domo patris fornicanti. *Deutr.* 22. Atque in nova lege Apostolus *ad Rom.* 13. De Principe sæculari loquens ait: *DEI Minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat, DEI enim Minister est vindex in iram ei, qui malum agit.* Ratio autem naturalis manifesta est: quia non potest esse illicitum, quod omnino est necessarium ad vitam hominum socialem, seu politicam, & quietam, conservandam: sed tale certè est punitio sceleratorum, etiam per mortem; ergo &c. Nam cùm primùm homines in vitæ societatem coëunt, ipsa naturalis ratio à DEO indita dictat ut Princeps vel Magistratus tanquam Caput commuuitatis jus habeat singulos de Republica delinquentes puniendi, etiam morte, si opus sit. Communitas enim ita se habet ad singulos homines, sicut se habet homo quisque ad membra sua: atqui homo, licèt non sit dominus membrorum suorum, sed custos, si tamen aliquod membrum corpori noxium esse incipiat, secundùm ipsam rectam rationem illud abscindit, & tollit, ita permittente DEO, ne totum corpus pereat; ergò

ergò eadem ratione Magistratus, licét non sit d
minus vitæ, & mortis singulorum hominum, s
rector, & custos; tamen recta ratione è medio t
lit eos, qui Reipublicæ noxii esse comperiuntur: e
ipsâ ratione, & lege naturali licitum debet esse m
lefactores occidere; sed nimirum, ut notanter a
ditum:

4 *Quando eorum delicta merentur secundùm L*
gem DEI (qui solus absolutus dominus vitæ, &
mortis ipsemet in quibusdam casibus positive
constituit, ut locis Scripturæ citatis constat) a
secundùm rectam rationem, & maximè exig
tiam communis boni. Gravitas enim peccati
merendam pœnam mortis mensurari debet, n
tantùm ex natura, & malitia peccati secundùm s
sed etiam, & maximè quidem, ex inordinatio
periculo, & detrimento boni communis Reip
blicæ. Qua ratione leges militares severissim
justæ tamen sunt, v. g. ut neglecta custodia, som
nus levis, exigua inobedientia, vel offensa in of
ciales &c. morte puniantur: quia ex ejusmodi d
lictis, etsi de se levibus, gravissima tamen mala exc
citui causari possunt. Eademque ratione just
comprobantur Leges civiles, speciatim Caroli
de furibus Reipublicæ perniciosis suspendiò n
candis. Sicque explicari potest Scotus noster
dist. 15. *q.* 3. absolutè negans, justam esse lege
de fure occidendo.

5 Nam valdè notandum est, quòd furtum dup
citer considerari possit: I. Nudè secundùm se, qu
tenus est præcisè læsivum boni privati alterius
nim

nimirum ablatio rei alienæ invito Domino: & hac ratione veriſſima eſt Sententia *Scoti*, furtum juſtè morte puniri non poſſe; cum inæqualis ſit omnino compenſatio pro re ablata temporali auferre ipſam vitam, quæ eſt bonum altioris ordinis, & prætio inæſtimabile: atque ita cum *Scoto*, ſentiunt graviſſimi DD. *Alenſis Sylv. Alphonſus â Caſtro*, dicens, oppoſitum eſſe nimis crudele. Scotus *lib. 5. de juſtit. q. 3. ar. 3. §. in 4. argum.* Ubi reprehendit *Baldam*, tanquam auctorem occiſionis furum, & dicit, quod tempore *D. Thomæ* (qui ab eo citatus ipſe hanc ſententiam inſinuat) ſimplices fures non occidebantur, cui Doctor ferè fuit contemporaneus: Et favent leges moderni temporis, quibus ſaltem ob primum furtum ſine effractione factum nemo occiditur. II. Furtum conſiderari poteſt: ut circumſtantionatum, & quatenus eſt læſivum boni communis, vel etiam vitæ proximi: quatenus ſcilicet eſt conjunctum, aut cum invaſione, & voluntate directa, vel indirecta occidendi (qua ratione ipſa lex divina *Exodi* 22. permittit impunè occidi furem nocturnum: quia præſumitur, quòd, qui de noctu furatur, occideret ſibi reſiſtentem, ſi poſſet, ait *Scotus loco cit.*) aut cum damno, & detrimento Reipublicæ, & boni communis, quatenus nimirum ex furtis, præſertim repetitis, ſequitur perturbatio pacis communis, gravia pericula, damna, præjudicia innocentum &c. Et hujusmodi circumſtantiis cum furto conjunctis licitè ſecundùm rectam rationem occiduntur fures, & conſequenter juſtè feruntur leges

de-

de furibus occidendis. Neque hoc negat Scot
sed potiùs supponit, ut ex contextu patet. At
hinc facilis est responsio ad ea, quæ Adver

6 *Objiciunt*: Præceptum illud negativum, *Non occides*: universale est, & absque exceptione
lefactorum, saltem furum: ergo &c. *Confirmatur*: D. August, cit. lib. 1. de Civitat. DEI
21. disertè dicit. *Hoc præceptum*, Non occi
generaliter intelligendum est de omni occisione
minis, illis solùm inde exceptis, quos DEUS
lege lata, vel expressa revelatione particulari
rit occidi. Sic Augustinus: ergo illi, quos DE
non jussit occidi (prout verà nullibi jussit oc
fures) non possunt hâc pœna justè puniri.

7 R. Illud præceptum universale intelligend
esse universaliter de omni occisione injusta
tùm, qualis est hominis innocentis quavis aut
ritate: aut etiam nocentis authoritate privata
meram vindictam; sine dubio non comprehe
occisionem injusti aggressoris cum moderam
inculpatæ tutelæ. Qemadmodum & illud p
ceptum universale. *Non concupisces rem prox*
tui: de concupiscentia injusta tantum, seu de
rio injusto modo habendi rem proximi intelli
dum est; minimè verò de concupiscentia justa
licito modo, & desiderio rem proximi haben
secundùm omnes. Ad confirm. R. Omnes m
factores tales Reipublicæ pernicioſos (quales
verà sunt etiam fures) ab illa lege univers
Non occides, exceptos esse in ipsa lege divina
turali, quæ dictat, sceleratos esse puniendos

nâ condignâ à legibus ſtatutâ, maximè autem excepti ſunt illi, quos DEUS ſpeciali lege poſitiva juſſit occidi, aut etiam ſpeciali revelatione juberet occidi, prout juſſit Abraham filium ſuum Iſaac, quamvis innocentem.

§. III.

Idque authoritate publica tantùm.

ITa cum S. Thoma 2. 2. q. 64. a. 3. omnes unanimiter docentes, extra caſum neceſſariæ defenſionis (de qua infrà) 8 Inemini licere privata authoritate aliquem occidere, quantumvis nocentem malefactorem. Et docet etiam D. Auguſtin. *lib.* 1. *de Civit. DEI, cap.* 29. inter alia dicens: *Qui ſine aliqua publica authoritate maleficum occidit, velut homicida judicabitur, & tantò amplius, quantò ſibi poteſtatem â DEO non conceſſam uſurpat.* Ratio communis ſuprâ indicata eſt: quia non licet occidere malefactorem, niſi ob bonum commune; ſicut non licet amputare membrum, niſi ob ſalutem totius corporis: atqui procuratio boni communis pertinet ad poteſtatem publicam, quæ eſt in Principe, vel Republica, non autem ad civem privatum: ergo ad ſolam authoritatem publicam pertinet occidere malefactores. Urgentior autem, & potiſſima ratio deſumitur ab inconvenienti maximo: quia multò graviora damna advenirent Reipublicæ, ſi quilibet poſſet eſſe Judex in propria cauſa, & nullo juris ordine ſervato, ſententiam etiam mortis ferre, & exequi in malefactores: tot enim eſſent Judices abſoluti,

quot cives; quod maximè repugnat politicæ ſ
cietati, & Communitati humanæ. Ad hoc e
conſtituuntur Judices in Republica, ut ipſi
quam communes, & publicæ perſonæ ſine a
ctu judicare poſſint, quæ à ſingulis judicari
poſſunt, maximè in graviſſima cauſa ſangui
Horrendum eſt vel cogitare ſolùm graviſſima
la oritura, ſi ea facultas cuilibet privato vel ſolo
anno permitteretur. Unde etiam quamvis, ſi ho
nes non eſſent adunati in una Republica, vel
uno capite, ſed ſinguli homines, vel ſaltem
gulæ familiæ ſeorſim, & indepedenter hab
rent, tunc quilibet homo, vel quælibet familia
beret jus, & poteſtatem vindicandi, ac punie
injuriam ſibi illatam ab aliis, etiam morte, ſi
ita exigat ſecundùm rectam rationem: Eò ta
ipſo, quò convenirent in unum ad faciendam u
Communitatem, ſeu Rempublicam, non
ſent retinere illud jus, ſeu poteſtatem illam o
ctam rationem damnorum inde emergen
Communitati ipſi; nam Communitas ipſa (
eſt perſona politica) habet jus procurandi
priam quietem, & tranquillitatem per media
ſaria: ex his autem unum, & maximè neceſſa
eſt, quod membra privata, & particularia,
perſonæ, ſive familiæ, non exerceant propri
thoritate poteſtatem iſtam, ex cujus uſu omnia
turbarentur. Quòd ſi quandoque Respu
Magiſtratus, vel Miniſter publicus reme
non adhibeat, id per accidens eſt, & minus
lum eſt, quòd in uno caſu ſcelera impunita

ant, quàm quòd propter unum, vel alterum ejusmodi casum privatis personis, vel familiis talis potestas concedatur, quæ afferret maxima pericula factionum, & perturbationum; & bonum, quod vita communis affert, maxima ex parte destrueret, vel perturbaret. Vide plura, & pulchra apud Lugo *tom.* 1. *de Justit. disp.* 10. *Sect.* 2,

Dices: Quomodo ergo Moyses *Exodi* 2. occidit Ægyptium, qui Hebræum vexabat, cùm adhuc privatus nondum publicam authoritatem haberet? varii varia respondent: sed facilè dici potest, fuisse causam justam occidendi Ægyptium, ut Hebræum innocentem ab alio injustè percussum defenderet: quod omnibus jure naturæ licet cum moderamine inculpatæ tutelæ, ut suo loco videbimus.

Dubium incidens.

An liceat privato occidere Tyrannum.

Re. I. TYrannus invasor dominii alieni pro tempore, dum actu invadit dominium, Regnum, Principatum, justè, & licitè à quovis privato occidi potest. D. Thomas *lib.* 2. *de Regimine Principum cap.* 6. *Cajetanus, Scotus,* Filliucius *tractatione* 28. *cap.* 1. *num.* 14. aliisque citt. Diana *p.* 5. *tr.* 4. *Resolut.* 21. Ratio est: Quia talis est hostis inferens injustum bellum Reipublicæ: quilibet autem subditus potest, & debet injustam vim Reipublicæ illatam repellere; adeoque, quod solùm expeditissimum est, ipsum Tyrannum, bellum, & vim injustam inferentem occidere; idque

non tam propria authoritate privata, quàm thoritate publica totius Reipublicæ in id consentis, facere censetur: ergò &c.

11 ℟. II. Tyrannum invasorem domini, po tempore possessionis jam comparatæ, & aliqu diu retentæ, adhuc à privato posse occidi; si dum tyrannicè gubernat, & aliter non potest publica à tyrannide liberari, etsi probabiliter ceant D. *Thomas*, *Cajet.* *Sotus*, *citt.* meritò re hanc sententiam suspectam, & nemini jure co lendam censent Filliucius *cit. num.* 15. *Az aliique cum Diana cit.* eò quòd nemo à pos ne dejici debeat, nisi priùs à Judice audiatur judicetur; & res tanti momenti publicum judi postulans privato cujusvis judicio concedo non sit: nisi in ultima necessitate, cùm aliud medium non supereſſet. Quo sensu illam sen tiam interpretatur Azorius *tom.* 2. *lib.* 11. *q.* 10.

12 ℟. III. Tyrannum verò non invasione, se bernatione tantùm, qui scilicet sit verus, & le mus dominus Regni, vel Reipublicæ, sed i tyrannicè gubernet, omnia referens in suum modum cum detrimento, communi vexatione oppressione subditorum &c. occidere privato lo modo licet, nisi in casu, quo quivis injustu vasorem vitæ, vel rerum suarum, occidere p per defensionem inculpatæ tutelæ. *Omn* definitum in Concil. Constantiensi *ss.* 15. damnatur articulus iste Joannis Huss: *Qu tyrannus licitè potest a quocunque subdito in*

Ratio est: quia verus dominus non admittit dominium ex sua malitia, & tyrannide; sed in tali casu recurrendum est ad superiorem tyranni, si habet, aut ad judicium publicum totius Communitatis; ergo. De quo Juristæ.

§. III.

Et servato juris ordine.

SAltem substantiali: ut nimirùm concurrentibus 13
quatuor ad substantiam judicii requisitis, Judice, actore, reo, & causa, crimen verè morte dignum, sit omnino manifestum, vel confessione rei debitè cognitum; adeoque adsit accusatio, & testimonium; citetur, & audiatur reus: & tandem latâ sententiâ executio demandetur justitiæ ministris, concessô tamen occidendo spatiô percipiendi Sacramenta necessaria, nisi forsitan gravius urgeat periculum. De his Juristæ: nobis innuisse sufficiat. Unde neque Princeps supremus occidere potest reum ob crimen omnino occultum, utpote sibi soli cognitum (præsertim si in foro externo probaretur innocens) regulariter loquendo. Uti cum *Pet. Navar.* & aliis rectè probat Tamburinus *lib. 6. Decal. c. 1. §. 4. n. 18.* Ratio est: quia Princeps jurisdictionem fori externi tantùm habet, ad quod non pertinent omnino occulta, quæ probatione externa carent. *Deinde* de jure naturæ est, quòd reus audiatur in sui defensionem, quod non potest fieri, nisi per probationes externas ab ipso reo adducendas. *Denique* si nemo potest proximum dif-

famare de crimine omnino occulto , quantò m
ob id poterit eundem occidere ?

14 Dixi autem *regulariter loquendo* : Poterit e
ita fieri in casu , quo instaret aliquod magnum d
num Reipublicæ , aut alterius , aut ipsius Princ
sed tunc reducitur res ad defensionem necessa
inculpatæ tutelæ , etiam privato licitam.

Cæterùm supremus Princeps , cùm poss
15 spensare in juribus positivis , poterit quoque
stam causam reum mortis condemnare non ser
omni illo ordine juris utpote I. Si delictum c
no sit notorium : tunc enim non tenebitur c
& audire reum, vel testes : prout fit in proscrip
Bannitorum. II. Quando grave imminet peric
Reipublicæ , nisi executio statim fiat ; ut si
timor rebellionis , vel turbationis in Repub
III. Quando adest periculum fugæ ejus, q
gravi scelere reus est &c. IV. Denique an in
Princeps supremus habeat potestatem aliquem
dendi , vel morte condemnandi more belli sine
ne summario quidem processu , sed statim,
continenti ; negat cum multis Lugo *tom. 2. d*
disput. 37. sect. 5. n. 52. Concedit autem pro
liter in aliquo urgenti casu Lessius *lib. 2.*
n. 96. E. G. Regem posse sine judiciali strepi
cidere occultum adulterum , qui vim Regin
ferret , solúsque Rex id sciret ; quia sic Regi ex
ad Regiam infamiam evitandam. Sed certè
hic casus , utique liciturus potest reduci ad d
sionem necessariam inculpatæ tutelæ : est enim
lis adulter verus aggressor regiæ famæ , & hon

Unum & alterum dubium magis practicum hîc explicandum venit.

Dubium primum.

DE

Occisione Bannitorum, seu proscriptorum.

Resolutio 1. Licitus & justus est mos, malefa- 16
ctores Reipublicæ pernicioſos fugitivos proscribendi, eosque occidendi omnibus facultatem præbendi, etiam propositô præmiô occisionis. Communissima DD. tam Theol. apud. Laym. *l. 3. de just. tract. 3. p. 3. c. 2. n. 3.* quam Juristarum omnium apud Clarum *lib. 5. Sentent. verb. homicidium n. 66.* Ratio est: quia maximè interest Reipublicæ de malefactoribus, vel hostibus pernitiosis pœnam mortis sumere: cúm autem id fieri nequeat, postquam reus aufugit, vel comprehendi nequit, nisi publica cuilibet eos occidendi facultas concedatur, justè Magistratus talem facultatem quandoque concedere poterit; atque ut eò efficaciùs fiat, etiam proponere præmium occísuro: vel etiam immunitatem à pœna, si ipse occisor etiam malefactor Bannitus, vel proscriptus sit, ut mos ubique receptus est. Quamquam rectè moneat Molina *tract. 3. disp. 7.* Quod id rarò, & ob gravissimam causam eveniat, ob gravia incommoda: & maximè quòd tales sine Sacramentis in peccatis mortalibus pereant ex improviso.

Talem ergo proscriptum cuilibet sæculari pri- 17
vato interficere licet, etiam per insidias, seu pro-

ditoriè, si aliàs commodè non possit ob periculi ex resistentia. *Ratio est :* quia tunc per sententi proscriptivam Magistratûs quilibet constituit minister justitiæ. Unde vera omnino est senten communis DD. contra Clarum *cit. n.* 71. Proscr ptum contra talem aggressorem non posse se fendere vi, ipsum occidendo, vulnerando: q talis aggressor velut minister justitiæ constitu jus habet illum occidendi; consequenter proscri ei injuriam infert resistendo. *Non enim est perm defendendi facultas, ubi offendendi est data lib tas*, ajunt DD. in L. 1. C. Quando licet unic sine judice se vindicare. Et alioquin sequeretur cessariò, licere etiam reo condemnato publico ctores, vel carnifices occidere pro tuenda vita atque adeo dari posse bellum ex utraque parte solutè justum, seclusâ ignorantiâ, *contra omnes*.

18 III. Ut tamen omnino licita sit ejusmodi pri ta occisio proscripti, aliquæ requiruntur condi nes: I. Ut fiat bono Zelo publicæ justitiæ, ac b communis; non odii, vel vindictæ privatæ cau II. Ne fiat durante justa appellatione. III. Excipi di sunt parentes, liberi, uxor, & alii, qui proscripto alere tenentur jure naturæ, quod non potest tol jus humanum civile: non ergo licet filio occid Patrem proscriptum, nisi is publicus esset ho Reipublicæ, aut aliàs pernicios us, & aliter hocm lum averti non posset, *ut notant DD. Clarus Laym cit.* Quamvis absolutè licere doceat B tholus, & alii apud Diaiam *p.* 3. *resolut.* 41. IV. sint tantum intra, & non extra territorium Mag

stra-

strâtus, vel Principis proscribentis, *secundùm communem, & veram sententiam Theologorum, Sylv. Armilla*, Sa, *Azorii, Tolet. aliorúmque cum* Laym. *cit. num. 3.* Et sumitur *ex L. ult. ff. de jurisdictione omnium Judicum*, & *c. 2. de Constitut. in* 6. Ubi notant DD. communiter, quòd nullus judex aut Magistratus jus dicere, aut sententiam exequi possit extra territorium suum: adeóque neque contra proscriptum sententiam justitiæ exercere poterit extra fines territorii sui, nisi de expressa, vel rationabiliter præsumpta licentia Domini, vel Magistratûs alterius territorii, & consequenter vi proscriptionis nemo poterit proscriptum interficere extra terminos proscribentis. Contrarium tamen docet communis Juristarum *Clarus, Graffis, Prosper Farinacius*, & alii quos refert, & sequitur Diana *p. 5. tract. 4. resolut.* 24. quem vide.

IV. Denique si non sint legitimè proscripti, sed 19
solùm notorii rei, grassatores, regulariter non possunt occidi, ne à satellitibus quidem eos capere volentibus, solùm ex eo, quòd ipsis resistant (nisi urgerentur ad necessariam sui defensionem, ipsimet occidendi ab illis, nisi præveniendo occidant) nec possunt tunc Judices facultatem concedere, ut ipsos occidant, quia nondum sunt convicti, nec condemnati de crimine capitali. Dico autem *regulariter*: nam propositis sex conditionibus posse occidi, bene docet *Farinacius* apud Dianam *p. 8. tract. 7. resolut.* 44. quem Lege.

Dubium alterum.

DE

Occisione adulteri, vel adultera in flagran

20 LEge *Cæsarea in ff. & Cod.* diversis locis fa tas fit & marito occidendi adulterum c uxore deprehensum in flagranti in propria do & patri occidendi filiam deprehensam in adult simul cum adultero in propria, vel soceri domo, tamen, ut utrumque occidat; nam si uni v. g. f parcat, jam reus erit homicidii. Dubitatur, an ges istæ sint justæ, etiam pro foro conscientiæ? que ut hoc dubium resolvatur.

21 *Quæstio est:* An leges istæ sint permittentes tùm seu non punientes in foro externo (quem modum sunt leges permittentes lupanaria, opus est ad majora mala evitanda) an verò sint sitivè approbantes, sic ut maritus, vel Pater au ritate Legum publicâ fiat velut minister, & exe tor justitiæ ad morte puniendum talem in flagr crimine deprehensum, sicut modò dictum est, occisores Bannitorum? si ita sit, maritus, vel Pa etiam in foro conscientiæ, licitè occidet tale adulterum vel adulteram: atque ita esse docent p res Juristæ cum Julio Claro *lib. 5. sentent. §. H micidium à n. 48.* Et probabile, vel saltem no improbabile, censent aliqui Theologi apud San *l. 10. de matr. disp. 8. n. 37.* Lugo *tom. 1. de j disp. 10. Sect. 3. n. 85.* Contrarium tamen absol docent Theologi ferè omnes, & Juristæ commu ter apud eosdem: nimirum Leges permittere t tùm, minimè verò approbare, & reddere licitam

foro conſcientiæ ejusmodi ſævam executionem, ſeu occiſionem adulteri, vel adulteræ. Pono ergo breves reſolutiunculas.

Prima: Iniquæ ſunt leges civiles, ſi concedant poſitivè, & approbativè facultatem marito occidendi adulterum; aut Patri occidendi filiam adulteram cum adultero. 22 Significatur *c. Inter hæc* 33. *q.* 2. Et D. Auguſt. *lib.* 2. *de adult. conjug. c.* 15. Et comuniſſima DD. cum S. Thoma *in* 4. *diſt.* 37. *q.* 2. *art.* 1. contra Clarum *cit. n.* 50. Nam ab Alexandro VII. in terminis damnatur hæc propoſitio 19. *Non peccat maritus occidens propria authoritate uxorem in adulterio deprehenſam.* Et Ratio eſt: *Quia non eſt ſingulis concedendum, quod per Magiſtratum publicè poteſt expediri*, Regul. juris 136. ff. Et *inauditum, ac non condemnatum* (niſi invaſorem) *à privato occidi nulla æquitas patitur.* l. 2. ff. ad legem corn. de ſicariis, l. ult. C. de malef. & mathem. Et maximè legi Charitatis Chriſtianæ repugnat, hominem adeò imparatum, & impœnitentem, utpote actu peccato mortali incumbentem ſubito occidi absque urgente neceſſitate: & quænam hîc neceſſitas fingi poſſit? Unde etſi maritus eſſet ipſemet Judex, & propriam uxorem, vel filiam cum adultero inveniret, adhuc non poſſet absque peccato ipſos ibi occidere, ſed deberet ſervare juris ordinem, ut legitimè puniantur: ſicut enim Judex non poteſt committere alteri marito, ut ſic ſtatim occidat non ſervato juris ordine; ſic nec ſibi poteſt eam licentiam aſſumere: eadem enim inconvenientia ſequerentur.

Secun-

23 *Secunda:* Justæ tamen sunt ejusmodi leges permittentes negativè tantùm, quatenus eo ca pœnam homicidii remittunt, & actionem tam c vilem, quàm criminalem excludunt contra talem occisorem: idque partim ob circumstantiam atr cis injuriæ, & justissimi doloris, ac vehementissim passionis pro amentia quasi reputatæ, ut habetur *si adulterium. §. Imperator ff. ad leg. Juliam adult.* Partim etiam ab absterrendos homines à cr mine adulterii. Qua ratione etiam sacri Canon excommunicationis sententiam ab eo removent qui in Clericum cum uxore, matre, sorore, vel fil turpiter inventum, violentas manus injecerit, *verò* 1. *de sent. excommunicat.* Et *cum Molin* docet Laym. *cit. c.* 2. *num.* 4. *fine.* Rationem di Gloss. *ibid. v. turpiter.* Quia justum dolorem com pescere difficillimum est. Attamen talis adhu peccat mortaliter, erítque irregularis ex delicto.

24 *Tertia:* Talis ergo ita deliberatè, & maximè c proposito quæsita occasione, vel studio procurat occidens uxorem, vel filiam adulteram, vel adulte rum, in foro conscientiæ peccat mortaliter, & tene tur ad restitutionem debitam ex homicidio illicito ob rationes suprà datas: idque tam in flagranti cri mine deprehendens, quàm postea, ante sententiam Judicis: post tamen sententiam latam à Judice, qu talis institueretur voluntarius Minister justitiæ posse sine peccato occidere, docent *Sotus*, *Covar Med. Azorius*, Filliucius *cit. n.* 17. Verùm id non est consulendum, cum proclivè sit, ut maritus v. g potiùs occidat in vindictam, & odium, quàm ex

Zel

Zelo justitiæ: atque ut uxor deinceps detestetur maritum ob tantam commissam, etsi permissam, crudelitatem.

§. IV.

Nulla autem authoritate humana licet occidere innocentem per se, sed bene quandoque per accidens.

CErtissimum est, nunquam licere occidere innocentem per se directè intendendo, & volendo ejus occisionem in se, quavis authoritate humana, ob quamcunque etiam urgentissimam causam. *Omnes* cum S. Thoma *q.* 64. *art.* 6. Constat ex universali præcepto divino Exodi 23. *Insontem, & justum non occides: quia aversor impium.* Prohibétque ipsum jus naturale, quo potestas gladii tradita est Magistratibus adversùs eos, qui malè agunt, & non contra innocentes. *Ratio communis* est: Quia vita hominis est sub dominio solius DEI: quare sicut homo non potest eam sibi tollere sine jussu DEI; sic multò minùs alterius, qui minus jus in ipsum habet. Duo permolesta dubia hìc occurrentia, mox dabo inferiùs. 25

Occidere autem innocentem per accidens præter intentionem, & indirectè, nimirùm directè, & in se nullo modo volendo, vel intendendo ipsam occasionem, sed solùm aliam actionem justam, cum qua tamen per accidens conjungitur occisio innocentis; quia nimirum actionem justam exercere non potes, nisi simul præter intentionem tuam occi- 26

occidendo innocentem: hoc quandoque ex gr
vissima causa licere etiam omnes consentiunt.

Casus autem sunt:

27 *Primus*: In bello justo cùm justa victoria ob
tineri non potest, nisi simul cum nocentib
occidantur innocentes, ut in explosione torme
torum contra urbem, vel navem, subversione tu
rium, conflagratione tectorum &c. licitè sic fi
Communissima cum Molina *tomo 2. disp. 11*
Lessius, Laym. Lugo cit. Ratio est: Qua lic
sic bellantes occidant infantes physicè, non tam
censentur occidere moraliter, & humano mod
cùm occiso minimè sit intenta, sed purè & ju
permissa; quippe merè per accidens conjuncta
cum alia actione justa gravissimi momenti. Un
minimè liceret bellantibus occidere infantes, filio
amicos hostium in castris fortè habitos eo fine, u
pro liberandis filiis obsessi se dederent: Quia j
occiderent directè innocentes (licet eorum occi
ad alium finem ordinetur) vide Lugo *cit. disp. 1*
sect. 4. & 5.

28 *Secundus*: Quando injustum aggressorem, h
occisurum, vis occidere cum moderamine inc
patæ tutelæ; is autem protegat se, opponendo ti
infantem, vel hominem innocentem, si aliter eu
ferire non potes, licitè poteris eodem ictu sclop
vel gladii infantem, vel innocentem simul & ho
stem ferire: uti contra paucos aliquos docet
communis DD. Pet. Navar. Less. Lugo cit. Ra
tio est: quia talis utitur jure suo ad necessariam d
defe

defensionem dirigendo ictum gladii, vel sclopeti directè adversùs injustum aggressorem vitæ suæ: per accidens autem est, quòd in illo spatio intermedio etiam innocentem ab aggressore objectum feriat, propter quem salvandum in tanta propria necessitate non tenetur abstinere ab illa actione justâ per se directè ordinatâ ad solam justam, ac sui necessariam defensionem, ac propterea moraliter non occidit, sed solùm licitè permittit simul fieri occisionem innocentis.

Tertius: Similiter, si equo vectus fugias inimicum te occidere volentem, & in via arcta necessariò 29
conculcandus sit ibi jacens dormiens, claudus, infans, adhibitâ omni circumspectione, & cautelâ, ne noceas, quam pro tempore, & loco poteris, licitè cursum urgebis, per accidens permittendo conculcationem, & mortem innocentis. *Ita contra Pet. Navar. Sylv. Turrianum, aliósque* docet *communis DD. Cajetanus, Corduba, aliisque cit. Lessius, Laym. Lugo cit.* Tamb. *lib.* 6. *Decal. c.* 1. §. 1. *n.* 13. Ratio est eadem: Quia actio illa per se ordinatur ad salvandum vitam tuam necessariâ fugâ, minimè verò occidendum innocentem: uteris enim jure tuo naturalissimo, fugiendo per viam publicam pro salvanda vita tua: per accidens autem est, quòd sequatur damnum alteri, quod nullo modo intendis, & cum æquali extremo tuo damno nullatenus teneris impedire. Quòd si tamen infans ille conculcandus non esset baptizatus, ideóque æternùm damnandus pœnâ scilicet damni, lege Charitatis tenereris fugiens

cursum

cursum sistere: quia charitas obligat ad prætere
dam salutem æternam proximi vitæ propriæ
æquali necessitate, juxta communem doctrinam
Charitate. Tandem principaliter, an, & quali
liceat procurare obortum fœtûs etiam jam anim
pro servanda vita corporali prægnantis, vide
dicta p. 4. de Sacram. c. 4. Restant modo dubia
plicanda suprà indicata, sanè valdè controversa

Dubium primum.

Quid in Judicio publico.

30 QUæritur an Judex, vel Princeps licitè pos
sententiam mortis ferre in eum, quem priv
notitiâ certò scit innocentem esse; qui tamen in
dicio externo secundùm allegata, & probata
cens, & reus mortis probatur. E. g. Ipse Jud
vel Princeps occultè interfecit Titium, qui adu
rium commisit cum uxore magnatis absentis im
imprægnata cum ingenti infamia, dedecore,
scandalo &c. sed Cajus propter aliqua indicia
hementia suspectus, vel infamatus tandem sec
dùm legitimas probationes de eo crimine con
ctus fuit: aut metu torturæ falsò confessus,
teritne licitè Judex, vel Princeps eum mortis da
nare? Variè ℟.

31 I. Certissimum videtur, quod ipse Princ
vel Judex supremus non possit, sed teneatur in
centem liberare. *Ratio facilis est*: Quia Pr
ceps potest dispensare in lege, quâ jubetur debe
in judiciis procedi secundùm allegata, & prob
ergo non habet causam damnandi innocente

Quò
torur
ceps;
juran
esse
scand
certò
berar
tota c
cultat
II.
ferior
strian
quo i
tioner
contra
do, m
aut ca
nendo
suo p
carcer
III.
stétqu
& pro
cem in
conder
mas 2.
Azor,
c. 1. *du*
ut Jud
probat
Q
THE

Quòdsi subesset periculum scandali, quòd reus tantorum scelerum non puniatur, facilè avertet Princeps; poterit enim palàm, etiam, si opus sit, cum juramento pronuntiare, ac testari, sibi perspectam esse hominis innocentiam: nec erit periculum scandali contra Principis imperium; qui etiam certò nocentes subinde misericorditer à morte liberare consuevit. Quæstio ergò, & difficultas tota est de judice inferiori, qui hac dispensandi facultate non gaudet, sed ex officio procedere debet.

32 II. Certùm itidem est, quòd Judex quoque inferior debeat adhibere omnem possibilem industriam, omnémque, ut ajunt, movere lapidem, quo impediat hujusmodi innocentis condemnationem ad mortem; utpote impediendo, ne testes contra ipsum deponant, diligentiùs eos examinando, monendo Principem de innocentia hominis, aut causam ad ipsum remittendo: imò & deponendo officium Judicis, si absque gravi damno suo possit; & denique si possit, clam aperiendo carcerem, ut innocens reus fugiat &c.

33 III. Tandem si hæc omnia nihil proficiant, instétque Princeps, ut justitia fiat, & juxta allegata, & probata procedendo sententia feratur, jam judicem inferiorem licitè posse, & debere innocentem condemnare, docent sanè gravissimi *DD.* S. Thomas 2. 2. *q.* 67. *art.* 2. *Cajet. Bann. Aragonius, Azor, Valentia.* aliisque congestis Sanch. *lib.* 2. *cons.* 1. *dub.* Ratio tota est: quia jura præcipiunt, ut Judex puniat eum, qui secundùm allegata, & probata reus mortis invenitur. Et bonum publicũ

expoſcit, ne juris ordo pervertatur, nève judici detur occaſio, ut etiam nocentes liberent, ſub pr textu, quòd eos innocentes eſſe privatò ſciant. Addunt aliqui; hoc non eſſe occidere directè, tantùm indirectè; quia nimirùm Judicis inter eſt ſervare ordinem juris, & bonum commune, autem hominem occidere. Confirmántque exe plis occiſionis indirectæ innocentis, modò ſup à nobis conceſſis. Fateri cogor, ſententiam e probabilem, ſaltem extrinſecè ob authorita tantorum Doctorum: mihi tamen intrinſecè, lo modo probatur. Itaque

34 IV. Dico ſimpliciter non licere. *Ita Pet. var. Roſella, Angelus, Sa*, aliíſque cit. Leſſius *2. c. 29. de juſtit. num.* 84. Lugo *tom. 2. de j diſp. 37. Sect. 4.* Tamburinus *lib. 6. Decal. c. 4. n.* 12. Ratio fundamentalis, & ſolidiſſima quia non licet hominem innocentem occid per ſe directè, ſecundùm omnes: atqui in prop to veriſſimè occidetur innocens per ſe directè, non indirectè tantùm (ut ſuprà quidam vo cùm & ipſa actione externa directè tendatur mortem hominis innocentis, & non in aliquid ud (prout in exemplis ſuprà admiſſis patuit) nihil aliud hîc directè & per ſe intendi poſſit. enim? Ipſe ordo juris ſervandus ad bonum c mune ſecundùm præſcriptum Sacrarum Leg ajunt. *Contra:* Jura cùm præcipiunt, ut J procedat, & puniat ſecundùm allegata, & prob ſemper loquuntur de Judice regulariter ſe hab cui nimirum regulariter non conſtare ſolet de

licto rei, nisi per allegatas probationes: de Judice vero innocentiam rei certò cognoscente (qui casus est rarissimus) nunquam agunt ullibi. Certè etiam Leges universaliter damnant eum, qui alienum rapuit, non tamen propterea damnant eum, qui per justam compensationem v. g. alienum accepit: licèt enim id Jura non exprimant, semper tamen id à jure naturæ exceptum esse intelligimus. Et similia sexcenta in jure reperies. Idem omninò vides esse in proposito.

Sed neque bonum publicum ita disposuit. Juris enim ordinem non pervertit, qui contra jura non agit: atqui nullum est jus contra certò innocentem. *Deinde* majus est malum, vel semel innocentem occidi, quàm aliquoties nocentem liberari; illud enim damnum irreparabile est: hoc autem à Principe, vel Republicæ facilè revocari potest providendo Judices verè justos. *Denique* magis favet publico bono, populum scire, leges semper innocentem undecunque repertum incolumem servare, quàm scire, eas concedere, imò præcipere, ut vel semel occidatur homo ab eo, qui ipsum innocentem certò novit.

Cæterùm, cùm agitur de causis civilibus, vel 35
pœnis, aut mulctis modici ponderis, omninò concedendum videtur, posse, & debere Judicem inferiorem ex scientia publica secundùm allegata, & probata damnare eum, quem privatâ scientiâ scit esse innocentem, quando nimirum urget jus, nec alia via liberandi suppetit, juxta suprâ dicta. Ita enim clarè statuitur *c. Pastoralis, de Officio Judicis*

delegati. Ubi tamen expresè agitur de his cau
civilibus, Ecclesiasticis, ut constat ex casu textu
minimè verò de causa sanguinis. Ratio discrim
nis magna est: quia causæ civiles, utpote freque
tissimæ alioquin facilè turbarent Tribunalia, n
semper secundùm allegata & probata procedatu
insuper habitâ notitiâ privatâ Judicis. *Acced*
quòd cives privati in his civilibus censeantur c
dere juri suo propter majus Reipublicæ bonu
qualis cessio juris non potest præsumi in causa sa
guinis, cùm agitur de ipsa vita, quippè cujus ho
non est dominus, sed custos, & usuarius tantùm.

Dubium alterum.

Quid urgente Tyranno?

36 QUid si Tyrannus persequens civem innoc
tem intentet perdere totam communitatem
aliquam urbem comburere, cives omnes occi
re &c. nisi mittatur ad se caput civis illius innoc
tis, aut is à civibus occidatur, aut occidendus
extradatur: poteritne Respublica illum civem
nocentem occidere, aut occidendum Tyranno
dere?

37 *Resolutio prima.* Respublica non potest il
civem innocentem occidere, nec consequenter
cisi caput Tyranno mittere. *Communissima, c
tra paucos aliquot.* Ratio clara est: quia hoc
directè occidere innocentem quod intrinsecè
lum nullâ unquam causâ necessitatis excusari,
cohonestari potest. Verùm quidem est pro co
vanda vita hominis licere abscindere membr

non tantùm morbidum, ac noxium (qua ratione etiam licet occidere malefactores Reipublicæ pernicioſos) ſed etiam membrum ſanum: ut ſi incendium, vel naufragii ſubmerſionem aliter eluctari non poſſis, niſi abſcindendo manum, vel pedem fortè ligatum, licitè ſic facies: non tamen eadem ratione licet occidere innocentem civem, ſeu membrum ſanum Reipublicæ ob ipſam totam Rempublicam conſervandam, eſt enim grandis diſparitas inter membra corporis naturalis, & politici: quia corpus naturale, ſeu totum ſuppoſitum hominis habet jus utendi membris ſuis in ſuam utilitatem principaliter, membra enim ſunt principaliter propter corpus, non vice verſa; neque membra ſeorſim ſpectata habent aliquod jus, vel utilitatem ullam per ſe intentam abſque ordine ad corpus totum & ſuppoſitum, ut ex ſe patet; quare meritò & recta ratione abjicitur membrum, etſi alioquin ſanum pro tuenda ſalute totius corporis. At verò Respublica, ſeu corpus politicum non habet jus utendi membris ſuis, nempe civibus in ſuam utilitatem principaliter; hoc enim eſſet jus domini reſpectu mancipii; neque cives principaliter ſunt propter Rempublicam, ſed vice verſa, Respublica eſt propter cives, eorúmque utilitatem per ſe intentam, & procurandam principaliter: civésque ſeorſim habent ſuum jus, & utilitatem propriam per ſe intentam: quare neque pro conſervanda tota Communitate licèt directè occidere civem innocentem: eſto ad eum finem Respublica poſſit, eis etiam invitis auferre ſua bona temporalia: quia in bona

temporalia civium in ordine ad bonum comm
conservandum Respublica habet verum jus,
ut vocant, dominium altum: nullum verò om
jus habet in vitam civium innocentum. Vide
optimè de Lugo *disp.* 10. *Sect.* 1.

38 *Secunda*: Respublica eo casu non tantùm
test illi civi innocenti præcipere, ut seipsum tr
Tyranno (cùm is ipse civis innocens ex lege C
ritatis teneatur se morti exponere pro averte
extrema Reipublicæ necessitate) sed etiam po
illum civem innocentem Tyranno extradere;
que ejus mortem permittere. *Ex communi*
Laym. Tamb. ll. cc. Ratio est: quia jam hoc
est directè occidere innocentem, sed ad sum
indirectè: nec est positivè cooperari ad injust
occisionem innocentis, sed est eam solùm per
tere gravissima urgente & excusante necessit
Nam actio illa tradendi innocentem Tyranno
est ex se intrinsecè mala, sed indifferens (po
enim etiam fieri ad aliquem finem bonum, &
malum) esto ea actione Tyrannus abusurus
injustam occisionem: quam malitiam non te
tur Respublica impedire cum tanto, & extre
suo incommodo: ergò poterit illum tradere
ranno, permittendo mortem ejus propter
necessitatem: quemadmodum propter eand
necessitatem potest cives suos periculo mortis
ponere ad defendendam civitatem, v. g. impe
do, ut maneant in statione, ut pugnent, hos
repellant, aggrediantur &c. non enim sic in
ditur mors civium, sed justa defensio: esto

accidens, & præter intentionem sequatur mors eorum.

Tertia: Quòd si denique civis ille innocens nol- 39
let obedire Magistratui præcipienti, ut se pro bono communi Tyranno tradat, aut sui traditioni pertinaciter repugnaret: jam justè eum Respublica occideret in pœnam inobedientiæ in re justa, & gravissimâ, jam enim verè evaderet ut nocens, & ut talis, non ut innocens, occideretur. *Communis DD. apud cit.* At, quid si is renueret tradi ob hoc ipsum quia vellet potiùs à sua Republica interfici aliqua morte mitti, gladio v.g. quàm à Tyranno morte crudeli: possétne tunc licitè occidi â Republica? Id nobis cogitandum relinquit Tamburinus *cit. c.* 1. §. 1. *n.* 13. *in fine.* Relinquo & ego vobis. Cogitarem tamen ego adhuc posse occidi sub hac conditione, si nolit se tradere Tyranno pro re communi, ad quod aliàs ex Charitate per se teneretur: stante enim hac conditione adhuc occideretur ut nocens. Sed salvô meliorî judiciô.

SUBSECTIO.

De *Irregularitate ex defectu lenitatis in Justitia publica.*

SUMMARIUM.

40. *Irregularitas generatim quid, & quotuplex.*
41. & 42. *Ex justitia publica in causa sanguinis tantùm, scil. mortis, vel mutilationis effectu secuto.*
44. & 45. *Non aliàs, vel ex alio actu quocunque judiciali.*
46. & 47. *Irregularitatem ex* defectu lenitatis *incurrit I. Omnis Judex Pontifice inferior, Laicus, Clericus*

Princeps, Episcopus &c. Sententiam mortis fe
vel etiam ferri jubens, aut ei ferendæ authorita
præstans suâ præsentiâ. II. Ejus Assessores, &
siliarii, & III. Omnes justitiæ ministri, etiam
tellites.

48. *Non verò eam incurrunt. I. Principes etiam Eccles*
ci; si jurisdictionem hanc temporalem ad ca
sanguinis delegant.

49. *II. Aut reum, etiam Clericum, ante degradatum, p*
stati sæculari tradunt.

50. *III. Nec Doctores, Professores, Concionatores, Con*
rii, docentes, vel dicentes: crimen esse mo
dignum &c.

51. *IV. Imò nec etiam quando Confessarius urget Judic*
ut fungatur suo officio; hortatur reum, ut cr
fateatur, justitiæ acquiescat. Secus si crimen
confessum revocare non permittat, vel dissuad

52. *Quando dictam irregularitatem incurrant accusa*
vel tradentes reum &c. &

53. Usque ad n. 60. *Quando, ac quibus casibus non?*

60. Usque ad n. 64. *Quando, & quinam testes eam in*
rant, & qui non?

64. Usque ad n. 68. *Quinam ministri processûs & exec*
nis eam incurrant?

68. Usque ad n. 73. *traditur* Regula *Antiquorum, qui*
censeantur directè & proximè cooperantes ad
ligendam mortem, ideóque irregularitatem
currere, & quinam remotè tantùm, ideóque
incurrere.

73. Usque ad n. 85. *Traditur & declaratur* Regula
versalis mitior Recentiorum.

40 IRregularitas generatim est impedimentum
nonicum, & inhabilitas ad Sacros Ordines susc
piendos, & exercendos, seu in susceptis minist
dum. Duplex est, & ex *defectu*, & ex *delicto*, de q

bus suo loco. Irregularitas ex delicto homicidii incurritur ex omni, & solo homicidio injusto, de hac *cap. seq.* Irregularitas ex defectu *lenitatis* incurritur ex omni homicidio, etiam justo publica authoritate facto. Dicitur autem irregularitas ex defectu lenitatis, seu mansuetudinis CHRISTI, cùm enim omnes Sacri ordines ordinentur ad ministerium, & Sacrificium Missæ, necesse est, sacris ordinibus initiatos, & in Sacris ministrantes repræsentare personam CHRISTI, indecens autem est, ut is, qui voluntariè hominem occidit, seu injustè, repræsentet personam CHRISTI Agni mansuetissimi, pro nobis Divino Patri oblati: talis enim non tam Christum, ejusque Passionem repræsentat, quàm ejus occisores, ut notat *Navar. c. 29. n. 218.* & plures rationes assignans Filliucius *Tractatione 19. c. 9.* Hic ergò solùm agendum de irregularitate ob defectum lenitatis ex justitia publica: de aliis consequenter in sequentibus.

Resolutio Summaria.

EX justitia publica in causa sanguinis, scilicet 41
mortis, vel mutilationis effectu secuto, irregulares fiunt. 1. *Ipse Judex, ejusque assessores, vel consiliarii ad decernendam sententiam.* 2. *Accusator, vel denuntiator.* 3. *Testes.* 4. *Ministri processus* 5. *Minister executionis.* 6. *Et universaliter omnes per se directè, & proximè cooperantes ad infligendam, vel notabiliter accelerandam mortem rei, saltem si sint ministri Justitiæ, & ex officio agentes.* Totum verè constat ex *c. aliquantùm dist. 50.*

& aliis locis infra allegandis, & communi DD patebit. Percurramus breviter singula. Pro om bus tamen semel pro semper notandum, qu dictum est, irregularitatem hanc non incurri,

42 I. *In causa sanguinis, mortis, vel mutilati* Nam causa sanguinis ex usu loquendi signifi causam mortis quomodolibet infligendæ, et sine fusione sanguinis. Hinc si feratur sententia aliquo supponendo, præfocando, submergen veneno, fame, aut aliter sine effusione sangu enecando, erit vera causa sanguinis. & inde irre laritas. Idemque dicendum, si Judex aliquem demnet ad durum carcerem in pane arcto, & brevi, unde consideratis circumstantiis ei mora tabiliter acceleranda sit, eâ secutâ, erit irreg ris Judex, ut cum aliis notat Tamb. *hic tract. Irregularitate c.* 15. §. 10. *n.* 7. hinc enim carc humidi, subterranei in Jure prohibentur, & so conceduntur, quando quis per sententiam jud ad mortem sensim oppetendam condemnatur; notat Farinacius *q. crim.* 27. *n.* 95. & 194.

43 II. Ad causam sanguinis irregularitatem in centem spectat etiam mutilatio alicujus mem alicui à Judice, & justitiæ ministris illata, secund sacros Canones. Verum de hac mutilatione co modiùs dicam simul *cap.* 2. Nam quocunque m aliquis injustè mutilando alterum, vel seipsum irregularis ex delicto, eodem modo etiam Judex minister justitiæ justè alterum mutilando, re scilicet, fit irregularis ex defectu lenitatis.

44 III. Seclusâ ergo morte, vel mutilatione, r

erit causa sanguinis, nec ulla incurretur irregularitas ex ulla sententia, vel actu judiciali, etiam in criminalibus: ut si feratur sententia condemnans ad triremes, ad perpetuos carceres, ad fustigationem seu virgationem, etiam usque ad sanguinem, sine tamen periculo mortis, non erit causa sanguinis, nec inde irregularitas; & à fortiori nec in aliis pœnis sine sanguine inflictis. Additur denique

IV. *Effectu secuto*: Nisi enim certò secuta sit 45
ipsa mors, vel mutilatio rei, nulla erit irregularitas in Judice, vel ullo ministro justitiæ, *omnium consensu*. Quod si dubitetur postea, an mors secuta sit, dicam commodiùs *cap. seq.* cùm de irregularitate ex delicto longè frequentiori; eadem enim ratio erit de hac irregularitate ex defectu lenitatis in justitia publica, in bello justo &c. Jam breviter illustremus personas.

§. I.

Judex, ejúsque Assessores, vel Consiliarii.

OMnis Judex Pontifice inferior (excipitur so- 46
lus summus Pontifex, qui ipsemet supremus Legislator, non est subditus Juri Canonico, quo per Prædecessores Pontifices imponitur irregularitas, cum non habeat imperium par in parem) sæcularis, Ecclesiasticus, ordinariam, vel delegatam potestatem habens hic comprehenditur, cùm eadem sit ratio de omnibus. Id tamen discriminis est inter Judicem laicum, & Clericum: quòd Laicus solumodò incurrat irregularitatem sibi pro eo statu parùm noxiam: cæterum justè damnando benè agit, imò

imò meretur. Clericus autem Episcopus v.g. et
justè damnans præter irregularitatem sibi mul
noxiam, quippe impedientem ipsum ab omni c
cio sacrorum Ordinum, etiam peccat graviter,
quòd graviter prohibeatur, ne se ingerat in cau
sanguinis .*cap. sæpe* 26. *q.* 8. *cap. sententia, ut C*
rici, vel Monachi. adeoque

47 Judex omnis, Laicus, Clericus, Princeps, E
scopus &c. irregularitatem contrahunt, non sol
si ipsimet sententiam mortis, vel mutilationem p
nuntiant in reum, effectu secuto; sed etiam
Judici suo delegato in particulari, & definitè pra
piant, vel demandent, ut iste reus morte, vel m
latione afficiatur, suspendatur, comburatur &
Navar. Aula Molina, alii cum Laym *lib.*
just. tract. 3. *p.* 3. *cap.* 72. Si priora præsentia
thoritatem sententiæ sanguinis ferendæ præstare
cap. litteris de excessibus Prælatorum & ibid. Gl
Abbas communis DD. hac enim ratione assessor
vel consiliarii non solùm vota ferentes pro sente
tia mortis, vel mutilationis, verùm etiam solùm
præsentia authoritatem præstantes, irregularitate
incurrunt, ut habet *communis DD.* Quare Con
liarii Clerici, v. g. Canonici, propositâ causâ sa
guinis, mox abscedere debent, saltem à sessio
3. Si similiter authoritatem præstantes, Judex,
Princeps (etiam delitescens sub cortina) sicut
omnes ministri justitiæ, etiam infimi satellites, a
stant executioni mortis in locis sui territorii: q
tunc ipsorum authoritate mors infertur: Alii aute
privati, & famuli domestici ad mera dominoru
ob

obsequia domestica deputari, etiamsi cum dominis assistant, immunes sunt ab irregularitate; quia, ut supponimus, nihil conferunt ad sententiam exequendam. Secus esset, si quid authoritatis conferrent, uti revera conferre videntur stipatores Aulici Principum, vel Magnatum, etiam infimi satellites, 4. Idem à fortiori dicendum de Ecclesiasticis: nam ex *cit. cap. ex litteris, de excess. Præl.* quidam Episcopus pronuntiatur reus irregularitatis, quia interfuit cujusdam furis suspendio in proprio territorio, & ideò, ut authoritatem afferens executioni capitali. Cæterùm si Clerici, quicunque etiam Monachi assistant alio fine curiositatis, sive amicitiæ, sive alterius causæ gratiâ, ne timeant irregularitatem; imò neque peccatum. Quodsi textus aliqui canonici strictiùs loquantur, ut *cap. Sententia, ne Clerici vel Monachi.* certè jam legitimè desueverunt: Vide Dianam *p. 4. tract. 2. resolut. 35.* Denique qualiter unam, vel plures irregularitates contrahant Judices, si una, vel diversis sententiis plures condemnent mortis, res modici momenti, videri potest apud *cit.* & strictim Tamb. *cit.* §. 10. *à num.* 15.

Non ergo hanc irregularitatem incurrunt.

I. Princeps etiam Ecclesiasticus, Episcopus, vel 48
Prælatus jurisdictionem simul temporalem habens (quales plerique sunt in Germania) inprimis, cùm hanc ipsam temporalem jurisdictionem suam in ordine ad causas sanguinis aliis sæcularibus idoneis Judicibus, vel Præfectis delegant, prout certè delegare

gare possunt, & debent. Sic enim definitur in Textu *c. Episcopi, ne Clerici, vel Monachi* Nam aliter ipsi ea potestate licitè fungi non poss quotquot deinde sequantur sententiæ sangui Item si leges pœnales etiam mortis ferant co malefactores, Judices creant, illis causas sangui cognoscendas & judicandas committunt, dele etiam in particulari de hoc, vel illo crimine, malefactore mandant, & monent, ut justitia juris ordo servetur, secundùm leges judice &c. Ita habetur *cit. c. ult. ne Clerici, vel Mon in 6.* Dummodò ipsi authoritativè non assist nec in particulari & definitè hunc aliquem s tentiari mandent, ut modò dictum fuit. Ca rùm possunt etiam Episcopi, & Ecclesiastici Pr cipes latam Judicis sententiam moderari: ut sci cet dicant; si omninò reus morte condemnan est, non rotâ igne, furcâ, sed gladio plectatur nota irregularitatis: quia sic non exercent act severitatis, sed misericordiæ, & lenitatis: non ea mortis causa existunt, sed partem supplicii auferu

49 II. Non incurrunt Episcopi, & inquisitores, e rumque officiales Ecclesiastici, si reum incorrig lem sive laicum, sive clericum ante degradatur postquam officio suo in proprio tribunali fun fuêre, sæculari potestati tradant, etsi certissimè m te plectendum: quia ipsi mortis sententiam no pronuntiant: sed sæculari potestati id munus re quunt, ad quod debitè exequendum eos etiam g neraliter adhortari possunt. *Ex communi La n.* 3. Quando tamen Clericum degradatum trad

Jud

Judici sæculari, ex juris præscripto; *c. Novimus, de verb. signif.* intercessionem præmittere debent, ut Judex circa eos sententiam moderetur, quantùm fieri potest citra mortem, vel mutilationem: quæ tamen intercessio non videtur necessaria ad vitandam irregularitatem; quando enim Ecclesia tradit reum degradatum Judici laico, directè solùm hoc agit, ut eum privet privilegio Clericali, ex quo consequitur jurisdictio sæcularis super illum, ut notat Filliutius *tract.* 19. *c.* 9. *q.* 8.

III. Non incurrunt Doctores, Professores, Con- 50
cionatores, Confessarii docentes, vel dicentes certum crimen esse dignum morte, etiamsi inde sequantur mortes talium criminosorum: quia hæc est cooperatio nimis remota. Neque etiam incurrunt, si in particulari consulantur, vel interrogentur, an talem reum liceat, deceat, necesse sit occidere, hoc, vel illo supplicio, ipsique absolutè respondeant veritatem aperiendo, & jus explicando generaliter, & speculativè ex parte intellectûs: dummodò in particulari nihil suadeant, vel jubeant, sed liberum totum relinquant Judici, etiamsi prævideant mortis supplicium secuturum: quippe ad quod ipsi directè non moverunt, sed solùm rei veritatem apperuerunt, quâ cognita, Judex seipsum ad id, quod justum est, permovit. Gloss. *in c. ex litteris, verb. consuluit, de excess. Prael.* Molin. *tract.* 3. *disp.* 74. Laym. *cit. n.* 4. *Vasq. aliisque citt.* Diana *p.* 4. *tract.* 2. *resolut.* 99, Et certè non incurrunt ex probabili regula Recentiorum infra in fine adferenda: quia non agunt ut ministri justitiæ ex officio,

cio,

cio. Etsi contra sentiant *Sylvest. Henriq. Auila.* c
Filliucio *cit. cap. 9. q. 7.* Nimirum si in particu
immineat periculum hominis deformandi, n
posse clericum de jure consultum, etiam gene
lem responsionem dare sine nota irregularitatis.
saltem ut periculosum, & aliquando scandalos
cavendum censeo extra necessitatem, quando l
culares nimirum sufficienter possunt consuli.

51 IV. Plus adhuc sine nota irregularitatis perm
sum est Confessariis, ut nimirum Judicem alioq
peccaturum mortaliter, non tantum generatim a
moneant, & explicent, quid in hac materia debit
vel indebitum, licitum, vel illicitum sit; sed et
in particulari urgeant, &, si opus sit, negata ab
lutione cogant officio suo satisfacere, reum Re
blicæ noxium secundum jura, & justitiam judic
proponant; attamen in his terminis abstrahend
ut determinatè directèque non moveant ad tal
hominem in particulari occidendum &c. *ex co
muni Molin.* & *Laym. citt.* Item hortari possi
reum, ut cùm Juridicè interrogatus respondere
neatur, fateatur veritatem, etiamsi crimen sit mor
dignum, & certo plectendum. *Ita cum Henr
Auila & aliis Laym. cit.* Item persuadere possi
reo, ut acquiescat justæ sententiæ, quam non p
test differre sine injusta appellatione. Secus, si p
set cum justa appellatione, aut si crimen falsò co
fessum, ob quod morte plectendus esset, vellet r
vocare: tunc enim Confessarius dissuadens app
lationem vel revocationem, morte secuta sine dub
irregularis fiet ex delicto: quia injustè cooper

ad mortem rei; potest tamen reo de se nolenti revocare crimen falsò concessum ob metum torturæ iterandæ, & malenti mori, acquiescere, cùm is non teneatur vitam suam tueri cum tanto incommodo. Sed de hoc infra. *Ratio omnium dictorum est.* Quia non est credibile, Ecclesiam voluisse irregularitatis obicem ponere, quò minùs Princeps, Doctores, Confessarii &c. suo munere ad justitiam debito salubriter fungi possint.

§. II.

Accusans, Denuntians.

INcurrunt irregularitatem omnes accusantes, de- 52
nuntiantes, vel tradentes reum actione criminali, ad sumendam vindictam de crimine, morte, vel mutilatione digno, ipso facto, laici quidem sine peccato; Clerici etiam cum peccato contra gravem prohibitionem Ecclesiæ. *Communis DD.* teste Avila *p. 7. disp. 31. sect. 2. dub. 10. Suarez. alii* cum Laym. *cit. n. 6.* Esto etiam accusator protestetur, se petere, vel intendere criminis vindictam fieri citra mortis, vel mutilationis sententiam: cùm enim Judex ab actore postulatus judicare soleat, & debeat secundùm leges, protestatio illa actoris accusantis de crimine secundùm leges morte, vel mutilatione digno, erit contraria facto, ideóque inutilis ad evitandam irregularitatem.

Item incurrunt accusantes, vel denuntiantes etiam actione civili ad compensationem damni, vel injuriæ illatæ, sed in causa civili simul criminali morte, vel mutilatione digna (ut furto, rapina)

à Judice ex officio ſecundùm legem, & juſtitiæ infligendam: in cauſa quidem propria, ſi fiat abſ proteſtatione mox infra ponenda: in cauſa ve aliena etiam facta, & non obſtante quacunque pr teſtatione ſe criminalem vindictam non intende ſecuto nimirum effectu, ſi Judex crimine ſecundù leges ita exigente, mortis, vel mutilationis ſente tiam inflixerit. *Communis DD.* Navar. *c.* 27. 217. §. 12. Avila *cit. dub.* 11. *concluſ.* 2. Moli *cit. n.* 8. Laym. *cit. n.* 5. Ratio eſt: quia Cano mox citandi eam proteſtationem denuntianti ſol in cauſa, vel injuria propria conceſſerunt; non in aliena, contra irregularitatem incurrendam.

Non ergò hanc irregularitatem incurrunt

53 I. Accuſantes, vel denuntiantes, aut actio merè civili ad jus ſuum recuperandum, ad co penſationem alicujus damni illati &c. aut actio quidem criminali, ſed de crimine morte, vel mu latione non digno: eſto etiam Judex ex propria i vitia, vel ignorantia, vel alia cauſa accidentali m veretur ad mortis, vel mutilationis ſententiam pr ferendam; id tamen accuſatori nec intendenti n prævidenti imputari non poterit ad irregulari tem, ſeu Laicus, ſeu Clericus ſit. *Communis D Navar. Molin. aliisque citt.* Laym. *cap.* 7. *pr finem.*

54 II. Non incurrunt accuſantes, vel denuntian de crimine patrato pernicioſo Reipublicæ, ip met, vel aliis, quod alia ratione emendari non p teſt, niſi per judicialem proceſſum. *Communis a*

eundem,& Dianam *p. 4. tract. 2. resolut. 33.* Ratio est: quia Canones nunquam infligunt irregularitatis notam propter officium cuivis debitum ex lege naturali Charitatis, vel alterius virtutis: atqui accusare malefactorem, si ita necesse sit ad liberandam Rempublicam, seipsum, vel proximum ab impendente gravi periculo, opus Charitatis est: ergo &c. Neque hoc casu opus est protestatione aliqua, cùm opus suapte natura ab irregularitate exemptum sit.

III. Non incurrunt tum Clerici, tum Laici quicunque in causa propria, qui scilicet injuriam passi sunt, aut in persona, vel in bonis propriis, aut in persona, aut in bonis eorum, qui sunt ipsis commissi, ut domesticorum, populorum, Ecclesiæ suæ; aut in persona,& bonis eorum, qui sunt ipsis ita conjuncti, ut velut una persona censeantur; ideoque eorum injuria ad ipsos pertinere, & redundare jure censeatur: ut Parentes, filii, fratres: hi, inquam non incurrunt irregularitatem accusantes, seu denuntiantes malefactorem, v. g. furem, raptorem, actione tãtùm civili ad solam compensationem damni vel injuriæ illatæ; dummodo expressè protestentur, se sanguinis pœnam non postulare, sed solùm jus suũ etiamsi ex qualitate criminis, certò intelligant fore ut Judex ex officio,& jure moveatur ad mortis supplicium inferendum, *communissima apud cit.* Et expressè statuitur in jure *c. 2. de homicidio, in 6.* Ratio redditur *ibid.* in jure. Nam *alioquin si Prælati, vel Clerici propter metum hujusmodi, quia Judex ad pœnam sanguinis posset procedere, de suis* 55

malefactoribus taliter conqueri non auderent, dum tur plerisque materia trucidandi eosdem, & eo bona liberè deprædandi. Sic ibi. Licet autem qui accusat, vel denuntiat civiliter tantùm de cri ne, quod scit dignum morte, vel mutilatione censeatur indirectâ voluntate esse causa mortis, quam decernendam Judex ex officio suo de moveri solet occasione ejusmodi accusationis, denuntiationis; talis tamen indirecta voluntas *cundùm Canon. Constit.* retractari censetur, eo quo quis suam, vel suorum injuriam prose per prædictam protestationem.

56 Formula autem protestationis necessariò a bendæ ad evitandam irregularitatem juxta præ ptum S. Textûs, hæc est, tres clausulas conti *Ego NN.* 1. *accuso, vel denuntio Petrum v. g. f satorem de furto mihi illato: ac* 2. *peto, ut d mihi reficiatur, & caveatur, ne in futurum quid is contra me moliatur; expresè tamen testor, ac dico, me nec petere, nec velle, ut Petrum vindicta sanguinis exerceatur.* Si beas duas priores tantùm clausulas, omissâ te jam nulla erit protestatio, cujus forma tota consistit clausulâ; ideoque secuta morte vel m tione rei à te accusati, vel denuntiati, irregula tem non effugies. Est autem hæc protestatio fac coram eo Judice, ad quem defertur delictum delatum jam fuit, idque vel in primo limine q læ, vel antequam processus fuerit absolutus; saltem ante latam sententiam; sic enim semp huc potest impediri rei deformatio, quantu

ex parte accusatoris. At post sententiam latam, etsi ante ejus executionem, inutiliter fieret, quia executio impediri non potest post latam sententiam. Lege Avillam *de cens. p. 7. disp. 5. sect. 2. dub.* 10. *n.* 9.

57 Cæterùm necesse non est, ut ejusmodi protestatio fiat vero animo liberandi reum à deformitate: Unde licèt prævideas crimen, quod defers utpote grave, certò esse morte, vel mutilatione plectendum; imò etiamsi id maximè optes, & intendas ut reus per Judicis officium morte puniatur, sic ut protestatio tua externa tantùm, & omnino ficta sit, nihilominus secutâ morte rei, non evades irregularis: sicut econtra irregularis evaderes, si eam protestationem omitteres; etsi animo minimè intendens mortem accusati. *Ita contra Navar. Sylvestrum, Angelum, & alios Covar. Avila, Henriquez, Coninch.* Laym. *cit. num.* 6. §. *ex quo rectè alii* cum Diana *p.* 4. *tract.* 2. *resolut.* 75. Ratio est: quia adhuc satis servas, quod Canon præcipit; licèt enim (ut adversarii ajunt) ficta protestatio non sit vera protestatio simpliciter, & in re, præsumitur tamen vera protestatio in foro externo, & idem operatur, quod vera; in fore enim externo secundum exteriora judicatur, & punitur, non secundùm interna. At quid si damnum mihi illatum à grassatore possim alio modo compensare: possumnè nihilominùs accusare cum dicta protestatione, ut secutâ deformitate accusati irregularis non fiam? R. posse. Esto aliquando pecces contra Charitatem. *Ratio est*: quia hic modus accusationis est absolutè à sacris Canonibus concessus, cùm agitur

de damno proprio, & semper eo justé uti potes
omisso alio modo recuperandi. Cæterùm si tu
parte una facile possis damnum tuum recupera
& ex alia parte certò prævideas miserum defe
mandum, te peccare contra Charitatem, ca
videat.

58 IV. Consequenter non incurrent seu Laici, n
Clerici irregularitatem, qui eo casu talem male
ctorem ad eum finem accusanti, vel denuntia
cum dicta protestatione capiunt, detinent, Jud
tradunt, aut locum, ubi latet, indicant &c. Qu
cui finis permissus est, etiam media ad eum fin
necessaria permissa censentur, ut notant DD. pas
Item non incurrunt, qui contra aggressorem vi
vel bonorum sui, vel proximi clamorem toll
etsi contingat, eum idcirco capi, & à Judice pun
Quia talis defensio est de jure naturæ, quod
positiva Canonum impediri non debet. Ita cum
Laym. *cit. cap. 7. num. 6.* Quoad clamorem tan
ejusmodi contra furem, vel raptorem excitandu
siquidem agitur de conservatione, vel recupera
ne rerum propriarum, distinguendum est: vel e
fur deprehensus postea Judici tradetur, & juridi
occidetur? & sic non est periculum irregularita
cùm ipsemet etiam læsus furem capere, & Jud
tradere potuisset adhibitâ protestatione. Excipe
men, nisi clamans, vel manifestans esset minis
justitiæ, vel testis necessarius, vel accusator, aut
stis necessarius ad cognitionem causæ, tunc en
incurreret ex supra dictis. Aut ab accurrentibu
privata authoritate occidetur? & clamans id adve
tit

tit, etiamsi id non intenderet clamando, sed solùm, ut suas res recuperaret? & sic incurrit irregularitatem. Communis DD. Sententia *Innoc. Hostiens.* & Abbas *in cap. significâsti 2. de homicid.* Navar. *cap. 27. num. 236.* Filliucius *tractatione 16. cap. 9. q. 10. §. dices.* Nihilominus alii

Dubitant adhuc, & etiam hoc casu non incurri 59
irregularitatem, magis inclinant *Covar. Avila, Laym. cit. Tamb. cit.* Et omninò probabile est; cùm hic nec sit irregularis ex delicto, nec ex defectu lenitatis; nam homo ille clamando, & homines advocando ad res suas liberandas nihil deliquit; & occisio illa facta est omninò, imò contra intentionem clamantis, adeoque illi, tanquam causæ morali adscribenda non est. Et esto occisio illa aliqualiter prævisa clamanti, saltem indirectè voluntaria sit, adhuc tamen non incurret irregularitatem ex defectu lenitatis, ex probabili Regula infrà in fine probanda: quia non agit ut minister Justitiæ ex officio, ut de se patet. Probabilis omnino Sententia; etsi prior ob authoritatem DD. probabilior, & tutior. Eâdemque ratione dicendum de clamante contra furem pro conservatione, vel recuperatione rerum proximi, vel alienarum præsertim non modici momenti, ut cum *Sa*, & aliis probabiliter docet *Laym. l. cit.* sive á Judice, sive à circumstantibus fur occidendus sit: cùm clamans opus Charitatis ergà proximum exercuerit, & occisionem nullo modo intenderit, ideoque non debeat idcircò irregularitatis notâ affici.

§. III.
Testes.

60 INcurrunt irregularitatem omnes testes volu-
tarii in causa criminali sanguinis, secuto effec-
Communis DD. cum Suarez *disp.* 47. *Sect.* 3. n.
Ratio est: quia testes proximè cooperantur & a
cusatori, & Judici, & eum practicè movent ad
tentiam criminalem ferendam, consequenter ef-
ctu secuto irregularitatis participes fiunt: & l
non sit canon specialis decernens testes irregula-
decernunt tamen Canones, omnes verbo,
facto ad homicidium cooperantes (quales e
sunt testes) irregulares esse. *Adde*, quia testes
verà sunt ministri justitiæ à Judice assumpti, vel
missi, cùm reus damnari non possit, nisi causa
testes probetur. Et rectè addunt DD. commu
apud Molinam, Suarez, Laym. cit. Advocatos
testes in causa criminali nihil adjuvari per prote
tionem suprà positam pro accusatoribus, si ex
rum allegationibus Judex ad sententiam sangu
ferendam motus fuit, quia Advocatus, & te
nunquam propriam, sed semper alienam causa
prosequuntur. Qua ratione Clerici ad ferend
testimonium in causa criminali compelli non p
sunt, cùm ipsis per Canones prohibitum sit,
quid si testificentur pro eo, qui ipsemet cum
protestatione excusat suum malefactorem, si Jud
ideò reum deformet, vel morti tradat? Tunc
currere irregularitatem docent *Covar. & Bra*
apud Tamb. *lib.* 10. *de Cens. & Irreg. tract.* 4. *de*
reg. c. 15. §. 12. *num.* 11. ob eandem ratione

quia scilicet privilegium illud non incurrendi irregularitatem ob illam protestationem conceditur accusanti in propria sua, vel suorum causa tantùm: at testis semper testificatur in causa aliena; in causa enim propria sua, vel suorum nunquam aliquis admittitur testis.

Contrà verò non incurrere æquè probabiliter docent *Farinacius, Felinus, alii* apud eundem *ibid.* Ratio est: quia sacer Canon id concedens accusatori, omninò debuit etiam id concedere testi; alioquin quid juvaret accusatorem accusare, si deinde testes retardarentur ex metu irregularitatis &c. Ratio omninò probabilis. Dixi: *Testes voluntarii* scilicet vel ultrò se offerentes, vel rogati ab accusatore, vel à Judice simpliciter vocati absque præcepto obligante in conscientia. *Et in causa criminali sanguinis*: juxta omnia suprà dicta de accusante, vel denuntiante *a, n.* 52. eadem ratione applicanda Testibus.

Non ergò irregularitatem incurrunt.

(Regula Generalis)

61 Accusans, vel denuntians, testificans compulsus lege justitiæ, vel Charitatis, aut præcepto Judicis obligante in conscientia, ne scilicet proximus, vel communitas damno afficiatur verè imminente, & aliter non evitabili: ut si scias Petrum parare insidias mortis suo inimico, moliri rebellionem in Rempublicam, Principem &c. liber eris ab irregularitate. *Communis DD. apud cit. Tamb.* §. 11. *anum.* 13. Ratio est: quia lex hæc irregularitatis

tatis CHRISTI manſuetudinem referens, non p
teſt fuiſſe introducta cum damno innocentem
Reipublicæ, ſeu privatæ perſonæ, obligans con
Præceptum Charitatis, vel juſtitiæ ad non ma
feſtandos, vel denuntiandos eos, qui mala molit
tur contra proximum, Principem, Rempublica
ut ſuprà etiam indicatum eſt: ergo &c. Neque
neceſſaria eſt proteſtatio ſæpè dicta, ut contra
jetanum, *Sayrum*, & alios, rectiùs docent Mol
tom. 1. tract. 2. diſp. 109. num. 7. Avila *p. 7. de*
diſp. 5. ſect. 2. dub. 12. Tamb. *cit. n. 16.* Ratio
quia hæc proteſtatio eſt remedium inſtitutum
cris Canonibus ad removendam irregularitatē,
aliás ex tali denuntiatione, vel teſtificatione era
currenda; atqui ex delatione, vel teſtificatione
cta ex obligatione præcepti, nulla unquam inc
renda eſt irregularitas; ergò &c.

62 Dixi autem rurſus: *de damno vere imminen*
& aliter non evitabili: Nam ſi damnum etiam
rè imminens poteſt alio modo averti, & impe
ſaltem denuntiatione periculi ac mali impendent
in genere, ſine deſignatione perſonæ, tu verò
modo utaris, ſine neceſſitate deſignes perſonam
ſecutâ deformatione irregularis eris: jam enim
non egiſti ex obligatione, etſi fortè ex motivo
ſtitiæ, vel Charitatis. *Ita Suarez, Farinac.* Fill
cius *tractatione 19. c. 9. n. 249.* Aliósque cita
Tamb. *cit.* §. 11. *n.* 15.

63 At, quid ſi quis accuſet, vel denuntiet, aut te
teſtificetur metu compulſus ab extrinſeco, ſive
ſto, ſive injuſto, etiam ab ipſo Judice in cauſa
mi

minali sanguinis? R. Talem adhuc fore irregularem. *Ita Henriq. Suarez, Avila, Hurtad.* aliósque citans Diana *p. 4. tract. 2. resolut.* 31. Ratio est: quia semper cooperatio directa & voluntaria ad mortem proximi est causa irregularitatis inducendæ ex sacris Canonibus: Atqui cooperatio testium directa est, & voluntaria, cùm metus non tollat voluntarium simpliciter: ergò &c. Supponimus autem ex alia parte non adesse hìc obligationem naturalem justitiæ, vel Charitatis. Neque obstat, metum gravem excusare à pœnis, & censuris, cùm Ecclesia non intendat obligare Fideles cum tanta difficultate, quantam affert metus gravis. Nam hæc irregularitas ex defectu lenitatis non est pœna, vel censura, quæ contrahatur ex culpa, sed est solùm indecentia & inhabilitas quædam, quæ sine culpa contrahitur ex defectu lenitatis, quæ fuit in Christo Domino. Undè hìc obiter adverte: ejusmodi testes, Accusatores, Advocatos ex officio, dum causa adhuc criminaliter pendet, non posse ad SS. Ordines promoveri: quia si sint victores, reo condemnato, & deformato erunt irregulares, si victi causâ cadant, fortè erunt infames ratione calumniæ. Vide Majolum *lib. 2. de irregular. c. 7. n. 4. & 5.*

§. IV.

Ministri Processûs Executionis &c.

64. INcurrunt irregularitatem omnes Ministri processûs ex officio in causa sanguinis, ejusmodi sunt

sunt 1. accusatoris, seu actoris advocatus, vel pr
curator contra reum, secuta morte, vel mutila
ne: hic enim valdè directè influit in sententia
sanguinis, movendo Judicem ad eam ferend
2. Tradentes ex officio reum Judici ad formand
justùm processum. 3. Torquentes eundem ad e
primendam confessionem. 4. Judicis in proc
Consiliarii, & assessores ex officio. 5. Tabell
Notarii, seu scribæ in processu: Item Commissa
Sollicitatores, aliíque, qui Judicem ad dandam
stam sententiam deformationis ex officio adjuv
Semper intellige secuta deformatione mortis,
mutilationis. *Ratio omnium est:* Quia hi om
directè cooperantur ad deformationem & quid
ex officio: ut ministri justitiæ, quod semper ad
propter infrà dicenda N. IV.

65 Non autem incurrunt irregularitatem Advoc
rei contra accusatorem, præcisè manentes in term
nis justæ defensionis: etiamsi aut reus aliunde co
victus deformetur, aut accusator causâ caden
morte vel mutilatione plectatur: quia primum
citrà ejus intentionis culpam ut supponitur:
alterum verò non nisi remotè & indirectè concu
rit. Incurret autem irregularitatem, si etiam
rectè agat ad punitionem accusatoris, vel pœnæ
talionis postulet, secuta deformatione: aut si ca
sam injustam accusati defendat, ut ideò accusat
injustè causâ cadens, morte, vel mutilatione a
ciatur: quia sic dedit operam rei illicitæ ad injust
pœnam alterius, ideóque incurret irregularitat
ex delicto homicidii, nisi excusaretur à bona fide

Ca

Cæterùm Advocati, ſicut & cæteri officiales curiæ ſæcularis in cauſis ſanguinis nullâ ſecutâ morte, vel mutilatione, non ſunt irregulares ſimpliciter, ſed tantùm ſecundùm quid, ratione muneris durantis, quo depoſito, non manent amplius irregulares, ſed licitè Sacris initiari poſſunt. *Ex communi Suarez*, Filiucius *cit. c. 9. q. 12. n. 257.*

II. Incurrunt omnes miniſtri executionis ex of- 66
ficio: utpote, præter Judicium ſententiam ferentem de quo ſuprà ſeorſim: 1. Qui dictat, ſcribit, publicat, ſignat litteras pro vindicta ſanguinis. 2. Carnifex, ſeu quivis executor ſententiæ juſtæ, omnesque ejus cooperatores ex officio, inſtrumenta portantes, applicantes &c. 3. Ipſe comitatus ſatellitum pro cuſtodia rei à latâ ſententiâ tantùm, (non autem anteâ) ad locum ſupplicii: omnésque executioni, ne ea impediatur, authoritativè aſſiſtentes, juxta dicta §. 1. *Communiſſima DD.* Ratio communis omnium eſt: quia omnes enumerati concurrunt ad deformationem tanquam miniſtri juſtitiæ ex officio. 4. Huc meritò revocantur illi, qui juſtè licèt, & ſancta intentione occidunt bannitos, vel proſcriptos, de quibus occidendis facultatem legitimè & juſtè dedit Princeps, vel Magiſtratus, quia tunc quilibet de populo conſtituitur miniſter juſtitiæ, paulò honoratior carnifice, ideóque defacto occidens irregularis eſt ſecundùm omnes, teſte Filliucio ſæpè cit.

Et univerſaliter *omnes cooperantes* &c. Præter 67
hactenus enumeratos quinam alii cooperantes ad deformationem rei ex juſtitia publica incurrant irregula-

regularitatem ex defectu lenitatis, meritò defide- unam Regulam generalem omnes complec- tem; hanc autem aliter tradunt Antiqui, aliter centiores Theologi. Utramque permixtim de- in Resolutione: de hic seorsim distinctè cum casibus.

Regula Antiquorum.

68 III. GEneraliter irregularitatem incurrunt om- nes per se directè, & proximè cooperan- tes ad infligendam, vel notabiliter accelerandam mortem.

69 Non ergo incurrunt indirectè tantùm, & re- tè valdè cooperantes. Utpote 1. Opifices, qui fa- cas, rotas, funes, scalas, carnificios gladios, alia instrumenta supplicii conficiunt, vendunt, aut e- donant, etiam immediatè ad executionem. Incu- runt autem qui similia instrumenta (intellige ex o- ficio) ad locum supplicii applicant, aut adferun- hi enim censentur causa propinqua mortis, illi re- mota tantùm. *Ita cum aliis* Laym. *cit. c. 7. num.* Diana *p. 3. tract. 5. resolut. 79.*

70 2. Non incurrunt, qui non adeò notabiliter a- celerant mortem: v. g. si Confessarius hortetur reum, ut in via procedat, se ad justum supplicium comparet, vel ascendat scalam, exuere juvet &c. quamvis enim talia ut indecentia, & irregularem sapientia ob aliqualem accelerationem mor- cavenda sint Confessario, & meritò à spectato- bus peritis prohibenda, tamen parùm pro nihi- reputatur. *Ex communiori Laym. cit.* Qua ratio- Sotus apus Laym. meritò ridet scrupulum ali-

jus Confessarii, qui reum ad supplicium comitatus, quod asinum illum vehentem pupugisset, sícque ejus mortem accelerâsset, irregularem se existimabat. Similíque ratione rectè resolvit Diana *p.* 8. *tract.* 7. *resolut.* 61. Non fuisse irregularem Confessarium illum, qui, cùm carnifex æstimaret reum suspensum jam esse mortuum, clamavit, vivit, adhuc vivit: unde denuò carnifice collum stringente extinctus est. Casus sæpiùs contingit, & à viris doctis excusatus est, cùm sit potiùs opus misericordiæ, & lenitatis, quàm severitatis.

71 3. Similiter non incurrunt Principes Ecclesiastici, si suspendendos, vel cremandos, moderando sententiam, jubent decollari, etsi non modicè inde accelerata morte: quia exercent actum lenitatis, non severitatis, ad quem per accidens est illa acceleratio. Similiter non incurret, qui impetrat, ne reus per viam publicam cum suo, vel familiæ dedecore ducatur, sed aliâ viâ, etsi breviori, ut per accidens contingat mortem accelerari. *Ita Henriquez Avila, Laym. loc. cit.*

72 Denique non incurrunt, etiam Clerici, vel Monachi solùm spectandi gratiâ assistentes suppliciis reorum, modò non cum authoritate præsentiam exhibeant: quia illi nullo modo etiam indirectè concurrunt ad necem rei. Certè tamen id non decet: &c. *sententiam. Ne Clerici, vel Monachi*, vetatur, ne Clerici in majoribus Ordinibus constituti inter reliquam turbam assistant supplicis reorum, ne curiositatis vitio notentur. Sed jam vides prohibitionem non esse gravem. Sin verò & ipsi reum

conse-

consolari velint, vel modum assistendi, ac con
landi ex Sacerdote assistente reo addiscere, tum
extra turbam, lateri illius adjungere debent, ut
servat Laym. *cit. n. 2. in fine.* Hæc quidem o
nia vera sunt. Veruntamen regula hæc profe
non exhauritur, sed plurimas relinquit difficulta
& casus scrupulosos, videatur ergo breviter.

Regula Recentiorum.

73 IV. GEneraliter irregularitatem hanc ex de
ctu lenitatis contrahunt omnes, &
qui ad deformationem, seu mortem, ejusve
bilem accelerationem justè, ut ministri justitiæ
officio concurrunt: non autem contrahunt alii
vati non ut ministri justitiæ ex officio sed pro
tu sine peccato quomodolibet concurrentes.
DD. Recentiores communiter. Et ultra triginta
citat Diana *p. 11. tract. 2. resol. 63.* inter
Coriphæus *Vasq.* & Card. de Lugo *disp. 22. de*
nit. n. 3. Tamb. *cit. c. 15. §. 13. a. n. 8.* latè
tio potissima, & efficax est: quia irregularit
omnium consensu, non incurritur, nisi in casi
jure expressis: atqui irregularitas ex defectu le
tis solùm expressa est in jure contra ministros j
tiæ concurrentes ad deformationem, non au
contra alios non ministros: ergò ab illis tant
non ab his contrahitur. Minor constat induct
omnium textuum sacrorum, quibus nituntur
riqui in probando oppositum, qui textus, si a
legantur, certè aliud non exprimunt. Duo pr
pùè adferri possunt.

74 1. Adfertur Innocent. III. cit. *c. sententiæ*

rici, vel Monachi. Ubi textus habet. *Sententiam sanguinis nullus Clericus dictet, aut proferat, sed nec sanguinis vindictam exerceat, aut ubi exercetur, intersit.* (Et paulò pòst) *Ne quisquam Clericus litteras dictet, aut scribat pro vindicta sanguinis destinandas: Unde in Curiis Principum hæc solicitudo non Clericis, sed Laicis cõmittatur.* Hæc Pontifex. Sed ubi hic clarè exprimitur quæcunque cooperatio ad judicium sanguinis, nisi illa ipsa, quæ est ministri justitiæ ex officio? Certè id clarè ostendunt ea verba: *Exerceat: & in Curiis Principum hæc solicitudo Laicis committatur*: Nonnè hæc significant officium? Adeoque eo textu, sicut & in aliis, solùm prohibetur, ne Clerici sint ex officio ministri Principum in rebus pertinentibus ad causam sanguinis. Et meritò, tum, ne commiscean-tur negotiis sæcularibus: tum maximè propter periculum, ne secuta executione sententiæ, sint irregulares: sic enim ad deformationem concurrunt, verè, ut ministri justitiæ.

2. Adfertur definitio CLEMENTIS IV. apud Abbatem in dictum *c. Sentent. Ne Clerici, vel Monachi.* definientis: Clericum quendam ex jussu sui Principis legentem litteras, quibus monebatur Princeps, ut talem facinorosum in tali loco latentem, capi juberet (captus autem, & morte punitus est) esse irregularem. Atqui non constat de hac definitione. Proferatur ejus authentica: authoritas enim Abbatis non convincit. Certè illum Clericum non fuisse irregularem meritò censet Laym. *cit. n.* 2. cùm fuerit causa valde remota, & accidentalis ad

mortem. Et dato, constet de hac definitione: un
tibi constat, Clericum illum legentem non fuisse
Ministrum Principis in omnibus obsequiis, etia
criminalibus expediendis, scribendis, legendis &
& tunc sine dubio contra SS. Canones: ideóque m
ritò secuta morte irregularis pronuntiatus.

76 Stet ergò hæc Regula, & Sententia verè prob
bilis, & tuta, tum authoritate tantorum DD. m
ratione data: tum etiam, quia innumeros scrup
los à Fidelium conscientiis removet, quos quidi
scrupulos à sanctissimis Ecclesiæ piæ Matris leg
bus foveri credendum non est, ait Tamb. *cit. n.* 1
ibidémque *n.* 16. addens rationem convenient
cùm Ecclesia, seu Legislator Pontifex solos mi
stros justitiæ subjiciat dictæ irregularitati, non v
alios: quia nimirùm cooperatio ex officio mi
videtur habere lenitatis; nam minister justitiæ
officio obligatus velut ex habitu operatur, semp
que paratus est ad illas deformitates patrandas; m
dè etiam cùm semel patravit, quia tamen patra
ex habitu, minùs videtur habere lenitatis, ideòq
meritò eum ab Altari removendum esse censuit
cer Legislator: alius verò non ex officio, & s
peccato cooperans, uno fortè actu, quia non coop
ratur ex habitu, eum non ita esse alienum à CH
STI lenitate, adeóque nec irregularem meritò c
fere potuit Legislator.

77 Dico autem semper, *sine peccato cooper*
nam si cum peccato, v. g. ex odio mortali, ac v
dicta in reum ita cooperentur ad mortem ejus in
gendam, vel accelerandam, cùm ipsi non sin

ministri justitiæ, omnino contrahent irregularitatem ex delicto, & ex defectu lenitatis, uti cum *Turriano* suadet Tamb. *cit. n.* 19.

Hâc ergò Regulâ positâ, vides clarè vel absque 78
scrupulo liberari ab irregularitate omnes casus positos N. III. *præced.* & supra §. III. & IV. Omnes enim illi agunt non ut ministri justitiæ. Et insuper corollariè

Resolves. Non incurrere irregularitatem eum, 79
qui I. privatim, & non juridicè monet, rogat, urget Judicem, ut justè occidat aliquem nocentem, aut privatim extra judicium instigat procuratores causæ, vel cognatos læsi, ut petant fieri justitiam, etiam pœnam sanguinis justè infligendam lædenti. Ita contra *Bonacin.* & alios, cum aliis docet *Verricellus* apud Tamb. *cit. n.* 23. II. Qui privatus 80
ex simplicitate, vel etiam zelo justitiæ, juvaret carnificem in aliquo ad mortem infligendam, vel accelerandam, v. g. instrumenta, ligna apportare, rogum exstruere &c. III. Qui rogaret Judicem, vel 81
carnificem, ut aliquid applicet, quo citiùs reus moriatur ex misericordia, v. g. ut opponat pulverem sulphureum pectori rei vivi comburendi. Item qui dat ex simili motione consilium ad mortem breviorem capiendam, ne diutiùs reus angatur: & his similia. Idem ibidem *n.* 20. & 24. IV. Medicus, 82
vel chirurgus, si juxtà artem suam curet, vel membrum secet, ac proinde præter intentionem eveniat mors, tunc non erit irregularis: Quia irregularitas hæc lata est pro ministris justitiæ, non pro Medicis. Quòd si tamen culpabiliter ex incuriâ

vel negligentia crassa mortes causent, certum [illegible] fieri irregulares ex delicto homicidii, saltem in[illegible] recte voluntarii, de quo suo loco. Idem dicendu[illegible] de infirmariis, seu ministrantibus infirmis, si eos vertant de latera ad latus, transferant de lecto [illegible] lectum, erigant ad capiendum cibum &c. si [illegible] inde sequatur præter intentionem, & adhibitâ [illegible] bitâ cautelâ, non erunt irregulares: nam hi omn[illegible] non sunt ministri justitiæ. Sed de his plura, [illegible] de homicidio casuali. Plures casus particula[illegible] pulchros, sed rarissimos ex *Navarro*, *Diana*, [illegible] aliis congerit Tamb. *ibidem à n.* 28. quos vide[illegible] potes, nam exscribere prolixum foret.

SECTIO II.

De *Homicidio in Bello justo &c.*

SUMMARIUM.

83. *Bellum quid & quotuplex.*

84. Usque ad n. 88. *Bellum offensivum ex naturâ suâ l[illegible] tum est, si fiat* I. authoritate publica & legiti[illegible] II. Causâ justâ. III. Intentione rectâ; & IV. m[illegible] dô debitô.

88. Usque ad n. 91. *Authoritas publica & legitima in[illegible] cendi bellum penes quos resideat?*

91. *Qualiter, quomodo, & quando prohibitum sit Cler[illegible] propria manu pugnare?* Usque ad n. 96.

96. *Quando, & quæ sit causa justa indicendi bellum.* U[illegible] que ad n. 99.

99. *Quænam sit recta & justa intentio suscipiendi bellum.*

100. *Quid agendum, quando causa belli utrinque est pro[illegible] bilis, vel dubia?* Usque ad n. 103.

103. Us[illegible]

103. Vsque ad n. 107. *resolvitur pro & contra, an in bello dubio licitè militare possint extranei, & liberi?*
107. *In bello patenter injusto nullus militare potest.*
108. *Sicut etiam nulli Catholico militare licet sub Principe, vel Republica infideli, quando prævidetur indè secutura ruina, vel damnum grave Ecclesiæ &c.*
109. Debitus modus *exequendi bellum requirit*, I. prævium indictionem, *seu*
110. *Ut pars læsa petità priùs, & non nisi negatâ satisfactione bellum indicat, & inferat. Et*
111. *Si, conflictu etiam aliquo commisso, pars nocens satisfactionem offerat, à bello cessandum est.*
112. *Quæ in prosecutione belli à Duce, & militibus licitè fieri possint?*
114. II. *Requirit debitus modus* moderatam & justam pœnam nocentium; *ubi: quâ 1. quos liceat occidere 2.*
115. *Omnia ferro & igne vastare. 3.*
116. *Spoliare & 4.*
117. *Capere & in servitutem redigere?*
120. III. *Requirit* debitus modus *etiam* indemnitatem innocentium; *quæ quibus debeatur, seu quibus in bello parcendum, ut innocentibus?* Vsque ad n. 124.
124. *Quando & qualiter in bellando peccent Principes, vel Magistratus?*
125. *Quando & qualiter peccent belli Duces, & alii Belli Officiales?*
126. *Ad quid sub mortali obligentur milites?*

BEllum dicitur pugna multitudinis contra mul- 83
titudinem extraneam, quo differt 1. à seditione, quæ est pugna multitudinis contra multitudinem ejusdem Communitatis: & 2. â rixa, quæ est pugna paucorum contra paucos: & 3. à duello quod est pugna singularis unius contra unum. Duplex est bellum, *defensivum* & *offensivum*. Bel-

lum defensivum est, quo vis per injuriam illata repellitur. Et hoc semper cuivis quavis authorite, publica ac privata licitum esse, certum est om jure; imò ex visceribus ipsius juris naturalis, q licet vim vi repellere, & se, suâque tueri. Quo authoritatem tamen hoc discrimen est: quòd a thoritas publica in bello defensivo non teneatur moderamen inculpatæ tutelæ sistendo in sola d fensione, sed ulteriùs offensivè justè procedit vindictam injuriæ illatæ: secùs est de bellanti defensivè authoritate privata, ut mox infrà patebi Bellum offensivum est, quo vis infertur injuriæ v dicandæ gratiâ, res vastissimæ tractationis, quæ tùm tamen Confessario opus, vel utile est, sub c pendio sit.

ASSERTIO II.

84 BEllum offensivum ex natura sua licitum est, adsint debitæ conditiones; hæ potissimùm quatuor. *Authoritas publica, & legitima: Causa justa: Intentio recta; modus exequendi debitus*, scilicet *cum prævia indictione, moderata pœna innocentium, indemnitate innocentium.* Veritas h est omnium, saltem Catholicorum.

85 Et sumitur inprimis ex ipso jure, & lege natu rali, quæ exigit, non tantùm omnem injuriam justè illatam propulsare, dum infertur, sed etia vindicare, & amovere, postquam illata est; aeq impedire, ne inferatur deinceps, ad pacem, secu tatémque Reipublicæ tuendam, & conservandam finis enim omnis belli justi est pax, & securitas, tanquam bono communi maximo, meritò po

pon

ponendum est incommodum privatum cædis, & vastationis hostium. Desumitur 2. ex innumeris locis S. Scripturæ, quibus ipsius DEI jussu, consilio, & auxilio semper miraculosè bella offensiva gesta constat. Et latè, ac optimè probat D. August. *lib. 22. contra Faustum Manichæum c.* 74. inter alia dicens: *Adversùs violentiam resistentium sive Deo, sive aliquo legitimo imperio jubente, gerenda ipsa bella suscipiuntur à bonis, cùm in eo humanarum rerum ordine inveniuntur, ubi eos vel jubere tale aliquid, vel in talibus obedire justè ordo ipse constringit.* Demonstrat. autem 1. ex monitis Joannis Baptist. ad milites Lucæ 3. *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: & contenti estote stipendiis vestris.* Non autem dixit, ut notat S. August. suprà. *Arma abjicite, militiam istam deserite, neminem percutite vulneratè, prosternite: sed quia sciebat, eos cùm hæc militando facerent, non esse homicidas, sed ministros Legis, & non ultores injuriarum suarum, sed salutis publicæ defensores: Respondit eis, neminem concusseritis &c.* 2. Ex responsione CHRISTI Matth. 22. *Reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari &c. Ad hoc enim tributa præstantur, ut propter bella necessaria militi stipendium præbeatur.* 3. Ex laude à CHRISTO data Centurioni Matth. 28. *Cujus fidem laudavit, non illius militiæ desertionem imperavit.* 4. Addit exemplum alterius Centurionis *Actorum* 10. ob bona opera commendati nec jussi militiam deserere. *Hæc Augustinus.*

Damnandus ergò error est inprimis Manichæo- 86
rum, qui omne prorsus bellum illicitum esse di-

xerunt, *Teste D. Augustino loco cit.* Deinde *Jean Wiclephi, & Oecalampadii*, qui admiserunt bel justum in veter. Testamento: at in novo Te mento nullum bellum justum admiserunt, his fu damentis (1.) Isaias 2. Vaticinans de nova Ec sia, & Lege CHRISTI, ait: *Conflabunt gladios in vomeres, & lanceas suas in falces; Non leva gens contra gentem gladium, nec exercebuntur tra ad prælium,* (2.) Matth. 16. *Omnes, qui perint gladium, gladio peribunt.* (3.) Matth. præcipit CHRISTUS de non resistendo percut bus. Sed facilè

87 *Respondetur: ad primum:* Isaiam loqui de te pore adventûs Messiæ, quo fuit pax universalis diuturna in toto mundo, ita ut gentes ultra, id ad longum tempus, non exercerentur ad præl ut exponit D. Hietonymus *ibid.* *Ad secundum:* Prohiberi solùm occasionem, vel pugnam pro authoritate privata factam, quali Petrum vol percutere. *Ad tertium:* Ibi non esse præcep sed consilium perfectionis de non resistendo p cutienti &c. suppositâ ergo veritate Catholi conditiones belli justi breviter explicandæ sunt.

§. I.

Prima conditio: *Authoritas publica, legitima.*

881. AUthoritas publica, & legitima indicendi gerendi bellum offensivum, est penes sum mos tantum Principes, & Respublicas indep de

dentes, quæ superiorem in terris nullum agnoscunt, ut sunt Imperator, Reges, & Principes absoluti, Respublica Veneta Genuensis & modò Hollandica. *Omnes* cum D. Thoma 2. 2. q. 40, *art.* 1. Et docet D. August. *supra cit. c.* 75, relatus in Jure Canonico. 23. q. 1. Can. *Ordo ille naturalis mortalium pacì accomodatus hoc poscit, ut suscipiendi belli authoritas, atque consilium penes Principem sit &c.* Et ratio est: quia bellum offensivum est casus quidam extremus, & supremus justitiæ vindicativæ, ac proinde ad solum supremum Judicem ab alio independentem pertinere debet. Deinde oportet Magistratum, vel Rempublicam quamlibet ita comparatam esse, ut sibi sufficiat ad publicam pacem, & quietem conservandam; quod haberi nequit, nisi externorum injurias, & infestationes vindicare, ac bello prosequi liceat, idque propria authoritate, cùm superiorem Judicem, qui eis justitiam vindicativam administret, in politicis non agnoscant.

89 II. Alii ergo non supremi, sed dependentes Principes, & Reipublicæ, scilicet superiorem aliquem in temporalibus, seu politicis agnoscentes, ut Duces, Principes, & Civitates imperii, etsi habeant jus naturale gerendi bellum defensivum, ut scilicet durante necessitate, ac periculo, vim injustè illatam, ac invasorem iniquum bello repellere possint, non exspectatâ sententiâ Superioris, Imperatoris v. g. non tamen habent jus indicendi, vel inferendi bellum offensivum, sed cessante periculo, & necessitate ab altera parte, mox & ipsi cessare debent, & in-

juriæ vindicandæ judicium, sententiam, & exe-
tionem, vel executionis potestatem à supremo P-
cipe vel Magistratu petere, & exspectare: sive
inde injuria prætensa illata sit à subditis illius s-
mi Principis, sive ab externis: idque tam jure
no naturali, quo ad supremum Principem spe-
subditorum curam gerere, quàm humano civil-
Hostes ff. de captivis, & post liminio reversis. Et in
Hostes de verb. signif. prædones, atque latron-
apellantur, qui in Imperio, sine consensu Imp-
toris, & authoritate bellum offensivum suscip-
Interim rectè monet *Victoria*, cum Laym. lib.
tract. 3. *cap.* 12. *num.* 4. Si supremus Princeps
Magistratus negligat, vel non audeat injurias
tas vindicare; quod in tali casu necessiras licen-
tribuat subditis bellum inferendi hostibus eo-
pro meritis puniendi, ne improbitas impunita
jores animos faciat.

90 Porrò authoritate ejusmodi publica, & justa
causa declarato, & indicto bello, & ipse Prin-
bellaturus, sicut quosvis idoneos subditos ad
tiam cogere, & quosvis extraneos vel in subsi-
invocare, vel stipendio conducere jure potest;
econtra quivis extraneus, aut sponte sin bellum
auxilium venire, aut stipendium mereri, omnis
Laicus militare licitè potest. *Omnes.* Quia bel-
justum est bonum opus: licet autem cuilibet
operi cooperari, si aliunde non impediatur;
te vel proprii superioris justo imperio, vel leg-
qua, ut Clerici. Unde notanter dixi: *Omn-*
ber Laicus.

Cl-

Clerici bellantes.

III. Omnibus Clericis, jure saltem Ecclesiastico, 91
prohibitum est propria manu pugnare extra casum urgentis necessitatis. Constat ex Jure Canon. variis locis. *c. Clericum c. de his Clericis c. eos., qui 20. quæst. 3. cap. quicunque Clericus cap. Clerici. cap. Quicunque ex Clero. 23. q. 8.* per tot. Ratio est: quia tum indecens est, quòd ij, qui se spirituali militiæ tradiderunt, arma, vel negotia sæcularia tractent. Tum etiam, quia ordines Clericorum ordinantur ad ministerium Altaris, in quo repræsentatur Passio, & Mors Christi; quare non convenit Clericos alienum sanguinem fundere, quin potiùs paratos esse ad suum pro Christo sanguinem fundendum: quæ etiam est causa irregularitatis incurrendæ ex defectu lenitatis; quàm Laici pugnantes sine peccato; Clerici verò cum peccato contra Præceptum Ecclesiæ incurrunt, ut in fine annotabo.

Dixi autem notanter 1. *Jure saltem Ecclesiastico* 92
prohibitum: Jure enim divino non est eis prohibitum, juxta communem DD. & in veteri testamento constat *Exod. 32.* Ubi Levitæ laudantur à Moyse, quòd contra Idololatrias pugnârint. Etiam in novo Testamento Papa dispensare potest cum Clericis, eisque facultatem concedere manu propria pugnandi in bello justo; qua facultate concessa etiã omne irregularitatis incurrendæ periculum amovere præsumitur, teste Sylvestro, *verbo homicidium 3. q. 6.* alii communiter.

Dixi 2. *Propria manu pugnare*: nam *imprimis* 93

Cleri-

Clerici, etiam Regulares de consensu expresso, v
rationabiliter præsumpto Prælatorum suorum a
que peccato, & irregularitatis periculo, licitè be
intersunt, ut pugnantibus spirituali auxilio, vel co
silio adsint in bello justo. *Omnes* cum S. Thom
cit. ar. 2. Insuper licitum est eis milites hortari a
pugnandum fortiter pro Patriâ justitiâ, Religione
dummodo non dicant, *occide, macta*, ut monet N
var, *cap.* 27. *num.* 215. cum Molina *cit. disp.* 10
§. *his non obstantibus*. Quin imo etiam generatim
adhortari ad invadendum, occidendum hostes p
se, modò in particulari neminem occidi suadeat
docent *Henriquez*, *Anila*, & alii apud Laym. *c*
cap. 12. *num.* 19. §. *Quin imò*. Tandem Cleri
jurisdictionem temporalem habentes, ut Episcop
Germaniæ cum legitima authoritate possunt ho
bellum indicere, exercitum conscribere, Duc
belli præficere, arma ad pugnandum militibus d
stribuere &c. ut constat. *ex cap. Episcopus, ne C*
rici vel Monachi &c. in 6. Ipsi tamen actuali
Duces exercitus esse non possunt, sine Pontific
dispensatione, aut extra casum urgentis necessitat
c. sententiam, extra eod. tit. uti notabat *Abbas*
& alii.

94 Dixi 3. *Extra casum urgentis necessitatis*: n
omni enim bello necessario defensivo, & certis c
sibus necessariis, ipsum jus naturale permittit C
ricis etiam manu propria pugnare, quos casus en
merant Mol. *cit.* §. *sunt verò aliqui*, alii, & Lay
ex iis loco cit. 1. Si id necessarium sit ad defe
sionem propriæ vitæ. 2. Si necessarium sit ad d
fen

fensionem proximi innocentis, præsertim qui Reipublicæ valde utilis, aut necessarius sit 3. Si necessarium sit ad defensionem Patriæ, aut Civitatis contra injustos invasores. *Arg. cap. 2. de immunit. Eccles.* 4. Si necessarium sit ad consequendam justam victoriam, ex qua salus Ecclesiæ, vel Reipublicæ Christianæ multùm dependet, qualis tamen necessitas in bello offensivo rarò occurrit, cùm plerumque milites laici adhiberi possint. Neque in dictis casibus necessitatis Clerici bellantes, vel occidentes irregularitatem incurrunt, ut patet.

IV. Denique eâ prohibitione Ecclesiastica non bellandi comprehenduntur solùm Clerici in Sacris 95
seu in majoribus ordinibus constituti. Clerici autem in minoribus, si beneficium non habent residentiam postulans, & aliàs suo officio satisfaciunt, etiam extra necessitatem manu propria pugnantes, etsi irregularitatem ex defectu lenitatis incurrant; eos à peccato tamen, saltem mortali, meritò excusant cum aliis Laym. *cit. n.* 19. §. *Ex his quatuor*, & Diana *p. 6. tract. 4. resolut.* 33. Addentes tamen, si tales pugnando irregularitatem incurrant, tenere postea beneficium forte habitum resignare, aut dispensationem impetrare. Cæterùm in multis Germaniæ Diœcesibus consuetudo jam obtinuit, ut Clerici non Capitulares interim dimittantur quò quò lubet, etiam ad bellum, pro experimento virtutis.

§. II.

§. II.

Secunda Conditio. *Causa justa.*

96 CAusa justa belli offensivi indicendi, atque ferendi unica & universalis est, acceptaria, seu jus aliquod injustè ablatum, ut pulchrè cet D. Augustin. 22. super Josue q. 10. relat Dominus 23. q. 2. *Justa bella definiri solent, ulciscuntur injurias, si gens, vel civitas plect est, qua vel vindicare neglexerit, quod à suis probè factum est; vel reddere, quod per injur ablatum est &c.* Ratio est: quia cùm Princeps Respublica injurians superiorem non habeat cem, à quo ad injuriæ satisfactionem vel dam lati compensationem compellenda sit, ideò Princeps, vel Respublica, quæ, vel cujus sub injuriam passi sunt, naturali, ac gentium jure dicandæ injuriæ facultatem consequuntur. Q si verò non ipse Princeps, vel Respublica authoritate publica, sed ejus subditi, vel Vasall vata authoritate injuriam intulerunt, tunc Princeps, vel Respublica injuriam passa, alium Principem, vel Rempublicam admoneret netur, ut subditos suos puniat, atque ad damni compensationem compellat: quod si facere negli tunc contra ipsos quoque tanquam injuriæ cipes, æque ac contra subditos injuriantes, læsa bellum inferendi authoritatem, & justam sam habet, omnium consensu.

97 Cæterum in particulari causas justas belli rendi præcipuas accipe breviculo compendio, tem curiositatis gratiâ. Ut subditi, vel V

rebelles ad debitam obedientiam redigantur. II. Ut recuperetur Provincia, vel Civitas ablata Principi, vel Reipublicæ jure debita, quam recuperari bono communi multùm interfit. III. Ad vindicandam gravem contumeliam Principi, vel Reipublicæ illatam, exemplo David. 2. *Reg.* 10. IV. Ad ultionem sumendam, de Rege, Principe, gente, qui hosti injusto auxilium præbuêre 2. *Reg.* 8. V. Ad vindicandos eos, qui injustè prohibent, ne nocentes puniantur, exemplo Judicum 10. de bello Israelitarum contra Tribum Benjamin ob injuriam vindicandam, illatam uxori Levitæ. VI. Ad plectendos eos, qui cum Principe vel Republica initum fœdus violârunt non sine gravi illius damno injuriâ, vel dedecore, exemplo 4. *Reg.* VII. Ut impetrentur ea, quæ jure gentium permissa sunt, & per injuriam denegantur v. g. transitus sine mora, & impedimento per unam Regionem in aliam. *cap. ult.* 23. *q.* 2. Quo sensu Cæsar dixit: *arma tenenti omnia dat, qui justa negat*: quòd si tamen militi armato negatur transitus præcisè ob periculum damnorum, quæ semper timeri possunt, & non in præjudicium militis, non esse causam justam belli inferendi, docent DD. apud Dianam tract. 4. *resolut.* 5. *p.* 6. VII. Ut sociis auxilium, imò & confœderatis, justum feratur *Genes.* 14. Qua ratione Romanis imperium valdè amplificatum testatur victoriâ *cit. n.* 17. IX. Contra Hæreticos, aut subditos secum alios trahentes, ideoque dissensiones in Provincia excitantes, aut etiam extraneos, qui subditos alterius Principis ad eandem deflexionem

nem protrahere conantur: ut docet comm
DD. Imó hæreticis ob solam hæresin bellum
inferri, docet cum Reginaldo *Diana p. 6. tr.*
4. *resolut.* 19. X. Denique infidelibus, etsi ob
lam infidelitatem bellum inferri non possit, e
ex licentia Papæ, secundùm communem DD.
citè tamen infertur probabiliter 1. Ob ipsam
lolatriam, id permittente jure naturali, *Dian. tr.*
solut. 16. citans *Sylvestrum*, & alios decem. 2.
barbariem, ineptam politiam, tunc enim co
cedit ad eorum utilitatem. *Diana ibid. resolut.*
& 19. citans Lorcam. 3. Si apud eos sit usus
nium humanarum, immolatio innocentium,
similia, & si nullus auxilium implorarit, justè
bellari posse, docet idem ibid. *cum Molin.* &
tribus. 4. Si prædicatores Fidei nolint admitte
persequantur, transitum ad alias Regiones,
negent. *Iidem.* Sed hæc tantùm probabi
proponuntur.

98 Demum universaliter: oportet gravem, & m
momenti esse causam, vel injuriam, ob quam
blicum bellum instituere fas sit, in quo homin
& innocentum cædes fiunt, regiones vastantur,
ipsamet Respublica belligerans, periculum a
nam belli exitus incerti sunt. Quare Principes,
rumque Consiliarii sine justa, & gravi causa
lum decernentes, & gerentes mortali injuria
solùm alienam, sed etiam ptopriam Rempubli
afficiunt, quam & gravissimo periculo expon
& tributis, & exactionibus gravant.

§.

§. III.

Tertia conditio: *Recta intentio.*

REcta intentio bellum suscepturi debet esse 99
amor justitiæ, justæ indemnitatis, ac communis boni, pacis, & securitatis: non odium, aut vindictæ privatæ cupiditas, libido dominandi. Nam omnis belli justi finis, & terminus debet esse pax, & indemnitatis communis Reipublicæ, ut inter alios optimè docet Pet. Navar. *lib. 2. c. 3. n. 268.* Et ante omnes optime D. August. lib. 2. contra Faustum c. 72. inter alia dicens: *Patem debet habere voluntas, bellum necessitas; ut liberet Deus à necessitate, & conservet in pace. Esto ergò etiam bellando pacificus, ut eos, quos expugnas, ad pacis utilitatem vincendo perducas.* Ad rectam verò voluntatis intentionem belli ex parte intellectûs necessariò requiritur seria consultatio, & moraliter, saltem practicè certum judicium de justitia belli, tàm ex parte Principis illius bellantis, quàm militum ac sociorum. Nam ante talem consultationem ac judicium bellum aggredi nulla recta intentione formali cohonestari potest, sed mortalis temeritas, & injustitia est: quin etiam habita, & subsistente vera, & justa causa, nunquam licitum, sed mortaliter illicitum est bellum aggredi, si res aliter discuti & disponi potest: bellare enim necessitatis, non voluntatis debet esse, ait D. Augustin. *epist. 117.* Nimirum ob ingentia damna bellum concomitantia, & subsequentia. Sed hic difficilis, & maxime practica exurgit quæstio.

Quid agendum in causa belli utrinque probabili, vel dubia?

100 *Resolutio prima:* Quando ergò ex utraque parte sunt causæ, & rationes probabiles de justitia vel injuria: ut nimirum facta diligenti discussione una quidem pars arbitretur certò, & liquidò illam rem debitam esse, aut injuriam sibi illatam; altera autem pars contrarium sibi certò persuadeat, nempe scilicet juris adversario competere: tunc una pars necessariò errat: &, si error sit invincibilis, & neutra pars cedere velit, bellum ab utraque parte justè suscipietur. *Communis* DD. & praxis. Ratio est: Quia quilibet in praxi tutò sequitur opinionem sibi verè probabilem visam, ut suo loco dictum, præsertim cùm in his moralibus certitudo omnimoda difficulter haberi possit. Deinde etsi implicet bellum ex utraque parte inter bellantes esse justum simpliciter, per se scilicet, & materialiter quoad ipsam rem, & formaliter quoad opinionem, & conscientiam utrinque rectam; dicit enim utraque pars jus esse suum, altera dicit non esse, quæ simul vera esse simpliciter repugnat: potest tamen bellum ex utraque parte justum esse per accidens, & formaliter tantùm, nimirum quoad opiniones utrinque probabiles, & conscientiam saltem practicè veram, etsi ex altera parte speculativè necessariò erroneam, scilicet ex ignorantia, vel errore invincibili, & inculpabili putante esse jus suum: & item ex ignorantia vincibili, & culpabili, ut dictum suo loco.

Sed

Secunda: Quando, facta debita discussione, ma- 101
net dubium speculativum juris, vel facti, v. g. de jure, vel proprietate alicujus Provinciæ, tunc melior est conditio possidentis bona fide: quia dubium superveniens non nocet bonæ fidei possessori: neque is cogi potest ad restituendum quidquam, nisi manifestum fiat, fuisse alienum: illa ergo pars, quæ rem dubiam hactenus bona fide possedit, bello justè impeti non potest: & si impetatur, justè se defendere, imò alterius etiam bello offensivo injuriam illatam vindicare potest, ut rectè ex communi docet Laym. *lib.* 1. *tract.* 1. *cap.* 5. §. 4. Quamvis quidam moderni oppositum defendant, & in praxi fieri videamus. Quodsi possessor dubitet quidem, tamen inclinans probabiliùs, quòd res alieni juris sit; altera autem pars absque pravo affectu certò judicet, rem ad se pertinere, tunc is possessor in conscientia obligatur, quantùm sine graviori incommodo fieri potest, ut saltem in transactionem, vel bonorum virorum arbitrium consentiat: sin verò detractet, bello justè impeti potest. *Ita Molina, Becanus, alii cum Laym cit.* Intellige, si ille possessor Superiorem non agnoscat: nam si habeat Superiorem, adhuc nihil tenetur restituere, quosque à Judice compellatur, nec justè bello impeti potest, nisi per superiorem Judicem compelli non possit. Denique si neutra pars rem actu, vel non bona fide possideat; tunc una alteram, etiam bello cogere potest, vel ad transactionem per utriusque partis arbitros constituendo, vel saltem ad divisionem in partes, juxta proportionem dubii

juris majoris, vel minoris, quod cuique competere videtur. Vide *Mol. Laym. cit.* Excipe, nisi res dubia vacans sit sui juris, utpote Regnum; vel Provincia aliqua, tunc enim à neutra parte dubitante bellùm de jure ipsius, bello impeti potest sine injustitia, ut latiùs videre potes apud citt.

102 *Tertia*: Stante dubio practico de justitia, vel injustitia belli, nam scilicet hîc & nunc bellum suscipere liceat, nec ne, peccant mortaliter omnes, & bellum decernentes, indicentes omnesque cum militi dubio practico cooperantes, & militantes: quia se exponunt periculo gravissimorum peccatorum, & injustorum damnorum, ad quorum restitutionem etiam tenebuntur: nisi interim causam justam belli compererint, ac practicè se resolverint. *Omnes.* Verùm hic in praxi difficultas gravissima, qualiter eo casu in tali bello speculativè dubio militantes practicè se resolvere, atque ut licitè militare possint? hoc certum est apud omnes, subditos, non tantùm cives, sed etiam milites conscriptitios, qui jam ante tale bellum excitatum sub tali Principe militabant, practicè se resolvendo posse sententia Principis stare, & jussos bellare etiam debere, quantumvis speculativè dubii sint de jure, vel justitia belli, vel ignari, dummodo certò non constet, causam esse injustam. Communis DD. cum Mol. *disp.* 123. & Laym. *lib.* 2. *tract.* 3. *cap.* 12. Et docet etiam perspicuè D. August. *lib.* 22. contra Faustum c. 75. dicens: *Vir justus, si fortè sub Rege homine etiam sacrilego militet, rectè potest illo jubente bellare, si quod sibi jubetur, &*

non esse contra DEI præceptum certum est, vel utrum sit, certum non est: ita ut fortasse reum Regem faciat iniquitas imperandi; innocentem autem militem ostendat ordo serviendi. Ratio est; quia, ut dicit Glossa in cap. quid culpatis 23. q. 1. *in dubio quisque debet obedire Principi, vel Superiori*, Quia tunc possessio juris stat ex parte ipsorum. Qua ratione etiam carnifex mercede conductus ad justitiam ex officio exequendam, latam à Judice, sententiam justè exequitur, etsi de ejus justitia dubitet maximè: quandoquidem ad ipsum non spectet discutere.

Quarta: difficultas tota est de militibus liberis, 103
& extraneis. Etiam hos in tali bello dubio licitè militare posse, concedunt graves Doctores, *Suarez, Pet. Navar.* aliisque cit. Diana *p. 4. tract. 3. resolut.* 7. & Tamb. *lib.* 1. *Decal. c.* 3. *§.* 7. *verb. Bellum.* Fundamentum est; quia in dubio est melior conditio possidentis: atqui talis miles est in possessione suæ libertatis volendi liberè servire in militia cuivis, dum non constat bellum esse injustum: ergo in bello dubio speculativè liberè servire potest; deposito semper dubio practico. Addit *Petrus Navar.* Quia in dubio non debeo damnare talem Principem peccati mortalis; ergo bellantem sequi militando adjuvare possum. Sententia non improbabilis, & forte in praxi regulariter vera, ut mox iterum notabo.

Negat autem meritò communior sententia 104
DD. *Cajetanus Sylvest. Vasquez cum Sanch. Molina aliisque citt.* Laym. *lib.* 1. *tract.* 1. *c.* 5. *n.* 8.

Lugo disp. 18. *de Justit. sect.* 1. & probabiliorem censet ipsemet *Diana loco cit.* Fundamentum est, quia tales milites nulla cogente,& excusante necessitate obediendi, omninò voluntariè se exponunt periculo gravissimæ injuriæ inferendæ, adeoque mortaliter peccant. Quo patet disparitas à subditis: quia subditi justitiam belli à Principe suscepti examinare non tenentur, quamdiu probabilis ratio in contrarium non occurrit; sed eo ipso pro Principe præsumere possunt, & debent. At vero extranei, seu voluntarii milites inquirere debent de justitia belli, cui sponte se dare volunt, & sine inquisitione, saltem probabile judicium ferre de Principem, cui militaturi sunt, bellum justum gerere.

105 Nec obstat fundamentum oppositæ sententiæ; est enim melior conditio possidentis suam libertatem in dubio, Sed excipe: nisi obstet alia certa possessio; hic autem obstat certa possessio partis adversæ respectu vitæ, & bonorum suorum, quæ in dubio spoliari non potest. Denique sicut damnandum talem Principem peccati mortalis in casu requiritur judicium, & præsumptio probabilis aliqua injustitiæ,ita etiam ad licite juvandum illum bellando, requiritur judicium,& præsumptio aliqua justitiæ seu illum jus agendi habere: negatur ergo consequentia à pari. Atque hæc sententia omnino vera est, per se loquendo, & simpliciter.

106 Prior autem sententia etiam sæpè, & fortè regulariter vera est per accidens, & præsumptivè. Nam ut rectè monet Tannerus *tom. 3. disp. 2, dub.*

asser. 3. etsi causa belli speculativè dubia sit, interdum tamen præsumptionem esse probabilem, Principem cum Consiliariis suis, re diligenter examinata bona fide, & probabili ratione, ac opinione bellum movere: etsi præsumptio talis sit pro utraque parte bellantium, ut bona fide, & opinione practicè probabili ad bella procedant, non possunt damnari milites, si de justitia belli dubii, vel ignari pro libitu sive huic, sive illi parti pro stipendio militent. Illud autem apud omnes in confesso est, militem paratum quemcunque sequi ad bellum seu justum, seu injustum, dummodò stipendium solvatur, versari in statu pessimo peccati mortalis, ut nisi propositum mutet, à Confessario absolvi nequeat. *Ratio est evidens.*

Deinde nullos milites sive subditos, sive exter- 107
nos scienter, & voluntariè posse militare in bello patenter injusto, nimis certum est apud omnes: cùm non liceat cooperari in malo cognito, & manifesto. Interim tamen quamdiu ex bello sine gravi incommodo, & periculo recedere nequeunt; aut à Principe subditi in bello manifestè injusto coguntur bellare, excusantur quidem à culpa & præstare tenentur, quæ justè præstari possunt: ut vigilias servare, stationem tenere, fodere &c. abstinere autem debent, quantùm sine periculo æquali possunt, ab omni injusto damno ex injustitia belli proveniente, v. g. occisione, incendio, spoliatione, explodendo in aëra, ita nimirum, ut solam partem defensivam sui Principis teneant, non offensivam. Hic consulendo cauti sint Confessarii. Sed vide

supra dicta *c. 1. sect. 3.* de cooperatione ad malum & quæ rursus notabo *sect. seq. §. 1. in fin.*

108 Denique certum omnino est: sicut nulli catholico Regi, vel Principi licet auxilio esse infidelibus vel hæreticis; aut infideles, vel hæreticos sibi auxilium belli vocare, & conducere, ita nulli militi Catholico licet bellare sub infideli, vel hæretico Principe, aut Republica, si inde certò consequatur, & in futurum consecutura prævideatur, aut in communi ruina, vel grave damnum Ecclesiæ veræ fidei, & Religionis: aut in particulari, certo subsit grave periculum subversionis personæ in fide & moribus, aliorumque peccatorum. *Ratio autem ea est:* quia & omnis Princeps, & Magistratus catholicus tenetur, quantum potest, non cooperari directè, vel indirectè ad ruinam Ecclesiæ vel veræ Fidei, sed potius pro viribus impedire: neque enim sunt facienda mala tam gravia, ut eveniant bona inania, quæ sperantur; & nullus prudens potest se tantis, sanè gravissimis in tali bello occurrentibus, & nimis manifestis periculis sponte exponere. Nam teste Eccl. c. 3. *Qui amat periculum, peribit in illo.* Nec valet profana excusatio politicorum nostri temporis, quòd Princeps, vel miles catholicus non intendat ea pericula, damna & ruinam Ecclesiæ, vel veræ Fidei, morum &c. sed solùm per accidens sequantur ad suum intentum (v. g. propagandi imperium, amissa recuperandi &c.) ac proinde à statu politico non attendi debere, sed permitti posse. Quomodo enim intentio operis, & voluntas abstrahi potest ab eo, quo

intellectus prævidet certò, & infallibiliter eventurum ad tale opus? at sanè prævident ex sua cooperatione, vincentibus hæreticis, infallibiliter eventuram ruinam, & gravissima, heu! nimis nota damna Ecclesiæ; ergò cooperari non possunt ad talia bella, nisi è medio tollant omne voluntarium indirectum. Vide nostrum Marchant. *p.2. tract.6. tit. 3. q. 1. §. 3. dub. 4.* per totum.

§. IV.

Quarta Conditio: *Modus exequendi debitus.*

TRia requirit: *prævium indictionem; moderatam, & justam pœnam nocentium: ac indemnitatem possibilem innocentium.* Percurro singula breviter. 109

Prævia indictio, prosecutio.

PErspectâ etiam justâ causâ belli, eam pars læsa debet parti adversæ indicare, & proponere per nuntios, debitam satisfactionem, vel restitutionem petere, eáque præstitâ, pacem afferre: & non, nisi negata satisfactione, atque injuriâ confirmatâ, bellum indicere, & inferre, adeò ut bellum semper debeat esse ultimum remedium injuriæ vindicandæ, vel juris recuperandi, idque naturali, & gentium jure; cùm, ut ait *D. Augustinus supra*, bella debeant esse necessitatis, non voluntatis ob gravissima damna, quæ secum vehunt. Et ipse DEUS præcepit Deutr. 20. *Si quando accesseris ad expugnandam civitatem, offeres ei primùm pacem.* Et *Judic. 20.* Filii Israël miserunt ad filios Benjamin, 110

ut traderent viros, qui erant in Gabaa ad satisfaciendum injuriæ, priusquam bellum inferret. Nunquam ergo ullo casu potest inferri bellum a teri parti, si ea ante inchoatum bellum condignam satisfactionem offerat.

111 II. Etiam post inchoatum bellum, mutuam aggressionem, & conflictum, cum jam ceciderint aliqui ex parte justè bellantis, si adversaria pars noncens condignam satisfactionem offerat, & præstare possit, tenetur justè bellans admittere, & à bello cessare, etiam ex justitia: idque saltem fieri potest quando agitur de recuperatione juris, vel possessionis ablatæ, ut cum aliis notat Diana *p. 6. tract. resolut. 8.* At verò quando agitur de vindicanda injuria illata, ferè impossibile est offerri satisfactionem condignam: nam eo ipso, quo pars nocens justum bellum gerenti se injustè armis opponit, deberet totus exercitus ad necem tradi ad condignam satisfactionem, in quod nunquam consentient: ideò negant DD. plerique apud *Laym. Molin. Dian. cit.* bello actualiter cepto Principem posse pugnantem obligari ex justitia, ut oblatam satisfactionem acceptet, & bello abstineat: pacémque faciat. Ex Charitate tamen plerumque tenebitur acceptare oblatam satisfactionem, quam moraliter præstare possunt, & debent: ut nimirum injuste ablata restituant, æstimationem periculi, & injuriæ, ac expensas belli refundant, authores etiam injuriæ, ac specialiter morte dignos tradant &c. *juxta communem DD. apud cit.*

112 III. *Quoad prosecutionem belli*: Imprimis

thoritate Ducis belli, licet ei omnia facere, quæ ad debitum finem justi belli, utpote ad consequendam justam victoriam, recuperationem rei injustè ablatæ, ad vindicandam justè injuriam &c. necessaria, & utilia sunt; atque ex mandato, & expressa, vel tacita voluntate Principis, vel Ducis belli, omnes in tali bello justo bellantes licitè procedunt ad cædes, vastationes, spoliationes, &c. adversæ partis, *Omnes.* Cùm omnes milites sint, velut executores justæ sententiæ, & vindictæ à supremo Domino, vel Republica, vel Principe in hostes decretæ. Hinc omnis potestas, quam miles in hostes exercet, à supremo Duce per subordinatos belli ductores, in milites derivari debet: quâ datâ, licitè procedunt, & non datâ, vel prohibitâ, peccant damna hosti inferendo, atque ad restitutionem tenebuntur, si Princeps ideò prohibeat, quod hosti consultò parcere velit, ut bene notat Laym. *cit. n.* 9. Secus est, si belli Duces, vel Officiales majores prohibeant spoliationes militi gregario, non ut hosti parcatur, sed ut ipsi sibi spolia cumulent, ut modò moris est.

IV. Porrò ea omnia præstare in bello justo, non tantùm palàm, & aperto marte, sed etiam clam per insidias, & stratagemata dissimulando, vel occultando consilia sua, per se licitum, & laudabile est. Omnes cum S. Thoma 2. 2. *q.* 40. *a.* 3. & docet D. August. *lib.* 9. *in Josue q.* 10. *in c.* 8. ubi narratur stratagema Josuæ in insidiis contra civitatem Hai, dicens; *cùm justum quis bellum susceperit, utrum apertâ pugnâ, an insidiis vincat, nihil ad justitiam* 113

stitiam interest. Ratio est: cùm enim in bello ju… fas sit hostibus nocere in bonis vitæ, & fortunæ … etiam erit occultando ipsis consilia, efficere, ut de… pti nocumentum incurrant; dummodò abstin… per formale mendacium, & positiva simulat… falsitatis. Attamen ea mendacia, & simulation… falsæ, quæ passim in stratagematibus bellicis com… mittuntur, & commendantur, quatenus præ… applicantur ad justam invasionem hostis, etsi cu… pâ non careant (cùm omne mendacium sit intrin… secè malum) sunt tamen solùm mendacia offici… adeóque levia, & venialia. At verò in promissio… bus, & pactis initis cum hoste, aliquid falsum … mulare, dicere, vel facere, aliquid in animo gera… do, esset mendacium injuriosum, ac perniciosum … genere suo mortale, ideóque nunquam licitum. … latè docet Becanus, alii cum Laym. *lib. 2. tract. …* *c. 12. n. 13.*

Moderata, & justa pœna nocentium.

1141. IN particulari, in bello justo licet occidere ho… stiles exercitus, omnes milites conscripto… omnes, qui causa antecedens, concomitans, subs… quens sunt; idque in, vel extra conflictum. In ip… conflictu, vel impugnatione licet occidere omn… contrabellantes, vel in armis existentes, cujuscu… que conditionis, statûs, sexûs sint: etiam innocen… tes, & inermes, si aliter justa victoria obtineri n… queat; etiam post conflictum, & obtentâ victori… licet captos vel deditos nocentes, qui scilicet cu… pabiliter antea pugnando mortem meruerunt, om… nes interficere in rigore justitiæ, etiamsi ad dilec…

tione…

tionem se dedissent; nisi ante deditionem de salva vita pacti sint; tunc enim fides servanda, quantumvis nocentibus: æquitas tamen, & lex Charitatis clementiam postulat, ut multitudini parcatur, & captis, vel deditis saltem vita condonetur. Nullo autem modo tunc licet ampliùs occidere ullos innocentes; imò neque Clericos nocentes; cùm Princeps sæcularis non sit Judex Clericorum, adeóque nihil potest in eos extra actualem pugnam, ut cùm aliis docet Diana *p. 9. tract. 9. resolut. 9.* Imò neque obsides in bello datos, etiamsi hostes fidem non servent (nisi & ipsi aliàs nocentes sint) fas est occidere, ut contra *Fillucium* meliùs docent *Mol.* aliique cum Diana *p. 6. tract. 4. resolut. 20.* nam semper innocentes extra pugnam occidere simpliciter non licet.

II. Licet ferro, & igne vastare terras hostiles, op- 115
pida, agros, occupare hostium bona immobilia, bonisque suis spoliare quosvis nocentes, & etiam innocentes, cum sint pars Reipublicæ nocentis, de quo inferiùs; idque non solùm durante bello, cùm altera pars in injuria durat, sed etiam obtentâ victoriâ: servato tamen modo justitiæ vindicativæ, ut injuriæ quantitatem pœnæ non excedant; ut scilicet tantùm occupet, vel vastet justè bellans, quantùm requiritur ad recuperationem juris, & possessionis ablatæ ad retundendos sumptus belli, æstimatis etiam periculis, laboribus &c. Et insuper aliquid proportionatum pro pœna, vel vindicta injuriæ, quæ omnia simul eousque interdum excrescere possunt, ut si bellum justè, & licitè ceptum

hosti-

hostibus resistentibus, & satisfacere recusantibus diu continuetur, quamvis non adeò gravi injuria cæperit, liceat totam hostium Provinciam vastare vel occupare. Adeóque, si Galli v. g. jussu Regis sui unum pagum in Hispania incendissent, & satisfacere recusarent, non ideò liceret Hispanis totam Galliam occupare, vel vastare, sed quatenus æstimatis prædictis justitia, & æquitas permittit. *Victoria* alii cum Laym *cit. n.* 9. *in fine.*

116 III. Licet non tantùm nocentes repertos bonis suis propriis spoliare, sed etiam quandoque bona mobilibus, quæ ipsi ab aliis, etiam amicis abstulerunt: hæc enim jure cæsareo capientium fiunt, si tamen jam sint ad loca tuta deportata, vel per viginti quatuor horas (moderna praxi vix sex horas) possessa. Insuper si culpæ, & injuriæ quantitas exigit, licet totam urbem deprædandam militi tradere: communis doctrina, & praxis. Victoria *de jure belli, n.* 92. Molin. *disp.* 121. Laym. *cit. num.* 1. Diana *ibid. Resolut.* 27. Qui rectè addunt, gravissimè obligari tunc belli Ducem impedire gravissima scelera, & mala cum tali direptione plerumque conjuncta, utpote cædem, & tormenta innocentium; Virginum, & Matronarum stupraciones, templorum spoliationes &c. & cùm ordinariè talia vix prohiberi possint, peccare graviter Duces, saltem per accidens ejusmodi direptiones absque justa causa permittentes: justæ autem causæ esse possunt, enormis nimis injuria, maximè rebellionis pertinacia nimia hostium sic penitùs frangenda, & militum fractos diuturno bello animos excitandos

IV. L

IV. Licet jure gentium captivos etiam in servi- 117
tutem redigere, & etiamnum valet apud infideles: apud Christianos tamen respectu Christianorum diuturna consuetudine, vim legis obtinente, jus illud exolevit, ut bello capti non fiant servi, vel mancipia, sed pretio redimantur, vel si ita meriti, occidantur.

Cæterùm captivi in bello etiam justo ex parte 118
capientium, si scandalum, & specialis permanendi promissio absit, licitè possunt fugere ad suos; uti contra D. Antoninum, Navar. Molin. & alios docet comunior sententia DD. apud Laym. *cit.* Diana *p. 6. tract. 4. resolut. 14.* Nam jure gentium introductum videtur, ut capti justè ab hostibus, si fugiendo ad suos pervenerint, libertatem consequantur: hoc est, jus Postliminii. *L. in bello ff. de captivis.*

Nec obstat, quòd tales fugitivi ex fuga, prius- 119
quam ad suos perveniant, retracti puniri soleant; nam etiam damnati ad mortem fugientes, & deprehensi graviter puniuntur: licèt secundùm probabilissimam DD. sententiam, nihil peccârint, uti dicemus *cap. seq.* At verò capti in bello injusto ex parte capientium v. g. apud Turcas, Hæreticos, non tantùm licitè fugere possunt, secluſa speciali permanendi promissione juramento firmata; sed etiam in compensationem injuriæ, damni, & vexationis illatæ, aut in mercedem servitiorum plerumq; durissimorum præstitorum, ex illorum bonis, quantum æquitas compensationis postulat, & permittit, propria authoritate auferre possunt *Molina*

cum Laym. cit. Quia cùm nemo debitam justitiæ administraturus adest, potest quilibet per se ipsum clam, vel palàm accipere, quæ sibi jure, & liqu... debentur.

Indemnitas Innocentium.

120 TAles censentur jure naturali quidem infan... etiam infidelium, Turcarum, hæreticor... &c. impuberes ad bella inepti, fœminæ, rustici, ... simplices plebei ad bellum, vel belli causas nihil ... operantes, peregrini, mercatores, extranei; jure ... mano positivo utroque, Ecclesiastici, Clerici, Re... giosi, *c. Innovamus de pace.* Tales omnes sec... dùm juris præsumptionem censentur innocen... donec contrarium de illis ostendatur, vel noce... esse constet. Et hinc

121 II. Innocentes per se, ac ex intentione occid... in bello nunquam licitum est, id prohibente ... jure naturali, quo potestas gladii tradita est M... stratui adversùs eos, qui malè agunt, non contra ... nocentes; per accidens tamen, communi bono ... urgente, quandoque licitum fieri potest, ut &... *præced.* §. 4. *sub fine* exemplificatum habes.

122 III. Etiam innocentes, qui non sunt pars R... publicæ hostilis nocentis, quales sunt peregri... Clerici, Religiosi, per se bonis suis spoliare n... quam licet, sed solùm per accidens, si nimirùm ... ratione hujus justi belli, scilicet victoria, & pax ob... neri non possit. Qua ratione fas est talibus in... centibus auferre naves, arma, comeatum, pe... nias, equos, devastare agros, si probabilis timor ... quòd injusti hostes iis ad resistendum usuri sint...

Trans...

Transacto tamen bello, nisi ea bona fide per ipsum usum justi belli absumpta sint, omni jure ablata illa restitui debent innocentibus istis, scilicet Ecclesiasticis, peregrinisque. Jura sunt certissima, sed praxis inaudita. Innocentes autem, qui & quatenus sunt partes Reipublicæ hostiles nocentis, contra quam justum bellum geritur, etiam per se spoliare bonis suis nunquam restituendis fas est, cùm enim tota Respublica delinquit, utpote major, vel potior pars, quæ alioquin ad decernendum aliquid Communitati sufficeret, fas erit per se, atque ex intentione omnia ejus membra punire in bonis fortunæ, v. g. bonorum spoliatione, imposito generaliter tributo, ac ductis in captivitatem etiam mulieribus, infantibus &c. Idque maximè, si delictum valdè enorme sit, ut proditio, rebellio, defectio à Fide, propter ejusmodi delicta à parentibus commissa, cùm etiam filii puniri soleant, multò magis puniri poterunt similis nocentis Commuoitatis membra etiam innocentia, bonorum, vel libertatis spoliatione. Insuper quòd si solus ipse princeps aliquid delinquit, vel injuriam intulit, adhuc justè contra illum bellans, licitè, & sine peccato ejus scienter innocentes subditos affligit, spoliatione bonorum, vastatione agrorum &c. quantùm opus est ad justam victoriã, & vindictam obtinendam: quia scilicet tali modo vires partis adversæ diminuendæ sunt, aut quia alio modo justa vindicta sumi, & debita satisfactio obtineri non potest à Principe nocente, in cujus odium affliguntur subditi. Attamen in tali casu Princeps ille nocens, qui causam damni inferendi subditis

dedit, ipsis ad omnium compensationem in co
scientia obligatur omni jure. Sed quando præstab

123 IV. Belli quædam species sunt represſalia, q
bus Princeps, vel Respublica militibus, vel subdi
suis damnum injustum passis potestatem facit
vadendi terram nocentium, & vastandi, vel occ
pandi bona eorum, etiam innocentium, donec
sta compensatio fiat. Et licita sunt hæc repress
iisdem conditionibus, sicut ipsum bellum: 1.
nimirum fiant authoritate publica Principis,
Reipublicæ, cujus subditi damnum passi su
2. Ut certo constet incolas alterius Provinciæ
le damnum intulisse. 3. Ut alter Princeps,
Respublica de hoc moniti satisfacere culpabilite
recusent, vel negligant. 4. Ut non inferatur
damni, quàm requiratur ad justam satisfaction
Ita Communis DD. & singulariter Victoria *de*
belli n. 41. dicens: si Galli fecerunt prædas in
Hispanorum, & Rex Francorum nolit eos cog
ad restitutionem, cùm possit, possunt Hispani
thoritate principis spoli are Mercatores Gallos,
agricolas, quantumcunque innocentes, quia
fortè à principio Respublica, aut Princeps, Ga
rum non fuerit in culpa; jam est in culpa, quia
gligit vindicare Denique ne represſalia fiant in p
sonas Ecclesiasticas, & bona eorum, gravissi
prohibitum est sub pœna excommunicationis
jure latæ in singulas personas, & interdicti in tot
Communitatem id attentantem; nisi talem lice
tiam intra mensem à die concessionis revocet
injuriis in 6. Hæc summo compendio insinu
fu

sufficiat, si curiosus es, latè videre potes *apud Molin. Victoriam, Lessium*, & alios passim.

COROLLARIUM.

Et reductio omnium peccatorum belligerantium contra justitiam, & speciatim Quintum præceptum.

I. Principes.

PEccant mortaliter, 1. Principes, vel Magistra- 124
tus Superiorem agnoscentes absque legitima authoritate Superioris, etsi alioquin justa subsistente causa, atque etiam princeps supremus, & Magistratus superiorem non agnoscens, & absque justa causa bellum decernendo, indicendo, inferendo, omnésque Consiliarii inducentes, omnes socii adjuvantes, omnésque sub eo scienter, & voluntariè militantes, atqui obligantur ad restitutionem omnium damnorum tam propriæ, quàm alienæ Reipublicæ subditis illatorum. Constat ex dictis §. 1. II. Omnes Principes modum debitum exequendi bellum notabiliter excedentes, sive in punitione nocentium, sive in damnificatione innocentium, peccant mortaliter, & ad restitutionem tenentur, ex dictis §. 4. III. Mortaliter, & gravissimè peccant, si justa stipendia militibus non provideant culpabiliter; unde ii ad injustas rapinas, aliáve damna innocentibus inferenda inducuntur, imò compelluntur, ad quorum omnium damnorum restitutionem ipsi Principes, vel belli Duces obligantur in conscientia, *secundùm omnes*. At verò necessitate com-

compulsus ad bellum defensivum contra incurs
hostium maximè infidelium, aliquando excusabi
Princeps vel Dux belli, si sumptibus omni stud
quæsitis non sufficientibus, stipendia tardiùs, a
tenuiùs præbeantur: quo casu tam ipsos milit
quam incolas Provinciæ boni communis causâ
qua incommoda tolerare necesse est. Uti cum
notat Laym. *cit. c.* 12. *n.* 18. Diana *cit. resol.*
IV. Peccant mortaliter, si disciplinam militarem
vare intermittant, milites ab injustis incensioni
rapinis, prædis, stupris &c. propositis, inflictis
pœnis non coërceant: & inde obligationem rest
tionis contrahunt, cùm ex justitia obligati sint
ejusmodi damna impedienda, quatenus tamen p
sunt: contingere enim potest, ut princeps, vel
Dux disciplinam militarem servare, etsi max
cupiat, non tamen possit: quia nimirum milites
fectionem ad hostem, vel desertionem neces
belli apertè cogitant, si supplicii severitate à pr
omnino prohibeantur: tunc enim ejusmodi mi
ra mala permitti posse, & ab incolis æquanim
ferri debere, ut graviora mala evitentur, rectè
net. *Laym. ibid.*

II. Duces subordinati, & alii Officiales bel

125 PEccant mortaliter 1. Si nulla cogente nec
tate, milites temerè exponant certæ inte
cioni: aut in locis paluſtribus, vel insalubri
castra metentur cum periculo morbi, vel conta
nis. II. Si pecunias accipientes pro militibus,
tem notabilem partem sibi arrogent; aut accip

tes pecunias pro majori militum numero, eum tamen non compleant, cum ingenti sæpe Reipublicæ damno; aut dimissis veteranis exercitatis, in eorum locum novos inexpertos pro minori stipendio substituant: aut omnino subtracto, vel minori stipendio permittant milites à rusticis, aliisque innocentibus, quæ sibi necessaria sunt, extorquere, unde occasio etiam non necessariarum spoliationum, prædationum, vexationum. III. Si comeatum, vel victualia debitè non administrent, aut negligendo curam victualium advehendorum, & hujusmodi; aut præbendo inminori quantitate, quàm necesse, vel præscriptum sit; aut minori pretio, quàm scribatur, aut victualia corrupta ministrando, unde morbi, vel alia pericula, sive ejusmodi faciant ex negligentia, sive potiùs avaritiâ inde procurando lucrum suum. IV. Si, dum per Provinciam exercitum ducunt, à pagis, Civitatibus pecuniam accipiunt ad redimendas guardias, ut scilicet non ad ipsos, sed ad alios plùs æquo gravando, divertatur: similiter si à privatis dominis, vel domibus pecunias accipiant, ne eò milites imponant, unde alii incolæ plùs graventur, necesse est; aut econtra uni militi plura dant chirographa ad diversas domos. Vide Mol. *tom.* 1. *tr.* 2. *disputat.* 117. *Pet.* Navar. *lib.* 2. *c.* 3. *n.* 285. Diana *p.* 6. *tract.* 4. *Resolut.* 28. Verè hic nostro tempore est universitas iniquitatis, atque in conscientia verissima obligatio restitutionis omnium damnorum inde tam ipsis militibus, quàm incolis provenientium. Væ illis, & in æternum væ!

III. Milites gregarii.

126 OMnes milites ſtipendium merentes ex offic
ſuo & juſtitia ſub mortali obligantur: I. D
Ducibus, & Præfectis ſuis in omnibus licitis ad a
miniſtrationem belli ſpectantibus obediant. II. U
in pugna conſiſtant, nec, niſi palàm deſperatâ v
ctoriâ, fugiant, aliíſque timorem incutiant. *L. m
ne delictum ff. de re militari*, ſtationem ſerve
arcem ſibi commiſſam defendant, etiam cum pe
culo certo vitæ, quamdiu ſpes defendendi ſupe
eſt: alioquin capite plectendi, *L. 2. ff. ad L. Juli
Majeſt.* III. Ut ſine Ducis conſenſu, vel licen
exercitum non deſerant: Quia tali pacto à b
Duce conducti cenſentur milites, ut illi quid
liberum ſit cùm voluerit, eos ſoluto ſtipendio v
mittere: iis verò liberum non ſit, cùm voluer
diſcedere: niſi negato injuſtè ſtipendio, ut grav
neceſſitatem pati cogerentur, tunc enim in
conſcientiæ à peccato excuſantur ejusmodi fug
vi; at in foro externo puniuntur, & pro tali de
capite plectuntur; ut decernitur in jure *L. cit. ff
ff. de re milit.* IV. Milites ſtipendiis ſuis cont
eſſe debent juxta præceptum *Joann. Baptiſtæ, D
ca* 3. Ideóque homines innocentes in terris
hoſtilibus ſpoliationibûs, vel indebitîs exactio
bûs non gravent. Et licèt etiam in ſolutione
pendii injuſtam diminutionem, vel dilationem
tiantur, non ideo licebit incolas innocentes bo
ſuis ſpoliare: Quia bona aliena non ſunt oppig
rata militibus pro ſtipendio, ait Cajetanus V. *B
lum propè finem.* Neque eos excuſat authoritas
diſſim

dissimulatio Ducis, nisi id fiat, aut necessitate urgente ad necessarium victum, & vestitum, quæ deficiente stipendio, etiam ab innocentibus milites licitè auferunt cùm alimenta sint juris naturalis, intra tamen exigentiam necessitatis (quo casu Princeps, vel belli Dux, si injusta detentione stipendiorum in causa fuit damnorum innocentium, in conscientia obligatur ad compensationem, quatenus moraliter potest, alioquin excusabit impotentia:) *aut* in pœnam justè infligendam nocentibus, juxta supra dicta; *aut* consuetudine ita obtinente, ut hospites militibus tectum, lectum, paleas &c. præbeant; tunc enim per accidens, & quasi fortuitò evenit, ut una pars Provinciæ præ alia gravetur. Plura vide apud *cit.*

Hæc summo compendio de bello, omnia omni jure verissima, at defacto moderno tempore omnia perversissima, ut meritò modernus aliquis Doctor moderna bella appellet mera latrocinia.

SUBSECTIO.

DE

Irregularitate ex bello justo & injusto.

SUMMARIUM.

128. *Irregularitatem non incurrunt militantes & occidentes in bello injusto* defensivo tantum.

129. *In bello verò justo* offensivo *eam incurrunt omnes propria manu pugnantes, occidentes, mutilantes, vel quomodolibet* directè & proximè *ad occisionem hominis cooperantes.*

130. *In bello autem injusto incurrunt omnes quomodolibet cooperantes, secuta occisione, vel mutilatione, etiam unius tantùm hominis, licèt ipsimet nullum occi-*

dant, vel mutilent; cujusmodi etiam sunt conducentes milites, custodientes sarcinas, afferentes commeatum, &c.

151. *Clerici verò in omni bello, etiam justo, sanguinem fundentes irregularitatem incurrunt ex defectu limitatis.*

RESOLUTIO.

127 *IRregularitatem non incurrunt militantes, & occidentes in bello defensivo tantùm: incurrunt autem solùm propria manu pugnantes, & sanguinem fundentes in bello justo offensivo, & omnes militantes, & quomodolibet cooperantes, etiam propria manu non occidentes in bello injusto, in quo fiunt homicidia.* Communissima DD. ut patebit de singulis.

128 I. Non incurrunt militantes, & occidentes in bello justo defensivo tantùm. *Omnes.* Ratio est: Quia justa defensio est de jure naturæ: cui lex positiva Ecclesiæ inducta irregularitate præjudicare non debet, nec potest. Deinde si in rixa vel pugna privata ad defensionem vitæ propriæ, vel proximi innocentis, aut bonorum temporalium &c. impunè, & sine nota irregularitatis occiditur injustus invasor, ut mox videbimus, quantò magis in bello justo defensivo publico ad defensionem patriæ Reipublicæ ac boni communis; cùm defensio patriæ præferenda sit ad conservationem propriæ vitæ? idque etiam in Clerico locum habere, modicam. Intelligendum tamen semper: Dummodo bellantes *in bello justo defensivo* non excedant limites necessariæ defensionis, seu moderamen inc-

patæ tutelæ: alioquin si excedant, & etiam justè ad vindictam procedant, jam eatenus evadet bellum offensivum, ideoque propria manu occidentes, jam erunt irregulares ex defectu lenitatis: si excedant injustè occidendo, vel mutilando aliquem, jam erunt irregulares ex delicto.

II. In bello justo *offensivo solùm* incurrunt irre- 129
gularitatem propria manu pugnantes, occidentes, vel mutilantes, ut directè, vel proximè ad occisionem hominis cooperantes, utpote jubendo hunc mactari, arma ad actualem cædem præbendo, tormenta onerando, pulveres supponendo, etiam ab alio postea incendendos &c. idque ex defectu lenitatis. *Omnes:* Ratio est: quia tunc occidunt, ut ministri publica authoritate exercentes justam vindictam contra hostes; at verò si propriis manibus neminem occidant, vel mutilent, non fiunt irregulares, etsi ad aliorum occisiones indirectè, vel generaliter cooperentur, aut ipsi vulnerant tantum. Communissima cum Navarro *cap. 27. num. 215.* Sylvest. *V. bellum 3. q. 3.* Suarez, Filliucius *Tractatione 19. cap. 10. num. 269.* Laymcit. Ratio est: quia sacri Canones non conjunxerunt irregularitatem ex defectu lenitatis militibus, nisi illis, qui propria manu occidunt, vel vindictam formationis per se exequuntur; ut constat *ex cap. petitio tua, de homicid.* Ubi solùm is, qui in simili pugna alium occidit, jubetur abstinere ab usu ordinum sacrorum. Et debet hoc censeri speciale juris privilegium ideò concessum, ne homines ob metum irregularitatis à juste bellando

absterreantur, ut notat *Molina apud Laym.* ci
Qui autem dubitat, an in tali bello occiderit, v
ex inflicto à se vulnere hostis mortuus fuerit, n
debeat censeri irregularis, videbimus *cap. seq. cir*
ca finem.

130 III. Irregularitatem incurrunt omnes bellantes
vel quomodolibet cooperantes in bello injusto, s
cuta occisione, vel mutilatione, etiam unius tan
tùm hominis, licèt ipsimet nullum occidant, v
mutilent, cujusmodi etiam sunt conducentes mi
lites, custodientes sarcinas, afferentes comeatu
&c. omnes enim juvant ad occisiones, etsi ipsi a
ma non tractent. Constat *ex cap. sicut dignum* §. ad
de homicidio. Docetque communis DD. Navar
cap. 27. num. 216. & 234. Sylvest. cit. Suarez
Disp. 47. Sect. 5. num. 1. Filliucius *cit. num. 26*
Ratio est: quia cum plures conjuncto consilio
vel auxilio concurrunt ad aliquod homicidium, v
aliud delictum, censentur omnes una causa mora
lis totalis, ut notant DD. in *cap. significâsti de ho*
micid. adeoque hæc irregularitas contracta in bell
injusto est ex delicto homicidii, seu ex injusta de
formatione, & non ex defectu lenitatis, quali
contrahitur in bello justo. Non ergo erunt irre
gulares militantes in bello etiam injusto, si nulli
sequatur occisio, vel mutilatio. Addunt *Coninch. &*
Diana, etsi sequatur una, vel altera occisio, si ta
men bellantes essent nimis multi, v. g. suprà cen
tum millia, tunc non viderentur omnes coopera
ad occisionem. Sed tutum non videtur mihi, qua
singulare est. Attamen Clerici hoc ipso, quod
sum

sumpserint arma & bellum injustum, incurrunt suspensionem à Judice ferendam, *ex cap. Clerici* 23. q. 8. Suarez. *cit. num.* 4. *&* 5. & Filliucius *cit. num.* 264.

IV. Clerici denique in omni bello, etiam justo sanguinem fundentes, irregularitatem incurrunt 131
ex defectu lenitatis: quia tunc & ipsi occidunt, ut ministri justitiæ, seu ut ministri Principis dantis validè omnibus pugnare volentibus authoritatem, ut justè occidant; esto Clericus peccet acceptando talem authoritatem, pugnando, occidendo, contra SS. Canones, peccato inobedientiæ tantum, non verò etiam injustitiæ: ideoque non ex delicto (ut quidam volunt apud Tamb. *lib.* 10. *de cens. & irregul. Tract.* 4. *c.* 15. §. 14. *num.* 7.) sed ex defectu lenitatis tantùm irregulares erunt.

At verò non incurrunt irregularitatem ullam: 132
I. Si solùm militantibus auxilio speciali adsint, etiamsi hortentur ad fortiter pugnandum, ut initio notatum est: imo etiamsi bellandi animo arma sumant, percutiant, dummodò neminem occidant, vel mutilent. *Navar.* Filiucius *cit. num.* 276. II. Quando justa necessitate bellare coguntur, utpote ad necessariam defensionem propriæ vitæ, vel proximi innocentis, & maximè patriæ, & civitatis; aut ad consequendam justam victoriam, à qua Ecclesiæ, vel Reipublicæ salus multùm dependet. III. Quando militant ex licentia summi Pontificis, qui ipsâ licentiâ militandi datâ; censetur amovere periculum irregularitatis, ut etiam initio *ex Molina*, *Laym. cit. num.* 19. &

Diana:

Diana: notatum est. IV. Quòd verò in jure c*Petitio de homicidio*, judicetur Clericus irregular si in bello contra hostes Fidei Christianæ alique occidat, intelligi debet *communiter & extra gentem necessitatem*: cum communiter nec neces nec decens sit, Clericos in publico bello, etiam d fensivo, pugnare, cum communiter per alios, lai nimirum, vis repelli possit. Secùs dicendum, si c to casu sit inevitabilis necessitas, quia scilicet ec clesia, vel Patria aliter ab iniquis invasoribus lib rari nequit, ut cum Abb. & Sylvest. notat Lay *ibid.* Unde Lugo *lib.* 2. *respons. Moral. dubit.* censet irregularem fuisse illum Parochum, q verbis, ærisque campanæ pulsato signo, incitab suos Parochianos, ut se egregiè defenderent ab i cursione hostium, qui oppidum devastare aggred bantur, ex quibus Parochiani multos occiderun Sed certè æquè, vel magis probabiliter negat Le zana *cons.* 23. apud Tamb. *cit.* §. 15. *num.* 5. Tu quia ad defensionem innocentis Patriæ pugnatum fuit. Tum, quia Parochus neminem propria m nu occidit.

SECTIO III.

De *Homicidio per defensionem inculpatæ tutelæ.*

SUMMARIUM.

133. *Defendere se cum moderamine inculpatæ tutelæ, seu t defensio quid; & quæ ejus conditiones, ut talis s*

134. V

134. Usque ad n. 137. *Actualem aggressorem injustum vitæ propriæ.*

137. Usque ad n. 142. *Quemcunque etiam proprium parentem, filium, consanguineum, superiorem, Dominum, Principem, personam publicam, quamcunque etiam in mortali existentem, vel furiosum, amentem, ebrium &c.*

142. *Quicunque licitè occidere potest.*

144. *Imo per se, & cæteris paribus, tenetur.*

145. *Opposita tamen sententia est valdè probabilis.*

146. *Præsertim si interveniat notabilis inæqualitas*

147. *Quid sit, aut quando quis dicatur servare moderamen inculpatæ tutelæ?*

150. *Actualem insidiatorem* certò & proximè *occisurum fas est occidendo prævenire.*

151. *Non verò minitantem solùm.*

152. *Eum, qui actu quidem, non tamen ita* proximè *sed* remotè *tantum adhuc parat occidere.* 153. *Non licèt præveniendo occidere.*

154. Usque ad n. 159 *An, quando, & pro quibus bonis temporalibus conservandis liceat occidere furem, raptorem &c. Item.*

159. Usque ad n. 165. *An etiam aliquando ob proprium honorem, vel famam conservandam, liceat occidere injustum, & contumeliosum aggressorem?*

165. *Ad pudicitiam propriam alio modo non conservandam, licet occidere violentum aggressorem.*

166. *Non tamen est obligatio, sed seclusò fortiter consensu, vim patiens, merè passivè se habendo, ex Charitate occisionem omittere potest.*

167. *Jubenis, puella, virgo, vel Matrona honesta tactus impudicos laudabilissimè verbis & verberibus repellit, &c.*

169. Usque ad n. 175. *An, & quando liceat occidere, vel mutilare, ad conservandam vitam, bona, vel pudicitiam proximi, ei succurrendo?*

DEfensio inculpatæ tutelæ, seu cum moderamine inculpatæ tutelæ dicitur, quâ vis injustè 138

ſtè illata vi repellitur, quantum neceſſitas poſtula
ut quis vim illatam aliter avertere, quàm vim
fetendo, etiam occidendo, moraliter non poſſe ce
ſeatur, conſideratis circumſtantiis loci, tempor
perſonarum, quod quidem in particulari boni v
arbitrio dijudicandum relinqui debere, *ex Abbat*
& aliis rectè monet *Laym. infra cit.* Generali
autem tres requiruntur conditiones. I. Ut ſit ver
aggreſſio per violentiam, ſive aperta vi, ſive occul
tâ per inſidias intentatâ; Jus enim naturale conc
dit tantùm, ut vis vi repellatur. II. Ut ſit vera
neceſſaria defenſio, facta ſcilicet in ipſo actu aggr
ſionis, aut cùm certum eſt alterum eſſe aggre
rum: non item ante aggreſſionem, vel ceſſante
omninò aggreſſione. III. Ut defenſio non exc
dat modum neceſſitatis, aut regulas prudentiæ;
enim aggreſſus poſſit fugere, clamare cum ſpe
xilii, aut tantùm verberando, vel vulnerando ſe libe
rare, non licebit occidere: quia tunc non erit inc
pata tutela, cùm id non ſit neceſſarium ad ſe defe
dendum; ut ex communi docet *Filliucius.*

Ante omnia fatendum eſt in hac re ſingulare
eſſe D. Auguſtinum Epiſt. ad Publicolam 154. *
occidendis (inquit) *hominibus, ne quis ab eis occ
datur, non mihi placet conſilium, niſi forte ſit mil
aut publica functione teneatur, ut non pro ſe
faciat, ſed pro aliis, vel pro civitate, ubi etiam
eſt, accepta legitima poteſtate, ſi ejus congruat p
ſone.* Et lib. 1. de libero arbitrio *c.* 5. *Non ergo
juſta eſt* (inquit) *quæ dat poteſtatem vel viatori
latronem, ne ab eo ipſe occidatur, occidat, vel quis
a*

am viro, vel famina, ut violenter ſtupratorem ſibi irruentem ante illatum ſtuprum, ſi poſſit, interimat. Infra *Quapropter legem quidem non reprehendo, qua tales permittit interfici, ſed quo pacto iſtos defendam, qui interficiunt, non invenio.* Rurſum *Quomodo enim apud DEUM ſunt iſti à peccato liberi, qui pro iis rebus, quas contemni oportet, humana cede polluti ſunt?* Hæc & plura ibi. Sed reſpondendum: aut opinionem D. Aguſt. conſilium tantùm continere, non præceptum, aut rationi naturali, majoríque authoritati poſtponendam eſſe. Sit ergo

ASSERTIO III.

Actualem aggreſſorem injuſtum vitæ propriæ 134
quemcunque, quicunque licitè occidere poteſt: imo per ſe cæteris paribus, tenetur: ſervato tamen moderamine inculpatæ tutelæ: etiam præveniendo actu & proximè inſidiantem. Extendendum ſuo modo etiam ad neceſſariam defenſionem bonorum temporalium alicujus momenti, honoris neceſſarii ac pudicitiæ, reſpectu ſui ipſius: ac proximi. Eſt tota ferè cõmunis, ut patebit explicando particulatim.

§. I.

Licitè occidere poteſt.

COmmuniſſima DD. cum S. Thoma 2. 2. q. 135
64. a. 7. Sotus, Navar. uterque Leſſius Mol. aliiſque congeſtis Laym. *lib. 3. de juſt. tract. 3. p. 3. c. 3. n. 1.* Diana *p. 8. tract. 7. Reſolut. 41.* Habetur in utroque Jure, in Canon. *c. jus naturale diſt. 1.* &c. *Significâſti 2. de homicid.* Et Civili,

L. 3.

L. 3. ff. de just. & jure, ubi dicitur: *Jure hoc evenit, ut quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit jure fecisse existimetur.* Et *cit. c. significâsti* dicitur vim *vi repellere omnia jura, omnésque Leges permittunt.* Ratio sumitur ex ipsis visceribus Legis naturalis, & ordine Charitatis, quibus quisque propriam vitam præferre potest alienæ; adeoque injustam vim vitæ propriæ illatam, si aliter avertere nequeat, æquum vi relata repellere. Et insuper jus Gentium, & Civile talia homicidia permittens impunè fieri, censetur authoritate publica quemlibet constituere executorem defensionis suæ necessariæ cum moderamine inculpatæ tutelæ; ut injustum suæ vitæ aggressorem, si opus sit, interficiat.

136 Unde ulteriùs, non tantùm indirectè, vel per accidens (ut quidam volunt ex S. Thoma supra) sed omninò directè, & per se fas est talem aggressorem occidere, nimirum directè intendendo actionem externa necem ejus, tanquam medium necessarium hic & nunc ad sui justam defensionem, cùm jura permittant repellere vim vi, & exercere actum externum, qui directè terminatur ad necem, quatenus scilicet necessarius est ad justam sui defensionem. Communis DD. apud Laym. *cit. c.* 3. *n.* 1. & Dian. nam *cit. resolut.* 48. *D. Thomas cit.* oppositum docens, solùm videtur velle, non posse invasum incidere mortem invasoris per se absolutè, & tanquam finem, hoc enim ad justitiam publicam spectat; sed solùm per accidens, quatenus hîc & nunc necessarium est ad justam defensionem, quod utique verum est. Addimus generaliter;

Qui

Quemcunque.

CUjuscunque conditionis, statûs, conjunctio- 137
nis &c. occide, ne occidaris, nec timeas bullam excommunicationis, irregularitatis, vel impietatis notam; quia jus intimum naturæ defendendi vitam suam, hæc omnia excludit: ergo.

I. Etiam quemcunque consanguineum, etiam 138
proprium parentem, multò magis filium: ut contra alios multis citatis verius docet Diana *p.* 8. *tract.* 7. *resolut.* 41. & 42. Ratio dicta est: quia jus intimum tuendi vitam suam meritò præponderat legi pietatis in parentem, etiam actu tam impium: & à fortiori in quoscunque alios.

II. Etiam quemcunque Superiorem, Domi- 139
num, Principem, personam publicam quamcunque; ob eandem rationem. Quòd si tamen à tali persona publica multùm dependeret bonum commune, ita ut ex ejus morte grave damnum Reipublicæ sequeretur, tunc quidem invasum ex Charitate teneri non occidere, sed suam mortem permittere boni communis causâ, docent graves DD. *Soto*, *Molina*, alii *cum Laym. cit.* Sed adhuc non teneri, & occidere posse, æque probabiliter docent *Sylv. Azorius*, *Filliucius*, alii cum Diana *cit. Resolut.* 42. Ratio est: quia licet bonum commune præferendum sit privato per se, & in necessitate communi, non tamen tunc, quando damnum eventurum sit ex mera malitia alterius, & quidem ipsiusmet, cujus est curare bonum commune, & damnum commune impedire.

III. Quemcunque etiam existentem in peccato 140

mortali (ut sanè existunt plerumque aggressores injusti) non obstante ejus æterna damnatione. *Communissima.* Ratio est: quia etsi teneat ordine charitatis vitam meam corporalem postponere vitæ spirituali, & æternæ proximi, quando proximus est in extrema necessitate, ut non sit alia via procurandi ejus salutem, nisi permittendo mortem meam: at in proposito proximus injustus aggressor vitæ meæ, minimè est in extrema necessitate, sed in mera & libera malitia, cùm habeat aliam expeditam viam salutis, desistat, & salvus erit: si secus pereat, & sibi imputet: est enim extrema malitia.

141 IV. Quemcunque, etiamsi aggressor sit furiosus, amens, plenè ebrius &c. & sic formaliter non peccet me invadendo: adhuc enim infert injuriam materialem gravissimè damnosam, quam jure repellere possum. Adde à nulla recta ratione posse innocentem constringi, ut se permittat occidi ab alio, quòcunque, quacunque bona fide procedente: ut si quis vellet te occidere invincibiliter putans, te esse hostem nitum, legitimè proscriptum, cùm non sis: an non justè te defenderes? denique etiamsi injustus aggressor vitæ tuæ non possit occidi, nisi cum periculo, & occisione alterius innocentis fortè defendentis, seu obstantis, adhuc posse occidi aggressorem, indirectè simul occidendo, vel potiùs permittendo mortem innocentis, jam supra dictum §. 1. §. 4.

Quicunque.

CUjuscunque similiter statûs, conditionis, con- 142
junctionis, ut supra, Laicus, Clericus, subditus conjunctus &c. quomodolibet correlativè ad prædicta. Item non tantum innocens, & citra omnem culpam suam invasus, v. g. viator à latrone, verùm etiam nocens, qui dedit operam rei illicitæ, & culpabiliter causam, vel occasionem præbuit suæ aggressionis, adhuc justè occidit injustum aggressorem vitæ suæ. Exempla sunto.

Adulter cum uxore deprehensus à marito, ideo- 143
que invasus, & occidendus ab illo, si aliter evadere nequeat, cum moderamine inculpatæ tutelæ illum occidere potest licitè in foro conscientiæ, quid quid futurum sit in foro externo. *Ratio est*: quia hic per adulterium non amittit jus naturale defensionis vitæ suæ; sicut econtra maritus ex hoc non acquirit jus adulterum occidendi privata authoritate; ideoque adhuc injustè aggreditur in foro conscientiæ, ut supra ostensum; ergo adhuc justè invasor ab invaso occiditur. *Fillucius.* Diana *p. 5, tract. 7. resolut. 2.* Taimb. *lib. 6. Decalogi c. 1. n. 7.* Item miles in bello injusto scienter & culpabiliter militans, militem adversæ partis se aggredientem licitè occidit, ne occidatur ab illo: dummodo ipse ab occidendo jam cessârit, & militem adversæ partis de hac sua cessatione admonuerit. *Ratio est*: quia injustitia belli ex parte Principis, non tollit jus defendendi propriam vitam ab injusto aggressore: atqui facta illa cessatione ab occidendo, miles ille privatus verè injustè invaderetur,

& occideretur, à milite adversæ partis: ergò ille justè se defendere potest, & hic illum amplius ... stè occidere non potest. Cæterùm bannitum, ... proscriptum legitimè non posse pro tuenda vita ... occidere aggressorem, cùm hic authoritate pub... ca, veluti minister justitiæ constitutus justè aggr... diatur, ex communi jam dixi suprà *sect.* 1. § ... *dub.* 1. Etsi contrarium doceant *Julius Clar...* aliique apud Tamb. *cit. n.* 8. eo, quòd etiam ... tutum proscriptionis non possit præjudicare ... naturali defendendi vitam propriam. Quod in ... posito negandum est.

§. II.

Imò per se, cæteris paribus, tenetur.

144 INvasus occidere injustum aggressorem suæ ... tæ. Communis DD. Molin. *Tract. 3. disp.* ... Laym. *hic tract. 3. c. 3.* Diana *p. 8. tract. 7. re...* *lut.* 41. Tamb. *cit. n. 5.* alii apud ipsos univers... ter (nam quando invasus esset persona publ... Reipublicæ multùm necessaria, vel utilis, om... consentiunt) *Ratio est*: quia per se loquendo, ... sistendo in lege, & ordine Charitatis, quilibet ... tam suam propriam alienæ præferre tenetur, ... commune ab omnibus receptum axioma; *Prin... charitas incipit à se ipsa.* Deinde: quia homo ... est dominus vitæ suæ, sed custos strictissimè ob... gatus eam conservare per media opportuna, ... nimium difficilia: atqui tale medium est me ... fendere, etiam cum occisione alterius, quæ ... horrori non est, cùm mihi vitam servet, ut ex...

rientiâ constat. Hæc Sententia mihi probabilior. Attamen.

Fatendum est valde probabilem, piam, & in praxi tutam esse sententiam oppositam negativam æquè communem *DD. Toleti, Lessii, Sa, aliorum* apud Dianam, & Tamb. *cit. n. 5.* Neminem scilicet ad hoc obligari ex opposito fundamento: quia nimirum cum laude, & virtute charitatis in æquali necessitate possum præferre vitam proximi vitæ meæ. Et, quia nemo tenetur horrido illo medio, scilicet morte proximi vitam suam servare: sicut nemo tenetur medio alio difficili, v. g. abscissione brachii, vel tibiæ eandem vitam tueri. Saltem certum videtur in praxi rarissimè condemnandum fore mortalis culpæ eum, qui bona fide, vel pietate motus, neglecta sui defensione extrema, mortem sibi inferri permitteret ab injusto aggressore. Insuper notanter in nostra sententia. 145

Dixi: *per se loquendo, cæteris paribus.* Sistendo nimirum in solo ordine charitatis inter communes proximos æqualiter se habentes; quòd si enim adsit notabilis inæqualitas, & accedat motivum excellentioris charitatis, vel alterius virtutis, utique non tenebor me defendere cum occisione proximi, sed possum permittere me occidi cum laude, & merito; utpote 1. si aggressor injustus sit persona publica Reipublicæ multùm necessaria, vel utilis, sic, ut ejus magnum detrimentum afferret, mea verò modicum, vel nullum: permittam me occidi, cum laude ex motivo excellentioris Charitatis, Patriæ, ac boni communis. 2. Si ag- 146

greſſor ſit pater, avus &c. ſimiliter permittam c
motivo pietatis: qua ratione communiſſimè conc
dunt DD. ad ſalvandum patrem ex naufragio v.g
me poſſe ipſi relinquere trabem, vel tabulam in
fortè apprehenſam, imò ipſi tradere, mortem m
am permittendo. 3. Si bona fide putem, me e
in ſtatu gratiæ, aggreſſorem verò in ſtatu pecc
mortalis (prout verè ſemper eſt injuſtus aggre
ſor) ideoque ſi occidatur, æternum damnandu
non teneor, ut me defendam, ipſum occidere. Se
me occidi ſanctè permittere poſſum ex motivo m
ſericordiæ & excellentiſſimæ Charitatis, ac ze
ſalutis proximi. 4. Ejusdem ſupremæ divi
Charitatis motivo *SS.* Martyres, etſi ſæpè pote
ſent, noluerunt tamen ſe defendere à perſecuto
bus, etiam privata authoritate ſævientibus, pr
pter fidem CHRISTI. Atque de his, & ſimi
bus tantum (non autem abſolutè, & cæteris par
bus) intelligendum eſt illud CHRISTI apud Jo
annem 13. *Majorem hac dilectionem nemo habe*
quam ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſu
De hoc ex profeſſo aliqua de ordine Charitatis
pra tr. 3. c. 6. ſect. 4. & plura infra *cap. ſeq.* de m
eiſione ſui ipſius.

§. III.

Servato tamen moderamine inculpatæ tutelæ.

147 UT nimirum ſe defendens non plus agat, qu
opus ſit ad defenſionem vitæ ſuæ; utpote
vitam tuam ſatis tueri potes ſolis verbis, minis
m

more cum spe auxilii &c. ne verberes quidem; si verberando tantum, retundendo, arma & hujusmodi excutiendo, vel extorquendo &c. ne vulneres, vel mutiles, si vulnerando, vel mutilando tantùm, ne occidas, vel macles; si nullo alio modo, nisi occidendo, jam occide: jam enim erit defensio necessaria cum moderamine inculpatæ tutelæ; alioquin verò, si aliter potens vitam tueri occidas, non erit defensio necessaria, sed vera occisio, ut initio prænonitum. Quisquis ergo occidit aggressorem vitæ suæ absque moderamine inculpatæ tutelæ, nimirum voluntariè, & deliberatè notabiliter excedens moderamen illud, cùm scilicet alio modo posset vitam suam tueri, utique peccabit mortaliter contra justitiam vero peccato homicidii. Quid de obligatione restituendi, & irregularitate, dicam in Subsectione.

Quin etiam ut servetur moderamen inculpata 148
tutelæ omninò obligaris fugere aggressorem injustum vitæ tuæ, quoties fugere potes cum spe evadendi: quando nimirum fuga non esset æquè periculosa, ac aggressio, aut quando fuga tuæ personæ vel statui non est valdè ignominiosa, vel dedecorosa: aut ratione ipsius personæ invasæ, utpote quia plebeus, vel infimæ sortis ex ejusmodi fuga parvam honoris jacturam incurrere potes; aut si Clericus sit, vel Religiosus, quorum laus non in usu armorum, sed in exercitio virtutis, Chariratis, humilitatis, patientiæ &c. consistit, ut *ex Covarruvia, Abb.* & aliis notat Laym. *lib.* 3. *tract.* 3. *p.* 3. *c.* 3. *n.* 2. Aut ratione personæ invadentis, quæ vel est

publica, Rex, Princeps, Dominus tuus, vel sangu-
ne major, Pater, Avus, frater &c. posse enim in tal
casu fugere, nulli etiam nobilissimo, probro duc-
tur, sed pietati. Similiter amentes, & ebrios, cui
quis fugere potest, non licet occidere, quisquis in
nvasus; quia horum fuga non censetur ignomi-
niosa. Tenetur, inquam, talis fugere, & non fu-
giendo, peccabit mortaliter occidendo: tunc enim
defensio non erit inculpata; quia non necessaria
juxta communem D D. apud cit. An verò talis non
fugiendo peccet contra justitiam, uti cum multis
vult Lugo *tom.* 1. *de just. disp.* 10. *sect.* 8. *n.* 17.
an verò contra Charitatem tantùm, ut cum aliis vo-
lunt Julius Clarus *verb. homicidium n.* 22. Less. lib.
2. *c.* 9. *dub.* 8. *n.* 64. in praxi perinde est: consen-
tiuntenim Doctores, quemlibet si ve Clericum, si-
ve laicum, si injustum aggressorem actualem mu-
tilet, vel occidat non fugiendo, si posset, ad nullam
damni compensationem in neutro foro obligari.
Ratio est: quia is non fugiendo aggressori injuri-
am, & damnum propriè non infert; quippe ultro
se ad tale periculum offerenti, & quantùm est in
se, invaso potestatem facienti,

149 Contra verò non teneris fugere, sed stare pote-
ris, & cum invasore congredi, quoties fuga esset
æquè periculosa, ac aggressio; aut ignominiosa
graviter fugienti: ut si is vir nobilis, eques, mi-
les &c. cui magno vertitur dedecori, & infamiæ,
se in pericles dare, & fugere. Communis DD. *Na-
var. Sotus, Lessius, alii cum Laym. Lugo cit.* Diana
p. 9. *tract.* 8. *resol.* 46. Ratio est, quia jam adest
mora-

moralis necessitas se defendendi, quantùm opus est pro tuenda vita: adeóque defensio censebitur moraliter necessaria, & consequenter inculpata.

§. IV.

Etiam præveniendo actu & proximè insidiantem.

Nimirùm insidiatorem actualem certum vitæ, qui actu & proximè me parat occidere; seu quem scio me certò aggressurum, & occisurum, nisi præveniam: aut defactò insidias struxisse, quas aliter evadere nequeam; fas mihi erit eum occidendo prævenire. Communis DD. Navar. *c.* 15. *n.* 3. Less. *cit. dub.* 8. Laym. Lugo *supra*, alii apud ipsos. Ratio est: quia illa tanta propinquitas periculi est moraliter actualis aggressio. Exempla sunto. 1. Advertis latronem, vel hostem tuum à longè ex insidiis sclopum parantem, & intentantem contra te; licitè eum occidendo prævenis: multò magis, quando latro defacto jam aggreditur, & ictum intentat, nullo dato effugiendi spatio, non teneberis priorem ictum exspectare, sed licitè prævenis: quia aggressio jam verè est actualis. 2. Uxor scit maritum sibi venenum parâsse, pugionem sub lecto occultâsse ad ipsam in somno occidendam; aut ad eum finem sicarium domum adduxisse &c. si aliâ viâ evadere nesciat, præveniendo licitè ipsum maritum, vel sicarium occidit. 3. Si sciam mihi à te venenum lethale paratum, nec possum illud evitare, nisi alio artificio, vel astu tibi ipsi propinem; propinare tibi utique potero, ut incidas in foveam,

quam mihi parâsti. 4. Præsente, & jubente dom-
no, tentat me famulus occidere; si aliter evade-
mortem nequeo, possum ipsum dominum è me-
tollere, dùm interim famulus arma expedit: simi-
ter, si quis eat, & paret solvere canem ferocem, v
leonem, ut me evadere non valentem, dilacere
possum eum ante occidere, quàm canis solvatur &
Hæc & similia, si solo necessariæ defensionis int
tu fiant, ideò licita sunt, quia adest jam præsens
moraliter actualis aggressio. Qua ratione intel
gendus est Molina *tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 7. docens l
tronem, qui publicas vias occupat, posse à quocun
interfici in suam, vel aliorum defensionem: tunc
mirum, quando is actu, & proximè parat morte
vel damna viatoribus.

151 Cæterùm certum est apud omnes, non licere o
cidere eum, qui solùm minatus est mihi mortem
ferre; nisi certò constet, jam parâsse vim, vel
sidias, quas aliter evadere non possim, nisi præ-
niendo.

152 Dubium autem & difficultas salebrosa est, an
etiam liceat præveniendo occidere eum, qui a
quidem, non tamen ita proximè (ut in præceden
bus casibus) sed remotè tantùm adhuc parat m
medio tollere? Exempla adferuntur: 1. scio cert
quòd Titius inimicus meus quærat opportuni
tem me occidendi; antequam illam inveniat,
me circumveniat, ego prior nactus occasionem
possúmne illum occidere? aut scio, quòd præ
perit suis simulis, ut me circumventum è me
tollant: possúmne similiter, præveniendo illos
mul

mulos, vel ipsum Dominum occidere? 2. Rursus: inimicus meus calumniosè agit apud Judicem, nec desistere vult, tentans falsis testibus mihi falsum crimen imponere, vel omninò occultum propalare, ut ego injusta morte plectar: si aliam viam evadendi non habeam, possúmne præveniendo occidere ipsum adversarium calumniatorem? aut falsos illos testes? aut denique ipsum Judicem etiam, quando certò mihi constat, eum injustam contrà me sententiam laturum? 3. Idémque quæritur, si per similem calumniatorem, vel falsos testes deberem amittere magnam summam pecuniæ, ampla bona temporalia, famam, vel honorem meum. 4. Itémque si quis falsis, vel injustis detractionibus famam meam graviter denigrare tentaret; nec ego aliter impedire possem: nam etiam in his injustum aggressorem actualem licere occidere, docent mox infrà citandi: an similiter licebit occidere præveniendo? Ita sanè concedunt Bannes 2. 3. *q.* 46. *a.* 7. *dub.* 4. Petrus Navarr. *lib.* 2. *c.* 3. *n.* 36. & alii nonnulli omnia prædicta. Et quoad accusatorem & testes falsos, ne noceant in vita, vel bonis alicujus momenti, etiam meus Sanchez *lib.* 2. *Moral. c.* 39. *num.* 7.

Verùm licèt hæc speculativè probabilia sint, 153
practicè tamen seu in praxi nullo modo concedenda sunt. Ita communis DD. Sotus *lib.* 5. *q.* 1. *a.* 8. Less. *lib.* 2. *c.* 9. *dub.* 8. *n.* 64. Laym. *lib.* 3. *tract.* 3. *p.* 3. *c.* 3. *n.* 1. Diana *p.* 3. *tract.* 5. *resolut.* 97. & *p.* 5. *tract.* 4. *resolut.* 6. 7. & 10. Tamb. *lib.* 6. *Decal. c.* 1. §. 3. *n.* 6. & 17. Ratio sufficiens est: quia quando

do aggressio ita est remota, ut in dictis, & similibus casibus, nunquam moraliter deerit alius modus evasionis, seu defensionis; ergo præveniendo occidere non necessarium, & consequenter illicitum est. *Deinde:* Quia sic facilè turbabitur Respublica, dum aperitur ostium ad plura homicidia occulta patranda. *Denique:* Calumniam patiens apud Judicem (qui casus videtur magis urgere) aut potest suam innocentiam ostendere, aut non potest? si potest: omnino non deerunt alia media se à calumnia liberandi: si non potest, & tunc res erit majoris periculi proprii, plena scandali, & pessimi exempli, si innotescet (innotescet autem utique) hominem de calumnia non convictum, occultè, & per insidias occidisse calumniatorem. Adde denique oppositam sententiam esse damnatam sub Alexandro VII. An. 1666. 17. *Est licitum Religioso, vel Clerico, calumniatorem gravia crimina de se, vel de sua Religione spargere minantem occidere, quando alius modus defendendi non suppetit, uti suppetere non videtur, si calumniator sit paratus vel ipsi Religioso, vel ejus Religioni publicè, & coram gravissimis viris predicta impingere, nisi occidatur,* Item 8. *Licet interficere falsum accusatorem falsos testes, ac etiam Judicem, à quo iniqua certò imminet sententia, si alia viâ non potest innocens dammum evitare.* Et sub Innocentio XI. damnatum etiam hæc propositio. 30. *Fas est viro honorato occidere invasorem, qui nititur calumniam inferre, si aliter hæc ignominia vitari nequit; idem quoque dicendum, si quis impingat alapam, vel fuste percutiat,*

tiat, & post impactam alapam, vel ictum fustis fugiat.

§. V.

Extensio prima: *ad bona temporalia.*

154 I. CErtum apud omnes, pro tuendis bonis temporalibus, ad conservationem vitæ valdè necessariis, sine quibus scilicet vita corporalis commodè conservari non potest, licere furem vel raptorem, seu invasorem iniquum occidere, si aliter servari, vel recuperari non possint. *Ratio clara est*: Quia jus defendendi vitam suam extendi debet ad ea tuenda, sine quibus vita commodè servari non potest: ut si aufferentur Nobili bona sua, sine quibus cogeretur mendicare, vel ignominiosè vivere, aut servire; indigenti in necessitate victualia, aut vestes frigore sæviente; aut militi eunti per hostes; vel peregrinanti per latrones &c. arma sua &c. Et hinc valdè probabilis & pia, imò modò fermè certa est sententia Sylvest. *verb. homicidium q. 4.* & aliorum apud Filliucium *cit. q. 6.* pro bonis ad conservandam vitam minimè necessariis, & sine quibus vita commodè servari possit, non licere invasorem occidere; eò quòd ordine Charitatis vita proximi bonis temporalibus propriis non necessariis præferenda videatur. Docétque apertè D. August. ab initio allegatus ult. loco: *Quomodo enim apud DEUM sunt isti à peccato liberi, qui pro iis rebus, quas contemni oportet, humana cæde corrupti sunt?* Idque maximè verùm est, modò post sententias damnatas ab INNOCENTIO XI. quando bona

bona illa non necessaria parvi quoq; momenti sunt, v.g. unius, vel alterius aurei respectu divitis, ut mox dicemus.

155 II. Etiam pro quibusvis bonis temporalibus alicujus momenti, si aliter servari, vel recuperari non possint, licitum esse occidere injustum invasorem, raptorem, furem, communiter docent Sylvest. Cajetanus, Sotus, Navarr. Molin. Lessius, aliisque cit. Laym. *supra n. 4.* Tamb. *lib. 6. Decal. c. 1. c. 2. n. 1.* addentes, id non tantùm in laicis sæcularibus, sed etiam in Clericis & religiosis locum habere. *Argumentum: cæde sent. excommunicat. in 6.* Sumitur inprimis ex ipso jure naturæ, quo licet vim vi repellere, quantùm opus est ad se, suáque tuenda. 2. Expressè id permittunt Leges civiles, quia aliter daretur occasio bonos, & innocentes spoliandi. *L. si furem ff. ad Leg. Corneliam de sicariis.* Et *L. 4. ff. ad Leg. Aquiliam c. interfeciſti. 3. de homicid.* Consentit jus Canonicum c. *dilecto*, &c. 3. *de homicid. 4.* Accedit consuetudo Orbis jure Gentium inducta, qua bella geruntur solorum bonorum temporalium causâ, cum hominum occasione. *Ratio autem generalis est:* quia hoc non est contra legem Charitatis; quia Charitas tantùm obligat ad præponendam vitam proximi propriis bonis temporalibus non ita necessariis, quando proximus est in necessitate constitutus; & minimè quando ille sponte per malitiam in talem statum ponit, quem semper deserere potest, & debet. Neque est contra justitiam, quia nulli sua vis, vel fraus jure patrocinari potest: at in proposito invasus habet jus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

defendendi se, & sua bona, vim vi repellendo: & per accidens est, quòd invasori gravius damnum, scilicet mortis, eveniat, quod sibi imputare debet, qui contra fas, & justitiam vult bona ab alio aufferre. Quòd autem jura dicant *L. 4. ff. ad leg. Aquil.* & alibi, furem nocturnum quidem impunè interfici; non item diurnum, nisi fortè se defendat, ex c. 22. *Exodi*: hoc interest discrimen, quòd fur diurnus, si inermis sit, plerumque sine læsione vel abigi, vel capi, vel res ablatæ recuperari possint; alioquin & ipsum occidere fas erit, si aliàs repelli, vel res ab eo servari, vel recuperari non possit, ut eadem jura permittunt. In fure nocturno autem plerumque discerni non potest, utrùm occidendi, an solùm furandi animo accesserit; ideóque periculi avertendi gratiâ, si homines clamore acciri nequeant, impunè occiditur, secundùm Leges: alioquin neque furem nocturnum, quantumvis armatum, occidere licet, si aliàs repelli, vel capi, vel periculum averti possit: ut explicant P. Navarrus *lib. 2. c. 3. n. 404. aliisque cit.* Laym. *cit. c. 3. n. 4. in fine.*

III. Non solùm actualem violentum aggressorem, vel raptorem bonorum, si res suas liberare conanti vi, vel armis resistat, occidere licet; sed etiam jam fugientem cum rebus tuis, pecuniis, equo &c. insequi, jaculando, explodendo impetere, & occidere potes, si spes nulla superfit aliâ viâ ablata recuperandi; idque maximè (quod certè Charitas suadet) si clamando eum præmonuisti, quòd nisi rem dimittat sclopum v. g. in ipsum explodas. Lessius 156

lib. 2.

lib. 2. *c.* 9. *dub.* 11. Sanch. *lib.* 2. *de Matrim. dis.* 22. *n.* 17. Laym. *cit. n.* 3. Tamb. *cit.* Ratio est eadem, quæ suprà. Id tamen solùm durante actuali fuga, quamdiu scilicet res censetur adhuc moraliter auferri, nondum ablata penitùs: tamdiu enim censetur moraliter durare actualis aggressio: non autem postea ex intervallo, postquam fur rem tuam jam domi suæ pacificè habet: tunc enim non poteris ampliùs occidere, quia esset mera vindicta, non defensio; cùm aliâ viâ res tuas recuperare possis, & debeas. Quòdsi tamen spes nulla sit per viam justitiæ ablata recuperandi, aut non nisi cum magna difficultate, vel periculo, adhuc poteris invadere locum, ubi res tua in individuo reposita est, eámque tibi vendicare, & si raptor resistat, vim ei repellere, quantùm opus est, usque ad occisionem; quia tunc raptor injustè resistit, & moraliter aggreditur valenter adhuc te aggreditur, tibíque in re violenter retenta vim injustam infert, quam vi repellere licebit erit. *Navar. Molina, Less. Laym. cit. Vasq. & alii cum* Diana *p.* 8. *tr.* 7. *resolut.* 47.

157 IV. Semper autem supponitur, bona, pro quorum defensione liceat injustum invasorem occidere, debere esse alicujus, nec levis, vel exigui, saltem respectivè saltem, verè magni momenti, quod omnino ex circumstantiis expendendum erit; unus enim vel alter aureus jam erit magni momenti respectu inopis operarii &c. cujus tota ferè substantia in eo residet; econtrà verò decem, vel viginti aurei erunt exigui momenti respectu valdè opulenti, ut pro iis invasor occidi jam non possit, ac de-

beat; absolutè autem certa Regula tradi non potest, sed prudentis arbitrio relinquendum. Certum videtur requiri longè majorem quantitatem, quàm quæ sufficiat ad furtum mortale. Molin. *tom. 4. tract. 3. disp. 16.* censet, non sufficere valorem trium, quatuor, vel quinque ducatorum, respectu mediocriter divitis: ibidem tamen *n. 7.* concedit, quòd licèt res esset unius aurei, si quis eam resistente domino vellet auferre, posse interfici, si alter repelli nequeat: quia non solùm injustus, & raptor, sed etiam contumeliosus graviter est contra præsentem Dominum. Denique hoc certissimum apud omnes, pro re quavis minima, vel valdè exigua raptorem occidere non licere: non enim est Christianæ Charitatis pro uno vel altero floreno sibi non multùm necessario vitam proximi posse habere, imò perdere, adeò ut meritò ab INNOCENTIO XI. damnata sit hæc propositio 31. *Regulariter occidere possum furem pro conservatione unius aurei.* Gravissimè ergo peccavit alicubi quidam custos vineæ, qui pauperculum uvas aliquas carpentem, cum clamore monitus non mox cessaret, sclopeto trajectum occidit: item alibi custos rapparum agri, qui puerum rappas extrahentem, securi jactâ gravissimè læsit in femore cum periculo mortis.

§. Non hîc per omnem modum, & alias duas propositiones damnatas ab eodem Pontifice 32. *Non solùm licitũ est defendere defensione occisivâ, quæ actu possidemus; sed etiam ad quæ jus inchoatum habemus, & quæ nos possessuros speramus.* Et 33. *Licitum est tam hæredi, quàm Legatario con-* 158

ora injustè impedientem, ne vel hæreditas adeatur vel legata solvantur, se taliter defendere: sicut ius habenti in cathedram, vel præbendam, contra eorum possessionem injustè impedientem.

§. VI.

Extensio secunda: *ad honorem proprium.*

159. ETiam ad honorem necessarium tuendum v ro honorato licere occidere injustum a contumelioſum aggressorem, docent DD. co muniter ferè omnes: & sine dubio verissimum in hac suppositione, quòd vir honoratus in ali casu aliter ignominiam, vel contumeliam repe re, honorémque sibi auferendum aliter tueri n possit, nisi occidendo aggressorem contume sum. Quòd si enim ob defensionem bonor temporalium invasorem occidere, mutilare, a pellere fas est, quantùm opus est, cum moderam ne inculpatæ tutelæ, multò magis fas erit, si nec se sit ad defendendum honorem, seu avertend contumelium; cùm bonum honoris, ac fa plus valeat, quàm bonum fortunæ: & injuria p sonæ gravior sit, quàm injuria, in bonis fortun quamvis aliter sentiant Tannerus *tom. 3. disp. q. 8. dub. 4. Sylvius &* alii nonnulli apud Dian *p. 5. tr. 4. resolut. 9.* Et fatendum est, rarum in praxi casum, quo honor aliter, quàm occiden rerendi nequeat. Exempla tamen & casus no duntur: 1. Si quis viro honorato alapam, fu vel scuticam intentet, aut simili facto, vel re

contumelioso atrocem ignominiam irrogare attentet, isque ignominiam aliter avertere nequeat. 2. Tamb. *tract. de irregularitate c.* 15. §. 15. *n.* 6. à peccato, & irregularitate liberat eum Sacerdotem, qui occidit hominem, à quo arreptâ barbâ trahebatur, & illum à se aliter extrahere non potuit, nisi occidendo; eò quòd gravissima esset injuria contra personam, & honorem Sacerdotalem. 3. Casus verus, & urgentior dabitur *Sect.* 3. de provocato ad duellum, & reverà aliter honorem suum tueri non valente. Item alius mox infrà §. 8. de marito deprehendente uxorem adulterium machinantem, & aliter ignominiam suam impedire non valente. Et singularis casus inductus est *Sect.* 1. §. 5. ante dubium primum de Rege vel Principe deprehendente adulterum cum uxore Regina, & occidente illam, quia aliter dedecus familiæ Regiæ impedire non potest.

II. Insuper virum honoratum, acceptâ jam ala- 160
pâ, vel simili gravi contumeliâ, posse in continenti repercutere, atque etiam, si injuriæ enormitas ratione personarum ita exigat, occidere; si alio modo læsum honorem recuperare nequeat, docent sanè DD. gravissimi, & non pauci. *Navar. uterque, Henriq. Fernandez.* aliisque cit. Diana *suprà resolut.* 11. *& p.* 2. *tr.* 15. *Miscel. resol.* 15. testans ita docuisse viros pios, & doctissimos. Et saltem ut speculativè probabilem docent Lessius *lib.* 2. *c.* 9. *dub.* 12. *num.* 84. Layman. *lib.* 3. *tract.* 3. *p.* 3. *c.* 3. *n.* 3. Tamb. *cit. lib.* 6. *Decal. c.* 1. §. 3. *num.* 3. alii apud ipsos; fatentes tamen hanc sententiam ut

practicè minùs probabilem, in praxi non esse consulendam: aut certè rarò practicari posse: tum quia vix potest contingere casus, in quo ignominia aliter averti, honórque defendi nequeat, nisi occidendo. Tum, propter maxima inconvenientia quæ inde in Republica sequerentur.

161 Contrarium autem, id minimè licere, absolutè docent communiter DD. alii. *Sotus, Bannes, Med. Vasq. Turrianus*, aliísque cit. Lugo *tom.* 1. *de just. tract.* 1. *disp.* 10. *Sect.* 10. *num.* 190. testatur meritò dixisse *Vasq.* contrariam sententiam sapere gentilitatem, & à Christiana lege alienam esse. Rationem à priori ibidem doctissimè prosequitur *Lugo.* Cape compendio. Occisio, vel percussio privata nunquam licet, nisi ob defensionem rei quam aliter conservare non potes; nam alioquin non erit defensio inculpata, sed vindicta, semper illicita privato: atqui in casu proposito percussio, vel occisio non conducit ad conservationem, vel defensionem honoris (nam acceptâ alapâ, vel contumeliâ honor jam amissus est) sed solùm deservit ad acquirendum alium novum honorem: atqui ulteriùs, hoc præscindi non potest à vindicta; neque enim aliter conducit ad honorem novum recuperandum, nisi quatenus apud homines mundanos honorificum est, egregiè, & generosè vindicare ignominiam acceptam. Declaratur exemplo: Petrus tibi abstulit centum aureos, & jam in flumen abjecit: nunc si tu furem occideres, posses ab alio recuperare alios centum aureos: an ideò licebit tibi occidere sine crimine vindictæ? Non utique.

simillimum est in proposito, ut applicanti patet: ergo neque hoc licebit. Hæc sententia mihi omninò vera videtur, & omninò convincunt propositiones damnatæ mox *n.* 158. allegatæ. Nihilominus pœnitenti oppositam sententiam saltem extrinsecè non omninò improbabilem bona fide secuto, vel sequi volenti acquiescere poterit Confessarius, *saltem quoad percussionem.* Interim tamen, si contumeliosus tentaret iterare alapas, utique locus erit defensioni, quantùm opus est, non tam honoris, quàm corporis tui. Similiter si per crebra convitia, vel contumelias molestiam creat, quâ se aliter liberare non posset honoratus, nisi armis aggrediendo, utique licebit, cum debito autem moderamine, ut benè notat *Laym. loc. cit.*

III. Minus ergo in praxi recipiendum est, quod 162
consequenter docent iidem Doctores prioris Sententiæ: nimirùm etiam post ejusmodi contumeliam verbo, vel facto illatam, v. g. post acceptam alapam, vel convitium atrox, si contumeliosus jam cessavit, vel aufugit, & vir honoratus, strenuus, Nobilis, miles, contumeliam, & dedecus aliter avertere nequeat, licere ei fugientem insequi, & tantùm verberum infligere, quantum satis sit ad injuriam depellendam, & honorem recuperandum, quem velut secum aufert contumeliosus aufugiens (quemadmodum etiam furem licere insequi pro re ablata recuperanda, jam suprà dictum est) Non est, inquam, omninò recipiendum in praxi: ita Doctores nostræ secundæ Sententiæ. *Ratio est eadem:* Nam etiam in praxi vix fingi potest casus, quo ho-

nor aliter recuperari nequeat, seclusis vanissimi hominum persuasionibus: idque verè, prudentum omnium judicio, vel maximè non defensio, sed vera vindicta censetur, privato semper illicita: ut etiam Jura significant c. significâsti, 2. de homicid. *Vim vi repellere omnia jura, legésque permittunt, &c. non ad sumendam vindictam sed ad injuriam propulsandam.* Hæc ibi. Nec est simile de fure: licet equidem furem fugientem insequi pro recuperanda re tua ablata, & si resistat, vi exsequere, quantum opus est, etiam verberando, ac tandem occidendo (si res magna sit) quia res tua, ut supponitur, adhuc in individuo eadem numero apud furem existit, ideòque tunc percussio, occisio est medium utile, imò necessarium, ut ipsam rem tuam à raptore extorqueas, & recipias: at verò in nostro casu honor tuus jam ablatus periit, ideóque insecutio, percussio, vel occisio non est ullo modo utilis, ut honorem tuum ipsum, quippe jam perditum, à contumelioso extorqueas, & recipias, imò nec ejus satisfactionem (ipse enim à te percussus, vel occisus utique te non honorabit, vel pro contumelia satisfaciet) sed solùm utilis esset ad hoc, ut alii te propter hoc honorent de novo, ratione vindictæ fortiter sumptæ in vana hominum apprehensione; ergò sic insequendo, percutiendo, occidendo non vim repellis, nec recipis honorem ablatum à contumelioso, sed meram vindictam exercens, & ratione ejus injustæ vindictæ, velut in præmium, novum & vanissimum honorem ab aliis captas.

Insti-

Instas: si res mea ablata non ampliùs existat apud 163
raptorem, nónne possum compensare ex bonis ipsius, si aliter satisfactionem non possum habere? Ita potes. Quia nimirum sic accipis rem ipsius; non quatenus id ei malum est, sed quatenus tibi bonum debitum est: at verò in nostro casu nihil prorsus accipis à contumelioso, sed eligeres percussionem, & occisionem ipsius præcisè, quatenus id ei malum affert, in meram vindictam: neque enim alio modo bona, vel utilis est ad honorem tuum, nisi quatenus id ei malum, & punitivum est adversario; ergo nulla paritas. Vide latiùs *Lugo l. cit.*

IV. Denique ad famam etiam tuendam: ut si vi- 164
ro honorato, & bonæ famæ, calumniator coram aliis objiciat graves calumnias, enormia scelera, seu falsa, seu vera omninò occulta, posse in continenti occidere calumniatorem (quidquid speculentur moderni quidam DD.) practicè omnium minimè concedendum est; nimiùm enim speculativa, & metaphysica est suppositio: *Si quis non possit aliter famam tueri, vel recuperare:* semper enim aliter famam tuam tueri poteris contra calumniatorem, quippè cui incumbet probatio; ut *ex Azorio, Lessio, & aliis,* rectè monet Tamb. *cit.* §. 3. *n.* 6. Et jam legisti propositionem 30. damnatam. Advertè tamen, sicut in præcedentibus, ita maximè in hoc ultimo casu sæpissimè posse excusare indeliberationem, & præcipitantiam actûs ex vehementissima commotione, & passione iræ, doloris, indignationis, non tantùm in foro conscientiæ à pecca-

to, restitutione, irregularitate, vel censura, sed etiam in foro externo è pœna homicidii, si de hoc legitimè constet, de quo nemo dubitat. Cæterùm ex communi *Laym. & Tanb. cit.* merito censent, tolerabile esse, & à peccato excusatum, si calumnia, vel verbo injurioso impetitus injuriam repellas dicendo: mentiris; aut: sis pse talis, quousque de me probes. Non enim vindictam sumis, sed solùm, cùm alio modo hic & nunc non possis, illatam injuriam avertis. Profanum autem illud est, quod Germani dicere, & subinde facere, solent: *mendacium sibi factum, justè esse alapâ plectendum*: sic enim injuria infertur, alio modo facilè tale mendacium avertetur: ergo non defensio, sed vindicta est, privato illicita: iis exceptis, quibus ex officio incumbit suorum mendacia corrigere, & si opus sit, etiam tali modo punire.

§. VII.

Extensio tertia: *ad pudicitiam propriam.*

1651. SIne controversia licitum est Virgini tam masculo, quàm fœminæ, aut matronæ honestæ violentum agressorem, stupratorem, oppressorem, si nullâ aliâ ratione vim impedire, vel declinare valeat, cum moderamine inculpatæ tutelæ occidere, ipso jure naturæ, eâdem, imò longè majori, ratione, qua licet occidere furem, seu invasorem bonorum temporalium, cùm integritas virginalis, & Castitas censeatur inæstimabilis pretii. Et licèt neutrum liceret ex natura præcisè, cùm vita per se, & ex natura sua præferatur bono temporali, & integritati corporali; tamen ex communi inter-

pre-

pretatione ob bonum commune jus gentium, & potestas civilis utrumque permittit, & potestatem hanc largitur, ut suprà dictum; adeò ut eo casu occidens furem, vel stupratorem violentum non tam privata, quàm publica authoritate facere censeatur. Communissima DD. *apud Less. & Laym. cit.* Diana *p. 2. tract. 15. resolut. 16.*

II. Omnes tamen consentiunt, talem virginem 166
vel matronam ad id non obligari, sed rectiùs, & Charitati conformius facere, si secluso fortiter consensu, omnique consensûs periculo, cæteris omnibus frustrà tentatis, vim patiens merè passivè se habendo, non occidat: cùm ordine Charitatis vita proximi etiam integritati virginali, secluso peccato, rectè præferatur. Accedit hìc plerumque etiam damnatio æterna occidendi. Et hoc saltem probat authoritas *D. Augustini* initio *Sect.* allata. Unde rectè Bonacina *tom. 2. disp. 2. de just. in part. tic. q. ult. sect. 1. propos. 10. n. 12.* ait: posse invasum condonare vitam invasori patiendo violationem sui, quando non est periculum consensûs: nam teste S. Lucia: *Non coinquinatur corpus, nisi de consensu mentis, & si in vitam jusseris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam*; Sic ille, & verè. Si intelligatur de condonatione negativa, seu non occisione præcisè: periculosè verò, si intelligatur de condonatione positiva, cùm difficilè sit in tanta occasione non adesse periculum consensûs in opus turpe.

III. Insuper juvenis, puella virgo, vel matrona 167
honesta, dum sollicitatur ad turpia, impudicè tangi-

tur, osculum libidinosum violenter susipit, licite imò cum laude potest non tantum verbis asperioribus, sed etiam alapis, pugnis, imò & fuste moderatè percutiendo impudicum repellere; ut cum aliis docet Lugo *tom. 1. de just. disp. 10. sect. 10. n. 196.* Tamb. *cit. n. 7.* Hoc enim non est vindictam sumere, sed puritatem animi, & constantem dissensum demonstrare, ac pudicitiam suam ab illa, & ulteriori invasione defendere, invasoremque impudicum abterrere; idque etiamsi osculum impudicum, vel tactus turpis factus jam sit: nam alioquin impudicus non credens te seriò dissentire, non cessaret, sed facile rediret, ac instaret; idque maximè verùm, si diuturna, & iterata sæpiùs esset solicitatio ad turpia, juxta laudabile exemplum S. Bernardini Senensis nostri.

168 IV. Denique generaliter, sicut omnes consentiunt, pro defensione bonorum, honoris, vel pudicitiæ (secluso consensus periculo) te non teneri occidere injustum invasorem, sed illa vitæ proximi ordine Charitatis laudabiliter postponere posse: ita econtra, ut invasus in his repellere possit licitè invasorem, requiritur, ut spes sit evadendi ipsum salvâ vitâ: cùm vitam propriam, utpote bonum altioris ordinis, nunquam liceat exponere certo periculo pro conservando minori bono, quale est bonum temporale, honor humanus, aut integritas castitatis: sicut econtra major est jactura vitæ, quàm bonorum temporalium, pudicitiæ, secluso peccato, ac honoris, seu ignominiæ, vel dedecoris non ex delicto, sed ex humana æstimatione provenien-

nientis. Vide latius Pet. Navar. *lib.* 2. *cap.* 4, *n.* 17. Et ex eo Laym. *sæpe cit. cap.* 3. *num.* 3.

§. VIII.

Extensio quarta: *ad vitam, bona, pudicitiam proximi.*

169 QUandocunque quis jus habet per defensionem inculpatæ tutelæ occidere injustum aggressorem suæ vitæ, bonorum, pudicitiæ; etiam aliis fas erit ipsi ad hoc cooperari, & auxiliū ferre? adeoque cuivis etiam pro defensione vitæ, bonorum, pudicitiæ proximi, licet occidere, vel mutilare injustum aggressorem cum moderamine inculpatæ tutelæ, quantum scilicet necesse est ad ejus defensionem, ac liberationem. Communissima DD. *Navar. Molina, Lessius, aliis cit. Laym. supra*, Lugo *disp.* 10. *sect.* 11. Ratio est: quia lege charitatis licet pro alio facere, quòd pro se ipso quoque potest; at licet cuique occidere, vel mutilare injustum aggressorem propriæ vitæ, bonorum, vel pudicitiæ: ergò idem licet ex Charitate facere pro proximo: nec tantum præsente, ut in defensione vitæ à latrone; verùm etiam absente, ut si vicini tui absentis facultates injustè diripiendæ, domus incendenda uxor violenter opprimenda sit &c. nec id aliter impedire possis, nisi occidendo invasorem, occide in nomine Domini; ut eâdem ratione rectè ostendunt *DD. cit.* Studio non facio mentionem honoris proximi, nam detento honoris cemetur omninó persona alis ipsius invasi, ut vix sit speculari casum,

sum, in quo sit necesse pro defensione honoris pro-
ximi occidere contumeliosum, nisi forte hunc
videas tuum Patrem, vel Dominum, Principem
iteratis contumeliis pertinaciter impeti, & alite
eum liberare nequeas, nisi occidendo: sed quando
hæc erunt? nobis non vacat metaphysica specula-
170 II. Nemo tamen privatus, per se loquendo, ob-
ligatur graviter occidere invasorem pro defensione
vitæ proximi privati, multò minùs pro defensione
bonorum, vel pudicitiæ. Sic contra alios, cum alii
Lugo *cit. n.* 108. Tamb. *l. 6. c. 1. §. 1. n.* 11. Ratio
est: quia tota hæc obligatio respectu privatorum
tantùm est ex Charitate, qua tenemur, cùm pos-
sumus proximum diligere, ejus bonum procurare
& mala impedire: atqui in proposito uterque ex
meus proximus, invasus, & invasor; & damnum
utrivis inferendum æquale; & ideo charitas quæ
æqualiter, & cum non magno excessu inclinat, tam
pro vita invasoris, etsi nocentis, quàm pro vita in-
vasi innocentis; imò magis urgere potest pro vita
invasoris ratione ejus majoris mali imminentis, ut
pote certæ æternæ damnationis; aut ratione pietà-
tis, ut si invasor esset mihi conjunctus, vel amicus.
quis enim dicat pro tuenda vita proximi me teneri
occidere meum patrem, filium, fratrem &c. Imo
nec licere tunc occidere, docet communis Doct.
quia excusat, imò prohibet tanta conjunctio. Dixi
autem: *Nemo privatus* (secùs est de Magistratibus
& iis, qui ex officio, & justitia; ideoque graviter
obligantur defendere vitam, & bona aliorum) *per se loquendo.* Nam per accidens obligaberi
etiam

etiam graviter, occidere aggressorem vitæ proximi ex virtute pietatis, utpote si invasus sit persona conjuncta, pater, mater, filius; frater, filia; uxor, soror; aut persona publica ad bonum commune necessaria, Princeps, Magistratus &c. ut omnes consentiunt.

III. Etiam invaso nolente defendi, & occidi ag- 171
gressorem vitæ suæ; adeoque in mortem suam consentiente, adhuc alteri licet eum defendere, &, si opus sit, aggressorem occidere. Ex communi Less. *supra cit. c. 9. dub.* 13. *n.* 88. *Lugo sect.* 11. *n.* 202. Ratio est: quia cùm nemo sit dominus vitæ suæ, invasus non potest cedere juri defendendi vitam suam, & cum sit meus proximus Charitatis nexu, & naturâ mihi conjunctus, adhuc ejus damnum ad me pertinet. Quin imò (saltem per accidens ex pietate, juxta modo dicta) adhuc obligaberis occidere invasorem; cùm invasi dissensio, vel repugnantia respectu tui perinde sit, ac si nulla esset. Excipe tamen: nisi invasus justa ex causa consentiens in necem suam nollet defendi, utpote ob excellentioris virtutis actum v. g. ob Martyrium in causa fidei, ob pietatem erga invadentem personam conjunctam, & publicam, ex misericordia, ne invasor injustus occisus damnetur, juxta dicta supra: tunc enim, etsi adhuc licitè possis occidere aggressorem, non tamen teneberis, sed ex similis virtutis motivo defensionem omittere poteris; ut ex communi observat Tamb. *cit.* §. 2. *n.* 8.

IV. Quoad defensionem pudicitiæ proximi no- 172
lentis defendi, distinguendum est. Si enim persona inva-

invasa solum negativè, & passivè se habeat, volens permittere sui violationem, & nolens ob id occidi invasorem absque consensu in opus turpe, adhuc licitè poteris, & juxta dicta debebis defendere, etiam, si opus sit, occidendo: quia adhuc illa injuriam patitur à violento oppressore. Quòd si vero persona invasa positivè consentiat in opus turpe, & ideo nolit occidi stupratorem; nam eo ipso invadens cessat esse injustus aggressor respectu ipsius, & ideò eo titulo ampliùs occidi non poterit.

173 *Excipe*: nisi alia ratione esset adhuc aggressor respectu tui: utpote si persona oppressa pertineret ad te: maritus enim licitè adhuc occideret adulterum adulterium machinantem cum uxore; itemque cum filia, sorore &c. quantumvis consentiente; is aliter ab injuria repelli nequeat: nam licèt tunc non respectu uxoris jam consentientis; at respectu tui, & ratione rei tuæ injustè violandæ, adhuc est injustus aggressor. Insuper eo casu etiam licitè occideret uxorem ipsam in adulterium consentientem, si maritus non posset aliter impedire adulterium jam patratum: non tam quidem ad tuendum corpus uxoris, & rem suam; hanc enim utique non defendit, sed perimit, sed ad tuendum honorem suum proprium, quem vult uxor injustè lædere, & prostituere: ut rectè notat *Lugo cit. n. 204.* etsi contrarium doceat *Lessius cit.* & certè regulariter verum est: quia communiter necesse non est occidere uxorem ad impediendum adulterium secuturum; sed alia media suppetunt; nisi fortè in casu, quo adulter jam volens cessare ab uxore ne-

quam

quam violenter detineretur : sicut quando ad hoc non est necesse, neque adúlterum licet occidere; quia deest necessitas, & moderamen inculpatæ tutelæ in defendente : quemadmodum ob præteritum, & patratum jam adulterium, neutrum, nec adulterum, nec uxorem licet occidere, saltem in foro conscientiæ; quia non esset defensio, sed vindicta.

Denique quoad defensionem bonorum tempo- 174
ralium proximi nolentis defendi, in rigore eodem modo distinguendum est, sicut modò distinctum est de impudicitia. Regulariter tamen tunc non licet occidere invasorem : cùm enim invasus pro bonis suis defendi non vult, regulariter censetur consentire, & renuntiare suo juri pro hoc casu : atqui validè, & licitè cedit juri suo respectu bonotum temporalium, quorum simpliciter est dominus : ideoque titulo defensionis, ejus invasor amplius occidi non poterit. Excipe rursus : nisi res invasæ etiam ad te pertinerent : ut si bona auferenda, essent tibi debita, vel obligata : tunc enim tibi adhuc vis inferretur, quam, quoad opus est, vi repellere poteris, usque ad occisionem cum sæpè dicto moderamine inculpatæ tutelæ.

SUBSECTIO.

De irregularitate ex homicidio ob defensionem facto.

SUMMARIUM.

175. & 176. *Ex homicidio cum moderamine inculpatæ tutelæ facto ad defensionem vitæ* propriæ *vel* proximi

inno-

innocentis *nec à Clerico, nec à Laico ulla incurritur irregularitas.*

177. *Benè autem, si talis occisio fiat ob solam defensionem bonorum temporalium, itemq; pudicitiæ, vel honoris.*

178. *Contrarium tamen etiam docent alii.*

179. *Ut evitetur irregularitas in occisione injusti invasoris vitæ propriæ, vel proximi innocentis, debet necessariò servari moderamen inculpatæ tutelæ, ut qui scil. servare non possit, nisi occidendo, vel mutilando.*

180. & 181. *Quòd si quis quidem fugere possit, non tamen sine dedecore & infamia gravi, & sic non fugiens occidat, an fiat irregularis, nec ne, duplex est sententia.*

182. *Quodsi nullo modo fugere potens occidat, distinguendum est.*

RESOLUTIO.

175 NUlla *incurritur irregularitas ex homicidio facto ob defensionem vitæ propriæ, vel proximi innocentis, cum moderamine inculpatæ tutelæ: secus dicendum in defensione bonorum, honoris, vel pudicitiæ. Saltem tutiùs, & probabilius.* Item communis, ut patebit.

176 I. Neque Clericum, neq; Laicum incurrere irregularitatem, si ob necessariam defensionem propriæ vitæ occidat, vel mutilet injustum invasorem olim quidem controversum fuit: at modò constat liquido jure c. si furios. Clement. unic. de homicid. *Si furiosus, aut infans, seu homo dormiens hominem occidat, vel mutilet, nullam ex hoc irregularitatem incurrunt. Et idem de illo censemus, qui mortem aliter vitare non valens, suum occidit, vel mutilat invasorem.* Ratio suprà indicata est. §. 1. Quia lex positiva non potuit præjudicare juri intimo naturali defendendi propriam vitam: ex

dem

dem autem debet esse ratio de Clerico, & Laico, qui ob necessariam defensionem hominis innocentis; vel Reipublicæ; aut in bello merè defensivo, metæ, & necessariæ defensionis gratiâ occidit injustum invasorem, vel hostem. *Communissima.* Ratio omnium est. Inprimis: quia incredibile; & irrationabile est, Ecclesiæ mentem esse irregularitatis maculam incurri ab homine ideo, quod legem divinam naturalem servârit: atqui vitam propriam, vel proximi innocentis; aut Rempublicam defendere contra injustum aggressorem, etiam occidendo vel mutilando, si aliter resisti nequeat; est de lege naturali; & divina Charitatis, & pietatis, ut suprà ostensum: ergò in tali casu non incurritur. *Deindè* irregularitas non incurritur; nisi ex homicidio omnino voluntario, ac spontaneo, nullo cogente facto, idque ob defectum perfectæ lenitatis: sed tale homicidium non fit omninò voluntariè; ac sponte; sed cogente legis necessitate: quando enim Charitas, pietas, & justitia per se, & simpliciter obligant ad occidendum aggressorem proximi innocentis aut Reipublicæ; non potest dici defectus mânsuetudinis, vel lenitatis. ne unam virtutem cum alia pugnantem fateri cogamur: ergo. Aliud est de Judice, carnifice &c. qui quidem obligantur ex justitia ad inferendam mortem reo: at non per se, & simpliciter (sicut in nostro casu) sed solùm ex hypothesi, seu suppositione talis muneris ab eis sponte assumpti; atque eo ipso se ita sponte obligantes ad inferendam mortem datâ occasione, etiamsi semel tantùm inferant, deficiunt à perfecta lenitate;

& manſuetudine CHRISTI, ut *ſect. præced.* ſub finem notatum eſt. Id ergo omnino certum eſt, cum quis ad defenſionem obligatur, aut generaliter ex Charitate, aut ſpecialiter ex pietate, ut pro defenſione parentum. Majorum Republicæ, aut Magiſtratûs &c. Ac etiam probabile eſt, non incurri, in caſu, quo quis non quidem ex obligatione, tamen licitè defendendo proximum cum moderamine inculpatæ tutelæ occideret injuſtum invaſorem: cùm in tali caſu nulla ei irregularitas ſtatuatur in jure, ut docet Filliucius *tractatione* 20. *c.* 5. *q.* 10. *n.* 160. qui tamen fatetur periculoſum eſſe, & valdè dubium, adeoq; in praxi eo caſu pro ſecuritate diſpenſationem petendam propter plures DD. adverſarios.

177 II. Ob ſolam defenſionem bonorum temporalium, itemque pudicitiæ, vel honoris; etiam cum moderamine inculpatæ tutelæ, ac licitè occidens injuſtum invaſorem, fit irregularis. Ita communis Canoniſt. & Theolog. apud Laym. *lib.* 3. *de juſt. tract.* 3. *p.* 3. *c.* 9. *n.* 3. *Sylveſt. Armilla, Henriq. Avila*, Navar. *c.* 27. *n.* 27. *& c.* 14. *n.* 4. ubi additq; id ipſum obſervare ſtylum Curiæ Romanæ, qui ita facit. Ratio indicatur in jure c. ſuſcepimus, de homicid. *Quoniam expediebat potiùs poſt tunicam relinquere pallium, & rerum ſuſtinere jacturam, quam pro conſervandis vilibus, & tranſitoriis rebus tam acriter in alios excandeſcere.* Et Gloſſ. in c. 2. de homicid. *Irregularis factus eſt, quia potiùs debuit dimittere ſua, quam interficere.* Quia ſcilicet licèt non ſit defectus culpæ, eſt tamen in homine Chriſtiano defectus lenitatis, & manſuetudinis ma-

gnus ob res temporales, humanum honorem, vel etiam integritatem corporis, alteri vitam eripere; ac pro conservando minori bono aufert alteri longè majus bonum vitæ; atqui ob defectum lenitatis in occidendo, semper incurritur irregularitas; præterquam in casibus jure expressis: excipitur autè sola conservatio vitæ, nimirùm, ut habet Clement. cit. *Si mortem aliter evitare non valeat &c.* ergo si mortem fugâ possit declinare, irregularis evadit. Contrarium tamen rursus docent nostri *Alphonsus a castro, Covar. Pet. Navar.* & tredecim citans Diana *p. 4. tract. 2. resol. 4.* Tamb. *lib. 6. Decal. c. 1. §. 1. n. 1. & tract. de irregul. c. 15. §. 15. à n. 2.* Ubi etiam habet casum barbarum supra allatum: nimirum non esse irregularem, qui injustum invasorem occidit cum moderamine inculpatæ tutelæ, ut propria, vel proximi bona magni momenti, pudicitiam, vel honorem tueatur: non enim ex delicto, ut supponitur: nec ex defectu lenitatis: quia nulla talis in jure statuitur; licèt expressè sola defensio vitæ excipiatur. Saltem concedenda est hæc Sententia, quando ob conservationem bonorum, vel honoris est necessaria ad conservandam ipsam vitam suam, vel suorum, aliùdque bonum consequendum, vel conservandum, ut notat *Laym. cit. in fine.* 178

III. Ut evitetur irregularitas in occisione injusti invasoris vitæ propriæ, vel proximi innocentis, necessariò debet servari moderamen inculpatæ tutelæ, ut quis scilicet aliter vitam suam, vel proximi servare non possit, vel vim repellere, nisi occidendo 179

vel mutilando. Quodsi desit, vel deficiat moderamen inculpatæ tutelæ, utpote si aliâ viâ, vel ratione quis possit evadere, vim avertere, vel invasorem repellere absque occisione, vel mutilatione v.g. fugiendo sine æquali periculo, clamando cùm spe certa auxilii invasori arma extorquendo, vel excutiendo, aut solum verberando, vulnerando &c. talis eo casu occidens omnium consensu est irregularis ex delicto. *Ratio est evidens*: quia jus *in Clement. supra cit.* ab irregularitate incurrenda solum excipit casus, in quibus non potest evitare mors, at in proposito invasus aliter potest evadere mortem, utpote fugiendo, clamando &c. ergo non excusatur ab irregularitate. Et quia in tali casu absque morali necessitate occidens hominem, verè peccat coram DEO contra justitiam, ideò incurrit pœnam homicidio voluntario, & illicito debitas; talis pœna est etiam irregularis: ergo.

180 IV. At, quid si talis non possit fugere absque decore, & ignominia gravi personæ, aut status sui, ut si sit Nobilis, miles (hoc casu licitè non fugiendo posse occidere invasorem, ex communi jam supra diximus) sic occidens incurretne irregularitatem? Affirmant multi, sine dubio tutiùs cum Laym. cit. n. 3. Ratio est: quia ad irregularitatem incurrendam ex defectu lenitatis non requiritur culpa, sed sufficit voluntarius accessus ad occidendum, vel mutilandum; præterquam in casibus à jure exceptis, atqui jus citatum excipit solum casum, *cùm quis mortem aliter vitare non potest*: talis autem vere aliter mortem vitare potest, scilicet fugiendo, cùm

eum

cum aliquo dedecore, vel ignominia honoris: ideòque occidendo verè deficit à perfecta lenitate; & consequenter irregularis fit.

Negant autem DD. Suarez, Filliucius, aliisque congestis Diana *p. 4. tract. 2. resolut. 3.* Eò, quòd id, quod sine dedecore, vel ignominia fieri nequit, moraliter censeatur non posse fieri, ideoque talis adhuc comprehendatur in exceptione juris. Omninò meliùs, & probabilius. Utriusque tamen sententiæ DD. in hoc consentiunt, talem incurrere irregularitatem, si ipsemet sponte, & suâ culpâ in illam se necessitatem conjecit; utpote injuriâ immediatè præcedente, ex qua prævidit, vel prævidere debuit, alterum se aggressurum: tunc si ipsum, cum posset fugere, etiam cum aliquo dedecore, vel detrimento honoris, non fugiendo occidat, irregularis erit. *Ratio est*: quia talis injurians, ac prævidens alterum se ideo aggressurum, censetur ipse moralis aggressor: ideoque si, cùm possit, non fugiat, sed occidat, defensio erit culpabilis, & immoderata, consequenter irregularitati obnoxia. Unde adulterum à marito deprehensum, & invasum, si, cùm possit fugere, non fugiat etiam cum dedecore, sed occidat maritum invadentem, incurrere irregularitatem, certum est apud omnes: Quia ipse causam aggressionis culpabiliter dedit; ideoque & defensio est culpabilis. 181

At, quid si miser ille nullo modo possit fugere, sed occidat cum moderamine inculpatæ tutelæ, & sine peccato, etiamnè incurrit irregularitatem? affirmant absolutè Navar. *c. 27. n. 238. S. Antoninus,* 182

alii apud Laym. mox citandum. Negant verò absolutè *Sotus, Henriq. Avila, Less.* alii. Sed rectiùs conciliant, & distinguunt Suarez *c.* 20. *q.* 4. *Fillincius*, alii apud Laym. *cit. num.* 2. Quòd si adulter temerè, & sine periculo prævilo, vel prævideri debito excitandæ pugnæ ad peccandum cum aliena uxore accessit, postea sic occidendo maritum aggredientem irregularis fiet; quia indirectè saltem voluntariè causam præbuit secuti homicidii ob defensionem, quod vitare poterat, & debebat abstinendo à tam gravi injuria; & sic vera est Sententia affirmativa. Quodsi verò adhibitâ debitâ cautelâ, juxta illud, *si non castè, saltem cautè*, planè casu, & præter omnem opinionem maritus superveniens, invadat adulterum, tunc is aliter evadere non potens, sed cum moderamine inculpatæ tutelæ invasorem occidens, ab irregularitate immunis erit: cùm hìc desit omnis voluntarius influxus adulteri in homicidium, juxta prædicta; & sic vera erit Sententia negativa. Dic tandem, quid si maritus postea primùm cognitio adulterio, occcidit uxorem, eritnè adulter irregularis, tanquam causam præbens tali homicidio? affirmant rursus *Navar.* & alii nonnulli: negant verò DD. communiùs. Sed rectè eâdem ratione, & distinctione resolvendum esse censet *Laym. cit.* Plures similes casus resolvemus *c. seq. de homicid. casuali.*

SECTIO

SECTIO IV.

De homicidio in Duello, saltem aliquando licito.

Summarium.

184. Usque ad n. 190. *Duellum propriè est pugna singularis duorum ad invicem pugnantium ad mortem, vel mutilationē ex condicto, ad certum locū & tempus.*

190. *Ordinariè etiam authoritate publica, per se semper illicitum est.*

191. *Nisi quandoque per accidens. 1. ad demonstrandam veritatem.*

193. II. *Ad terminandam litem; &c.*

196. III. *Ad finiendum bellum.*

198. *Authoritate autem privata semper illicitum est indicere, vel acceptare duellum;*

199. *Excepto unico casu, quo licet occidere injustum aggressorem, quales recensentur quatuor* usque ad n. 205.

205. *Est & peccatum grauissimum:*

206. *Et meritò excommunicatione, aliisque pœnis ab Ecclesia prohibitum.*

208. Usque ad n. 213. *Quinam in contingentia duelli excommunicationem incurrant.*

213. *Recensentur aliæ pœnæ.*

ASSERTIO IV.

Duellum propriè dictum, authoritate publica ordinariè (exceptis, certis & raris casibus) authoritate verò privata semper illicitum est; Excepto solo unico casu, quo licet occidere injustum aggressorem. Est peccatum gravissimum, meritò excommunicationis, aliisque pœnis ab Ecclesia prohibitum. Tota communissima. Explico per partes. 183

§. I.

Duellum propriè dictum.

184 DUellum vi vocis idem est, ac duorum bellum. Græcè *monomachia*, id est, pugna singularis, seu unius cum uno. Et sic latè sumptum, duellum dicitur quæcunque rixa, concertatio, vel pugna duorum inter se, sive cum, sive sine periculo mortis; sive ex condicto, sive casu, ex occasione facta. At propriè, prout in jure, & SS. Canonibus severissimè prohibentibus accipitur; sic definitur: *Duellum est pugna singularis duorum adversus invicem pugnantium ad mortem, vel mutilationem alterum inferendam ex condicto ad certum locum & tempus.* Sic DD. passim. Dicitur,

185 I. *Pugna singularis duorum*; seu unius contra unum: quando enim plures promiscuè contra plures pugnant, rixa est, non duellum: nisi etiam inter ipsos servetur æqualitas certo numero, ut singuli determinati contra singulos determinatos pugnent; aut principales duo duellantes socios sibi adsciscant, ut vocant *secundantes*, ut sicut principales contra se invicem pugnant, ita secundus unus, contra secundum alterius dimicet. Unde duplex est ejusmodi diabolicum duellum: unum *publicum & solemne*, quod fit cum certis cæremoniis, determinato loco, & tempore cum electione certorum armorum, adhibitis patrinis, seu secundis, & testibus, seu assistentibus &c. quæ diabolus ad solemnem interitum animarum insanis duellistis suggerit, & succurrit. Alterum *simplex*, & *privatim tantùm*, quod sine ejusmodi cæremoniis fit, tamen ex condicto certo loco, & tempore.

II. Ad

II. *Ad mortem, vel mutilationem alterutri inferendam.* Omnis enim pugna fit cum periculo mortis, vel mutilationis? unde qui, etiam ex condicto, sed sine armis aptis ad occidendum, vel vulnerandum, v. g. pugnis, baculis levibus &c. pugnant, quamvis ad vindictam: item, qui digladiantur ludo hastarum, & similium instrumentorum, non ad mortem, vel ad mutilationem inferendam, sed ad exercitium artis, vel virium corporis, non committunt duellum: ac etiam secutâ morte, vel mutilatione alterius, etsi non sine peccato, non incurrunt pœnas duellantibus decretas. 186

III. *Ex condicto &c.* Cùm scilicet duellantes sibi priùs pugnam condicunt, postea ineundam ad certum locum, & tempus. Quando enim ex accidenti sibi invicem occurrentes pugnant, etsi unus alterum priùs quæsierit, aut pugnam, vel mortem minatus fuerit, non erit propriè dictum duellum, nec secuta morte locum habebunt pœnæ Ecclesiasticæ; ut omnes observant. 187

IV. *Ad certum locum, & tempus.* Ubi inprimis hy & copulativè sumendum est, sic, ut & certus locus, & certum tempus simul condicatur ad pugnam: adeò ut si condicatur, vel locus tantùm, vel tempus tantùm, non erit duellum strictè sumptum in prohibitione Pontificum, quæ, cùm sit odiosa, & gravis valdè, strictè interpretanda est de rigoroso duello. *Sic Bonacina*, aliisque cit. Diana *p.* 5. *tract.* 13. *resolut.* 59. Tamb. *lib.* 6. *Decal. c.* 1. §. 3. *n.* 8. Et hinc 188

Duellum propriè, & strictè sumptum, quatenus 189

ab Ecclesia sub excommunicationis, aliisque pœnis gravissimis prohibetur (quamvis alioquin peccatum mortale gravissimum) non erit. I. Universaliter: quando aliqui se provocant ad pugnam nullo determinato tempore vel loco. Item, si quis dicat alteri, pugnabo tecum, vel, invito te ad pugnam, quandocunque extra hunc locum occurreris; quia non est assignatio determinati loci, & temporis: imò, etsi quis dicat, pugnabo tecum prima vice, qua per hanc urbem, vel extra hanc urbem tibi occurrero &c. quia tota urbs, vel extra urbem, non est locus satis certus. Et, prima vice, &c. non est tempus certum; ut contra *Bonacinam* & aliis cum aliis probabilius putat *Tamb. cit.* II. Si qui rixantes in templo, aula Principis, domo, navi, curru &c. ob reverentiam, periculum, vel angustias loci, dicant invicem: exeamus: vel prodi mecum &c. & eodē impetu exeant, & pugnent; quia non est condictio certi loci, & temporis. Vide Dianam cum aliis *p. 2. tract. 16. resolut. 53.* & *p. 3. tr. 6. resolut. 1.* III. Si qui orta repentè rixa in aliquo loco subitò se provocent ad duellum, etiam ad certum locum, & mox eodem tempore, & impetu caloris eo concurrentes dimicent: quia non est assignatio certi temporis; & esto intercedat aliquod spatium temporis; dummodò judicio prudentis censeatur durare idem color iracundiæ. *Ita cit.* Eadem est ratio: si duobus contendentibus verbis, vel pugnis, alter, vel uterque domum petant, & arma capientes mox redeant & pugnent: quia non est ex condicto. IV. Si quis alteri domi manenti dicat

dicat; exi, hîc te expecto ad pugnam: aut si duobus contendentibus, alter conducens locum, dicat; hîc me expecta, donec redeam &c. sumptisque armis redeat, & pugnet, adhuc non est duellum strictè sumptum, ut cum *Diana cit.* censet Tamb. *ibidem n.* 12. Quia licet sit condictio loci, non tamen est condictio determinati, & moraliter distincti temporis, imò cùm condictio, & pugna fiant durante eodem passionis calore, censentur moraliter una actio, non duæ distinctæ, prout requirere videntur prohibitiones Pontificiæ; quæ in materia odiosa strictè interpretandæ sunt. Sed hæc dicta sunt in ordine ad prohibitiones, pœnásque Ecclesiasticas tantùm §. 4. referendas. Nam quoad jus naturæ, & peccatum mortale perinde est, quomodocunque fiat duellum illicitum.

§. II.

Authoritate publica.

ORdinariè etiam authoritate publica illicitum 190
est indicere, vel inire duellum, exceptis certis, & raris casibus, ferè ad ipsam defensionem inculpatæ tutelæ reducendis. *Communissima.* Et patebit adducendo causas, ob quas publica authoritate duella indici, aut permitti solent, vel possunt. Et potissimum sunt tres: 1. *Ad demonstrandam veritatem.* 2. *Ad terminandam litem.* 3. *Ad finiendum bellum.*

1. *Ad demonstrandam veritatem.*

ETiam authoritate publica semper illicitum est 191
per se loquendo instituere duellum ad demonstrandam veritatem, vel innocentiam probandam.

Qua

Qua ratione duellum numeratur inter purgationes vulgatas, & damnatur *in c. Monomachiam 2. & c. 1. & 2. de purgat. vulgari.* Et docent omnes cum S. Thoma 2. 2. q. 95. *art.* 8. *ad* 3. Ratio est: Quia medium illud, præterquam quòd sit valde difficile atque à natura humana abhorrens, etiam ex se, & natura sua prorsus non est idoneum ad talem finem, scilicet veritatis demonstrandæ, vel innocentiæ probandæ: cùm ex natura æquè contingere possit, & defacto sæpiùs contingat, illum, qui pro veritate stat, vel innocens est, in duello succumbere: adeóque hoc modo veritatis, vel innocentiæ demonstratio, vel signum inquiritur non ex natura actionis, sed aliunde: ergo vel à DEO: & sic erit tentatio DEI: secluso tamen speciali DEI instinctu: quemadmodum refertur de fabro illo Cambronensi, qui Judæum violatorem Imaginis B. VIRGINIS, duello est aggressus, ut ejus perfidam malitiam demonstraret: *vel* per modum sortis à fortuna, & casu; & tunc erit sortilegium, quo uti ad aliquid contingens determinandum ex justitia, semper est peccatum mortale; cùm enim sortibus de se fallibilibus non possit adhiberi certa fides futuri eventus, una pars necessariò exponitur periculo injustitiæ, & in duello, insuper mortis: *aut* denique ab ipso dæmone: & tunc specie superstitionem divinationis ex pacto cum dæmone, peccatum gravissimum. Ergo ad eum finem licitum nulla ratione est duellum.

192 At, quid si iniquus Judex alicui innocenti mortis supplium minetur (res iniquissima, & damnatissima

ſſima omni jure; & tamen noſtris temporibus nonnunquam practicata) niſi duello ſe purget, licebitne innocenti duellum acceptare? Negant quidem *S. Antoninus*, *Abulenſis*, *Sylv.* & *Armilla*, *verb. duello.* Sed meritò affirmant *DD.* communiter. Toletus *lib. 5. c. 6. in fine.* Cajetanus 2. 2. q. 95. *art.* 8. *cauſa* 4. Filliutius *tractatione* 29. c. 8. q. 10. Laym. *cit. c. 5. à n.* 1. Ratio ſumitur ex communi jure naturæ, quo innocenti licèt tueri vitam ſuam contra injuſtum invaſorem: adeóque hoc caſu omnino requiritur, ut alter, contra quem duellandum eſt, ſit nocens, & iniqui Judicis velut miniſter; ideóque cenſeri debeat injuſtus invaſor, contra quem locum habeat jus naturale neceſſariæ, & inculpatæ defenſionis. Quidſi ergo etiam alter innocens ſit, poſito caſu duos falsò vetiſſe in criminis ſuſpicionem, nullúmque ex ipſis eſſe reum, iisque optionem dari, ut vel mortem ſubeant, vel duello congrediantur? Rectè reſolvit Laym. *l. cit.* neutrum duellum inire poſſe; cùm per ſe intrinſecè malum ſit innocentis occiſionem aggredi. Quòd ſi tamen alter acceptâ conditione iniquiſſima, duellum aggrediatur, eo ipſo fiet nocens, & injuſtus invaſor, contra quem alteri innocenti uti licebit jure naturali defenſionis. Quidſi denique à Principe vel Duce belli, duobus certò nocentibus, ac capitis ſupplicia meritis, duellum indicatur? R. Licèt hoc ſpeculativè & jure naturæ non videatur illicitum, cùm nihil aliud ſit, quàm utrumque reum in alterutrum conſtituere miniſtrum juſtitiæ, cum conditione, ut ei, qui alterum

terum executione sententiæ prævenerit, vita condonetur; practicè tamen ob circumstantias, periculum animæ, & speciem quandam crudelitatis nec expediens est, nec licitum, saltem post *Conc. Trid.* duella tam strictè prohibens. Certum autem videtur, reos tunc posse duellum, acceptare, solo affectu publicæ justitiæ, & propriæ vitæ salvandæ causâ, secluso affectu privati odii, vel vindictæ *Azorius, Filliucius, Laym. cit.* alii apud ipsos.

II. *Ad terminandam litem.*

193 ETiam publica authoritate per se semper illicitum est duellum instituere ad terminandam litem, vel controversiam aliquam. *Communissima DD. suprà.* Ratio clara est: vel enim instituitur duellum ad terminandam litem, ut per eventum duelli constet de justitia, vel injustitia causæ litigantium: & sic duellum æquè erit medium inidoneum ad hoc, ac ad demonstrandam veritatem, vel innocentiam probandam; & sic redibit totum argumentum suprà. Vel instituitur solùm ad hoc, ut facto duello partes cessent à lite: & tunc insana, & diabolica malitia est, velle duello congredi cum certo periculo vitæ, ut desistant à lite, à qua spontè, & securâ vitâ desistere possunt. At, quid si alicui innocenti certum, vel probabiliter cognitum sit, se per accusatoris calumniam injustè judicialiter opprimendum cum certa jactura vitæ, vel honoris, vel bonorum magni momenti, nec ullum aliud superfit medium evadendi tantam jacturam, nisi duellum; licebitne tunc duellum offerre, vel oblatum acceptare, etiam propria authoritate? Negant universa-

universim *Abulensis, Salon, & alii apud Dianam mox citandum.* Affirmant universim Pet. Navar. *lib. 2. c. 3. dub. 13. n. 289.* Sanch. *lib. 2. Moral. c. 39. n. 5.* Hurtad. aliisque cit. Diana *p. 5. tr. 4. resolut. 7.* Tu distinctè breviter sic resolve.

Licitum est eo casu duello congredi, tam pro- 194
vocando, quàm acceptando, cum calumniatore ad liberandam ipsam vitam à moraliter certo periculo. *Communis DD.* Navarr. *cit. c. 11. n. 39.* Filliucius, Laym. cit. supra. Ratio est: Quia cuilibet naturali jure permissa est defensio contra injustum aggressorem: atqui calumniator ille, ut verè injustus invasor injustam tibi necem machinatur; non enim interest, proprióne gladio, an alieno Judicis te impetat, ait *Cajetanus 2. 2. q. 95. a. 8.* ergo si aliud medium non suppetat, poteris te duello defendere; idque maximè accedente consensu Principis, vel Judicis, quem ad hoc necessarium esse, affirmat. *Cajet. ibid.* Sed melius negant alii communiter; cùm defensionem propriæ vitæ ipsum jus naturale concedat.

Quamvis, speculativè loquendo, idem dicen- 195
dum sit pro defensione temporalium bonorum, vel honoris ab injusto calumniatore in judicio, supposito nimirùm, non esse aliud medium te liberandi: practicè tamen vix videtur possibilis casus, in quo liceat ob defensionem bonorum, vel honoris in judicio, duello congredi. *Ita contra Pet. Navar. Sanch. & Dianam cit. communis DD. apud modò cit.* Ratio est: vel enim talis accusatus calumniam passus, innocentiam demonstrare potest

teſt in judicio, vel non poteſt? Si poteſt, nulla est necessitas duelli: ſi non poteſt, etiamſi duello certet, & vincat, non ideò probabitur innocens; sed novo homicidii dedecore famam maculabit: Unde meritò ſuprà practicè reprobavimus ſententiam *Pet. Navar. Sanch.* & aliorum, licere calumniatorem, aut falſum teſtem; imò & ipſum Judicem iniquum è medio tollere, ne noceat in vita, vel bonis alicujus momenti, etiam eodem argumento uſi.

III. *Ad finiendum bellum.*

196 ETiam publica authoritate per ſe illicitum est inſtituere duellum ad finiendum bellum offenſivum, & defenſivum. *Communis DD. apud Cajet. Sanch. Filliucium, Laym. cit.* Ratio est. Quia bellum gerens ſive offenſivum ad injuriam vindicandam, ſive defenſivum ad injuſtam vim repellendam, debet ſe habere velut agens reſpectu partis adverſæ; agens autem debet eſſe fortius paſſivo, ut penes ipſum quaſi ſpes certæ victoriæ exiſtat: atqui non contingit hoc in duello: quia vel par eſt utriusque conditio, vel multa accidere poſſunt, ut etiam is, qui videtur eſſe valentior viribus, ſuccumbat: ergo per ſe loquendo, non licet bellum finire duello. Per accidens tamen ita licebit in certis caſibus. I. Si hoſtis ipſe exercitui duellum offerat, quod ab aliquo acceptari ad ignominiam avertendam, animos hoſtium frangendos, & ſuorum confirmandos multum expediens videatur. Exemplum habemus. 1. *Reg.* 17. *de David, & Philiſtæo.* II. Quando ad experiendos, vel debilitandos adverſariorum militum animos, vel ad fi-

nem

nem belli, victoriámque facilius consequendam Duci expediens videtur privata duella suorum militum contra hostes indicere. 3. Quando ad bonum Reipublicæ, bellique exitum imminente conflictu, magis expedire Ducibus videtur totum bellum ad duellum, vel certamen paucorum revocare, & hosti offerre, vel ab hoste oblatum acceptare. *Omnia ex communi DD. apud Sanch. Filliucium, Laym. cit.*

197 Cæterùm in ejusmodi duellis communi utriusque exercitus consensu institutis, semper annexum debet esse pactum, ut neutri parti succumbenti succurratur; idque etiam à justè bellantibus hosti injusto servandum est: cùm bonum commune postulet, ut hosti fides servetur, maximè in rebus ad bellum spectantibus, teste S. August. *ep.* 207. *relat. Gratia.* 23. *q.* 1. Secus est de duellis privatis; quæ, si ex utraque parte injusta sint, circumstantes ex charitate dirimere tenentur, quoad commodè possunt. Si verò ex una tantùm parte injustum esset bellum, v.g. ex parte injusti calumniatoris; tunc alteri innocenti succumbenti astantes succurrere possunt, & debent; etsi conditio posita fuisset, ut neutri parti succuratur. Quia conditio illa ex parte innocentis, ob necessariam sui defensionem contra calumniatorem pugnantis, iniqua est.

§. III.

Authoritate verò privata.

198 SEmper illicitum est duellum indicere, provocare, acceptare, & inire, excepto solo unico

casu necessariæ defensionis, quo licet injustum aggressorem occidere. In his terminis ferè consentiunt omnes: & rectè exprimit noster March. *p. 2. tract. 6. tit. 3. q. 1. §. 5. dub. 2.* Ratio manifesta est ex terminis. Duellum enim est pugna privata, & spontanea duorum ad mortem alterutri inferendam; quia scilicet cum periculo propriæ vitæ intenditur, & attentatur, mors alterius: atqui simpliciter nullo unquam casu licet privata authoritate, ac spontanea voluntate hominem occidere, etiam quantumvis nocentem: excepto solo unico casu illo necessariæ defensionis inculpatæ tutelæ, contra actualem injustum aggressorem: quando nimirùm quis non voluntariè se exponendo periculo vitæ, sed necessitate cogente, & instanti periculo vitæ jam expositus, duellum init. Alia causa fingi non potest: cùm omnis alia causa excogitabilis, infinitis aliis modis transfugi possit, ut mox patebit in casu principaliter controverso.

Casus certus.

199 INimicus armatus occurrit tibi inermi, & mortem minatur, nisi mox arreptis armis secum duello certes: sine dubio poteris. Sed tunc non erit strictè duellum, sed rixa potiùs. Dicat ergo inimicus: tecum pugnabo in condicto loco, & tempore; nisi acceptes, hìc te confodiam &c. acceptare poteris sine dubio, imò etiam inire posset duellum, si aliter detrectare, & evadere nesciat, est enim ipsissima defensio vitæ. Idémque dicendum, si hostis divitis domum ingressus dicat: has omnia pretiosa auferam, destruam, domum in-

con-

cendam &c. nisi duello mecum certes hâc horâ extra portam hanc &c. & aliter sua tueri nesciat: esset enim ipsa defensio bonorum. Lege Dianam *p. 5. tract. 13. resol. 27.* & alios apud ipsum.

II. Casus certus.

JUdex iniquus innocenti delato minatur mortis supplicium, nisi duello contra adversarium nocentem se purget. Licere ex communi DD. jam habes §. 2. casu primo: revera enim tunc non publica authoritate, quæ ad injusta non urget, sed privata Judicis, & nocentis calumniatoris malitiâ ad defensionem vitæ cogeris. Idémque dicendum, si eo casu iniquus Judex minaretur aliud supplicium grave, grandem mulctam pecuniariam &c. quam aliter evitare non possis. 200

III. Casus tutus.

TItius à calumniatore in judicio injustè opprimendus esset cum certo periculo vitæ. Hoc casu tam indicere, quàm acceptare duellum, etiam privata authoritate licere, etiam habet *ibid.* casu secundo. Et rectè aliqui apud *Dianam* suprà extendunt universaliter, licere provocare ad duellum, idque inire, quoties non est alia via, quâ quis vitam suam servet. In hac enim suppositione non est provocatio mera, sed justa defensio. Sed casus, præter jamjam dictos, erit rarissimus. 201

IV. Casus principalis controversus, &

UTrùm liceat duellum ab alio oblatum accepate, & inire ob eam causam, quòd si duel- 202

lum detrectes, censeatur apud viros prudentes, nobiles Principes &c. diminutus honor tuus, ipseque ignaviæ, & timiditatis notatus, vel infamis habearis in statu militiæ, vel nobilitatis non amplius æstimaberis, nihil fies, non promoveberis &c? Affirmant aliqui apud Dianam *p. 5. tract. 13. resolut. 25.* id licere, saltem cum hac limitatione: si provocatus judicabitur duellum detrectare, non propter conscientiam, & legem DEI, quippe quam alias non observat, sed propter timiditatem, & ignaviam: idque acceptet, non aggrediendo, sed solùm animo se defendendi, si ab altero impetatur. Ratio est: quia pro honore defendendo licet occidere injustum aggressorem. Verùm hæc sententia est expressè damnata novissimè ab Alexandro VII. Anno 1665. ordin. 2. *Vir equestris ad duellum provocatus potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.*

203 Quare omnino verissima, & in praxi omnimodis suadenda est opposita Sententia negativa. *Communis DD. Sotus, Navar. uterque, Rodriq. Molina, Less. Sanch. Filliucius, alii passim* apud Laym. *sæpe cit. p. 3. tract. 3. cap. 3. March. supra.* Ratio est evidens: quia id præcisè liceret ob defensionem honoris, & vitandum dedecus vel infamiam: atqui reverà sicut nulla est infamia, nullum dedecus, sed merus & solidus honor: ita nemo prudentum, atque proborum vitio, vel infamiæ vertere jure potest, quod quis Legem DEI, & Naturæ observet, & sui ipsius, vel proximi occidendi periculum absque justa necessitatis causa non adeat

minim

minimè verò in re adeò gravi attendenda sunt hominum vanorum, & imprudentum judicia, maximè in hoc perditissimo sæculo, quo res eò usque devenit, ut ob quamvis leviculam causam ex mera diabolica libertate ac vanitate duella indicuntur, & ea respuentes sinistrè judicantur &c. Aliud est de fuga in actuali aggressione, quæ homini Nobili, vel militari ex natura rei, omnium judicio, ignominiosa ducitur; ad duellum autem provocatus, & recusans, non censetur fugere, sed Legem DEI, & Naturæ observare: & pro honore servando, & ignominia avertenda sufficit dicere: defendam me, quandocunque aggressus fueris. Vel sic: ego tua conditione ista non opus habeo ad me, meáque tuenda, quocunque loco, vel tempore paratus hoc gladio defendere &c. Facta autem postea aggressione, locus erit justæ defensioni.

Quòd si tamen in raro casu eo loco res sit, ut si 104
duellum respuas: miles in exercitu, vel Nobilis in Aula Principis debeat cedere armis, officio, dignitate, aut excidere Ducis, vel Principis favore, & gratiâ ob ignaviæ suspicionem; adeò ut tunc sub titulo honoris ipsius vitæ, vel familiæ conservatio periclitetur, omninò fatendum est cum *Navar. Laym. cit. aliisque communiter*, licere tunc duellum acceptare, & meræ defensionis gratiâ provocanti se sistere: quia tunc esset vera, & mere justa defensio contra injustum aggressorem, scilicet provocantem, qui sua provocatione defacto, vel actu aggreditur meum honorem, officium, dignitatem, adeóque conservationem vitæ, vel fa-

miliæ meæ, ut mihi illa violenter eripiat. Proin
Lege Naturæ eâdem vi defendere possum, ac de
beo, cùm absque eorum amissione retrocedere ne
queam. Et hic ergo sit quartus casus rationabiliter
permissus. Denique excusari possunt ex simili ra
tionabili causa, etiam honoris tuendi, vel humanæ
vilipensionis vitandæ gratiâ duellum acceptando
vel ad aliud provocantes, quando certò sciunt pug
nam non esse secuturam, utpote ab aliis impedien
dam &c. Vide Dianam *p.* 1. *tract.* 16. *resolut.* 1
Et multo magis si ex condicto occultè certò præ
mittant, quòd impediendi sint ab omni damno,
etsi descenderint ad locum pugnæ, gladios stric
xerint, ictus aliquot sine aliquo periculo commu
serint &c. uti observat Bassæus *v. Duellum num.* 5
Tamb. *lib.* 7. *Decal. cap.* 1. §. 3. *in fine*, alii apud
ipsos.

§. IV.

Peccatum gravissimum.

205 OMne nimirum duellũ indictum, acceptatum,
initum, perpetratum absque legitima auctho
ritate publica in certis casibus, maximè belli §. 2
(excepto solo casu necessariæ, ac justæ defen
nis contra injustum aggressorem) §. 3. est pecca
tum mortale gravissimum, contra quintum Præ
ceptum divinum naturale, *non occides*: Idque du
plex homicidium: dum duellans, & proximi vi
tam aggreditur, & suam periculo necis expo
absque legitima & justa causa: Neque rarò eve
utrumque cadere: neque id alia indiget probatio
ne; attamen ob diabolicam crudelitatem, qua
colu

colore honoris vani, ac futilis infandam carnificinam tam animarum, quàm corporum dæmon excogitarit, quam omnibus modis tollere oportet in jure Canonico tam veteri, quàm novo. Meritò

Gravissimis pœnis prohibitum ab Ecclesia.

ORdo prohibitionis hic est. Inprimis Constitu- 206
tiones Julii II. Leonis X. Clementis VIII. & Concilii Trident. *Sess.* 28. *Cap.* 19. de reform. eásque confirmans Pius IV. sub excommunicatione latæ sententiæ, aliísque pœnis prohibent duella solemnia Deinde Gregorius XIII. sub excommunicatione summo Pontifici reservata, & novis aliis pœnis prohibet duella omnia, etiam privata, omnémque eorum cooperationem. Denique Clemens VIII. prædicta omnia confirmat, additque aliqua magis explicata suo excommunicationis, aliisque pœnis jamjam enumerandis, & explicandis.

Prima pœna.

ESt excommunicatio latæ Sententiæ ipso facto, 207
incurrenda, & licet non in Trident. tamen in Bullis Gregorii XIII. & Clementis XIII. soli Pontifici reservata, præterquam in mortis articulo. Hanc incurrunt sequentes.

I. Principes, Magistratus, Duces militiæ &c. 208
duella præcipientes, vel permittentes &c. extra casum necessitatis boni communis, ut in bello supra dictum: aut etiam in casu particulari, si ad vitanda majora mala duellum permittere cogantur: *Sanchez, Laym.* citati, & alii cum Diana *p.* 6. *tract.* 6. *resolut.* 20.

209 II. Ipsimet certantes in duello illicito: *ex Tri-dent.* quidem in solo duello solemni vel publico; ex Bullis autem Pontificum etiam in duello privato sine cæremoniis, tam vero & proprio dicto duello ex condicto priùs certo loco & tempore. Unde non incurrunt omnes enumerati. §. I. post N. IV. pugnantes quidem pugna singulari, sed non proprie dicto duello: cùm prohibitiones illæ, utpote odiosæ, strictè interpretari, & intelligi debeant de duello strictè, & propriè sumpto.

210 III. Incurrunt ipso facto provocantes ad duellum serio animo pugnandi: itémque litteras provocatorias scribentes, deferentes scienter, aut provocationem oretenus denunciantes, etiam effectu pugnæ non secuto, saltem ex bulla Clementis VIII. licet non clarè ex bulla Gregorii XIII. ex Trident. ut latè ostendit Filliucius *tract. 29. cap. 8. quæst. 15.* Non ergò incurrunt provocantes absque animo pugnandi effectu non secuto: v. g. si quis offensus ab alio vel contumelia gravi affectus, ad reparandum honorem læsum coram aliis illum provocat ad duellum, certò sciens, pugnam ab amicis impediendam fore: etiamsi uterque veniisset ad locum designatum, gladium stringeret, neuter incurret. *Diana Filliuc.* An vero incurrant provocantes ad duellum seriò, & animo pugnandi quidem, sed effectu aliunde non secuto, vel impedito ab amicis, aut altero non comparente; negat quidem Hurtadus apud Dianam *p. 5. tract. 14. resolut. 102.* dicentem, an hæc Sententia Mendozæ sit probabilis, alii judicent. Affirmat autem veriùs Filliucius *tract. 29. cap. 8.*

cap. 8. *quæst.* 19. *n.* 170. Tamb. *cit. lib.* 6. *cap.* 1. §. 3. *num.* 15. idque ex bulla Clementis VIII. §. 7. qui §. 6. in fine de instigantibus dixerat, *etiamsi pugna aliqua non secuta fuerit*: quæ clausula omnino etiam videtur subintelligenda in §. *sequenti de provocantibus*: & sanè mirum esset hominem merè instigantem ad duellum incurrere excommunicationem reservatam, etiam non secutâ pugnâ, & ipsum principalem provocantem, etiam non secutâ pugnâ, non incurrere. Unde Confessarius privilegiatus eo casu pœnitentem, qui ita seriò provocârat, etsi pugna impedita fuerit; omnino debebit absolvere ab excommunicatione, saltem pro majori securitate, & addito illo: *si quam incurristi.*

IV. Incurrunt duellantium auxiliatores, & ejus- 211
modi, & quomodolibet, auxilio vel consilio proximè cooperantes ad duellum, sive ut explicatè loquitur Clemens VIII. in bulla §. 5. *quicunque ad provocandum aliquem ad pugnam auxilium, consilium operam, vel favorem præstiterint, etiam effectu pugnæ non secuto.* Non ergo incurrunt remotè tantum cooperantes, v. g. 1. qui aliquid dicit, vel narrat, unde prævidet posse oriri duellum, nisi id intendat, & eo fine narret, ut ad duellum incitet. 2. Neque qui duellaturo subministrat arma, sine quibus tamen armis aliunde petitis, nihilominus pugnaret; neque qui solum legit scripturam ad duellum provocatoriam absque intentione maligna, vel alia cooperatione. Ratio ejusmodi exceptionum est. Quia leges pœnales tam onerosæ strictè sunt interpretandæ 3. Neque is qui postquam consilium, vel

auxilium ad duellum dederat, seriò conatus est revocare, vel impedire, etsi nihilominus pugna sequatur, quia moraliter cessavit ejus cooperatio per revocationem. 4. Neque is, qui solùm ratam habet, vel approbat provocationem, vel pugnam suo nomine jam factam: quia pœna decreta in delictum committentes, non extenditur ad illud ratum habentes, nisi in jure exprimatur, prout exprimitur de ratam habente occisionem, vel percussionem Clerici suo nomine factam.

212 V. Incurrunt omnes spectatores duellantium, qui vel ex condicto, vel composito cum duellantibus accedunt ad spectandum: *ex Trid. citato, & Bulla Gregorii XIII.* vel tamquam socii comitantur duellatores, id tamen effectu secuto tantùm, aliás non, nisi accedat alia cooperatio. Non ergo incurrunt. 1. Qui tantùm per accidens interveniendo spectant, secluſa omni compositione cum duellantibus, omnique periculo prævisо promovendi duellum: tunc enim eo ipso fieret compositio tacita cum duellantibus: & quia revera sola præsentia dat hoc periculum promovendi duellum, ideò tales morosi spectatores sub conditione absolvendi sunt á Censura 2. Minùs incurrunt, qui tantùm obiter & in transitu spectant, aut ex occulto, ut videri nequeant, quia sic nullum est periculum promovendi duellum. Filliucius *tom. 2. tr. 29. c. 8.* pluresque citans Diana *p. 5. tr. 14. resolut.* 100. Ab hac tamen excommunicatione occulta (saltem extra Italiam) absolvunt Episcopi, & ex privilegiis Regulares mendicantes, non obstante Bulla Clementis

mentis VII. ut docet *communis DD. apud Bonac. Dian. Laym.* qui rectè monet eam Bullam quoad duella privata, cùm ex condicto & certo loco & tempore ad pugnam sine aliis cœremoniis accedunt, apud Germanos non esse in tanto rigore receptam, saltem quoad reservationem excommunicationis.

Pœna reliqua.

Secunda pœna est privatio sepulturæ Ecclesiasti- 213
cæ illius, qui duello occubuit, & ante mortem absolutus non fuit; unde licet talis ante mortem signa contritionis seu pœnitentiæ dederit, Confessarium petierit, non tamen confiteri & absolvi potuit ob defectum Sacerdotis, adhuc sepultura Ecclesiasticâ privatur, nisi ad eum finem ipsius cadaver absolvatur auctoritate Ordinarii, possunt tamen pro tali defuncto fieri suffragia Ecclesiæ, & orationes in Missa: quia licèt mortuus fuerit excommunicatus, tamen non fuit denunciatus, & non toleratus: soli autem excommunicati denuntiati, & non tolerati aut notorii percussores Clericorum, & tales mortui privantur suffragiis Ecclesiæ: uti cum Navar. & aliis docet Dian. *p. 5. tract. 4. resol. 192.* sed neque sepultura Ecclesiasticâ privandus erit, qui accepto vulnere in duello etsi lethali è loco duelli discesserit & alibi mortuus fuit: quia verba Trid. *si in tali conflictu discesserint*, cùm sint legis pœnalis non sunt ultra rigorem litteræ extendenda. *Sanch. Laym. Diana*, alii citati. *Tertia* pœna est interdictum in locis, in quibus scientibus & permittentibus locorum illorum Dominis, duella injusta commissa

missa sunt. *Quarta* Privatio dignitatum & beneficiorum Ecclesiasticoru m, si duellans fuerit Clericus. *Quinta.* Inhabilitas ad illa, seu Clericus, seu Laicus fuerit: & tandem *Sexta.* Est irregularitas; nimis enim notum est, occidentem, vel mutilantem, in duello incurrere irregularitatem ex delicto; de qua *cap. sequenti*: si autem occidat in duello licito, sive ex auctoritate publica, sive ob necessariam sui, sive suorum defensionem, nullam incurrere irregularitatem, jam ex dictis liquere debet. Decernuntur etiam pœnæ temporales confiscationis bonorum, & aliæ: sed hæ non sunt nostri fori.

CAPUT II.

De

Homicidiis illicitis.

1 HOmicidium illicitum aliud est voluntarium, idque directè, vel indirectè tantùm, in se, vel in causa; aliud involuntarium simpliciter, & merè casuale: homicidium formaliter in se & directè voluntarium est, cùm quis directa voluntate intendit occidere hominem; idque rursus duplex: unum physicè patratum, quo quis per se ipsum instrumento materiali, vel causa physica proximè applicata, ut gladio, sclopo, veneno &c. directa voluntate occidit hominem: aliud moraliter causatum; quo quis etiam directa voluntate intendit hominem occidere: at non per se, vel instrumentum materiale à se applicatum, sed per alium hominem, ut

ut agens morale voluntarium cum jussione, consilio, vel alio quovis modo ad occidendum hominem inducendo, adjuvando, &c. Homicidium voluntarium directè & in sua causâ dicitur, quo quis directa voluntate quidem non intendit occidere hominem, attamen aliquid agit, vel omittit, ex quo prævidet, vel prævidere deberet secuturum homicidium. Unde etiam duplex: ex causa positiva, & ex causa negativa, ut latiùs explicabitur suis locis: & hoc etiam dicitur homicidium casuale mixtum. Homicidium denique involuntarium simpliciter & merè casuale dicitur, quod sequitur ex actione vel omissione hominis præter omnem ejus directam, vel indirectam intentionem vel advertentiam, cùm scilicet illud nec intenderit, nec prævíderit, nec prævidere debuerit, aut potuerit. De his ordine agemus sex sectionibus. Primâ de occisione vel mutilatione sui ipsius. Secundâ de homicidio voluntario proximi physicè patrato, & sua irregularitate. Tertiâ de homicidio proximi moraliter causato, vel cooperatione ad illud, cum sua irregularitate. Quartâ de homicidiis indirectè tantum voluntariis, seu casualibus, mixtis, & sua irregularitate. Quintâ de homicidiis simpliciter & merè casualibus involuntariis, casibusque ambiguis. Sextâ denique de restitutione ex homicidio debitâ, & dispensatione super irregularitatibus prædictis.

SECTIO

SECTIO I.

DE

Sui ipsius occisione directa, indirectâque, ac mutilatione.

SUMMARIUM.

3. & 4. *Se ipsum directè & voluntariè occidere nunquam licet.*
5. *Nullo casu vel causâ.*
6. *Nullaque authoritate humana, quantumvis publica.*
8. *Excepto solo casu, quo DEUS ipse juberet.*
10. *Imò nec indirectè licet seipsum occidere.*
11. *Ad mortem suam proximè cooperando.*
12. *Se certo mortis periculo exponendo.*
13. *Aut mortem suam permittendo, v. g. in gravi morbo si remedia ordinaria haberi possint,*
14. *Ad remedia tamen extraordinaria infirmus non obligatur.*
15. *Potest tamen quis quandoque per accidens admittere propriam mortem ob justam causam Charitatis, vel justitiæ?*
16. Vsque ad n. 21. *Quando, & quibus casibus ex Charitate erga DEUM? &*
21. *Quando & quibus casibus ex Charitate erga proximum* usque ad num. 26.
26. *Quinam & qnando obligentur ex justitia legali, & commutativa vitam exponere periculo mortis?*
27. Vsque ad n. 32. *Qualiter & quantum ad mortem damnatus, possit indirectè ad eam cooperari?*
32. *Non licet sè mutilare aliquo membro per se loquendo.*
33. Vsque ad n. 37 *Nec etiam castrare ob commodum vitæ conservandæ.*
37 *Nisi quando conservatio vitæ propriæ & totius suppositi mutilationem alicujus membri admittit vel requirit.*
30. Vsque ad n. 44. *Referuntur pœnæ se occidentium &*
44. *Irregularitas ex mutilatione suipsius.*

ASSER-

ASSERTIO I.

NUnquam licet occidere voluntariè se ipsum directè, nullo casu vel causa, nulla auctoritate humana, excepto casu solo, quo Deus ipse juberet: neque indirectè ad mortem suam proximè cooperando, sese certo periculo mortis exponendo, aut occisionem sui permittendo, nisi ob justam causam Charitatis vel justitiæ. Nec denique se mutilare aliquo membro, nec castrare ob vocis commoda, nisi ob vitæ propriæ seu totius suppositi conservationem. Hæc paucis exceptis controversis casibus, est tota communissima, ut patebit explicatione per partes. 2

§. I.

Nunquam licet occidere seipsum directè, & voluntariè.

CErtissimum est apud Orthodoxos, SS. PP. Doctores omnes, & ex professo latè docet D. Aug. lib. 1. *de Civit. Dei cap.* 16. *usque ad* 28. & rursus hæresi 69. *contra hæreticos Donatistas*, Circumcelliones dictos qui id licitum, opus magni meriti, & genus martyrii esse dicebant, & ideo seipsos igne, aqua, præcipitio &c. necabant, aliosque ut se interficerent, cogebant. Concilia & Patres recitatos videre potes apud DD. prolixum nimis esset exscribere. Probatur nunc. 3

1. Generaliter *non licere.*

EX præcepto divino naturali *non occides*, ubi notat D. Aug. *citato capite* 20. Deum generaliter & simpliciter dixisse; *non occides*, nihil addendo v. g. dicendo, non occides proximum tuum, 4

nihil

nihil excipiendo, *quia nullus, nec ipse utique, cui præcipitur, intelligitur exceptus: restat igitur, ut de homine intelligamus, quod dictum est: non occides, non alterum: ergo nec te: neque enim, qui occidit, alium, quàm hominem, occidit.* Et ibidem c. 19. ita argumentatur S. Doctor *aut innocens est, qui mortem sibi machinatur, aut nocens, innocentem nulli casu ex proposito occidere licet, prohibente DEO. Exodi 23. Insontem & justum non interficies; nocentem autem Judex interficere debet? nemo autem sui ipsius Judex esse potest, aut justæ sententiæ executor. Hæc Augustin.* Ratio autem naturalis inter varias à variis laboriosè assignatas, videntur apud Lugo *Disp. 10. de justitia Sect. I.* potissima videtur hæc: quia destructio rei est actus proprius Domini rei, qui pro libitu de re sua potest disponere, ac per hoc qui non est Dominus rei, sed tantùm administrator, & custos, non potest destruere, sed debet eam debito modo administrare & conservare, alioquin delinquet contra justitiam adversùs Dominum rei: atqui homo non est Dominus suæ vitæ, sed tantùm administrator & custos sub dominio sovereign Dei: ergò non potest illam pro libitu destruere, sed debet eam debito modo conservare: ergò ulterius occidens seipsum delinquit gravissimè contra justitiam, non quidem respectu sui ipsius, sed respectu ipsius Dei, cui gravem infert injuriam usurpando actum Domini divini sine ejus facultate: respectu verò sui seu contra se ipsum peccat tantum contra Charitatem; ejusdem enim ad se ipsum non est justitia, sed Charitas tantùm. Vide latiùs *Lugo cit. II. Num.*

II. Nullo Casu, vel Causa.

OB nullam scilicet causam ullo unquàm casu licet occidere se ipsum. *Ratio est*: quia id liceret vel ad avertendas miseras naturæ, fortunæ, vel famæ, vel ad vitandum peccatum alienum, vel ad vitàndum peccatum proprium, v.g. in periculo luxuriæ vel stupri. Non primum, cùm mors sit majus malum incomparabilicer omni alia corporali miseria fortunæ vel famæ, ideoque ordine Charitatis omnibus malis corporalibus fortunæ, vel famæ postponendum: neque secundum, vel tertium, quia peccatum, & alienum, & proprium pendet à libera voluntate alterius, vel tua: ergo nulla est necessitas excusans, ut ad ea evitanda liceat sibi mortem inferre, uti pulcherrimè, & latè docet D. Aug. eodem lib. 1. de Civit. c. 26. *Hoc dicimus, hoc asserimus, hoc modis omnibus approbamus: neminem spontaneam mortem sibi inferre debere, velut fugiendo molestias temporales, ne incidat in perpetuas. Neminem propter aliena peccata; ne hoc ipso incipiat habere gravissimum peccatum proprium, quem non polluebat alienum. Neminem propter suà peccata præterita: propter quæ magis hac vita opus est, ut possint pœnitendo sanari. Neminem velut desiderio melioris vitæ, quæ post mortem speratur; quia reos suæ mortis melior post mortem vita non suscipit.* Verum est, licere sibi mortem optare ob similem causam, ut infrà notabitur. Pessimè autem inferes ob similem causam licere sibi mortem inferre. Disparitas grandis est: quia actus inefficax desiderii sumit sibi suam specificationem à solo

motivo per intellectum propositò, quod hic bonum esse supponitur: bonum quippe est velle vitare mala naturæ, & culpæ maximè: at verò actus efficaces sumunt specificationem ab ipso objecto seu actu externo toto; ut à parte rei fiendo: hoc autem in proposito malum est. Desiderare ergo mortem ob honestam causam, ut debito modo, Deo disponente, eveniat, nihil malum est: at verò infligere mortem magnum malum est: siquidem tunc homo usurpat potestatem in vitam suam; quam nullus habet, nisi solus Deus. Et nimis notum est, multa optari, & desiderari posse, ut debitò vel licitò modò fiant, quæ per se non licet facere. Licitè optas ut hic grassator pessimus morte plectatur ob bonum commune: at non potes ipsi mortem inferre; imò ob bonum finem v. g. sanitatis, vel tentationis sedandæ gratiâ, licitè optas, ut pollutio naturaliter eveniat in somnis v. g. sed ipse procurare licitè nunquam potes &c.

III. Nulla autheritate humana.

6 QUantumvis publicâ licet seipsum occidere: *Ratio est*: quia solus Deus habet claves vitæ & mortis & est Dominus utriusque. Sapientiæ 16. *Tues Domine, qui vitæ & mortis habes potestatem.* Deutr. 32. *ego occidam, & ego vivere faciam.* Et antiquum Sapientum axioma est, non esse sine jussu Dei de statione vitæ decedendum, similitudine sumpta à militibus, quibus non licet sine licentia Ducis à statione decedere. Unde etiamsi homini aliarum omnium rerum dominium Deus permiserit Psal. 8. *Omnia subjecisti sub pedibus ejus;* &

dom-

dominium tamen vitæ sibi reservavit, juxtà receptissimum; etiam Ethnicorum Sapientum axioma præfatum. Et licet divina ordinatione, & auctoritate gladius mortis datus sit Principibus & Magistratibus in malefactores, ut nocenti mors per alium inferatur, non tamen concessit DEUS, ut quis justitia publica jubente possit sibi manus injicere, & mortem inferre: quòd vel inde patet, quòd, quacunque lege jubente, vel quocunque Judice mortem in reum nocentem justè decernente, possit etiam sceleratissimus, quâ potest viâ, aliàs licitâ, sibi consulere, & effugere absque peccato; ex ipso naturæ & dilectionis naturalis fundamento, quâ quisque vitam suam diligit: ideoque nefandissima censetur crudelitas sui ipsius occisio, quam ab hominibus omni modo avertere voluit DEUS, Judex autem divina ordinatione institutus est minister Justitiæ, non autem crudelitatis, ait noster March. *tiratus tom. 2. tract. 6. tit. 3. q. 1. §. 1. dub. 2.* Et hinc quamvis justa morte damnatus non tantùm non teneatur seipsum interficere, ut omnes consentiunt ob dictam rationem, nimis enim crudele est, hominem sui ipsius esse carnificem, ideoque nulla potestate humana imperabile, sed neque licite poterit tunc seipsum directè occidere, v. g. venenum per se sumere, sibi venam incidere, se gladio, vel sclopo trajicere, aut suspendendus illaqueato jam collo se à scalis dejicere, &c. aut ulla simili actione, quæ per ministrum justitiæ fieri potest, directè ad suam mortem cooperari, juxta communem DD. sententiam Less. *lib. 3. dub. 6.*

n. 36. Lugo *cit. disp.* 10. *sect.* 1. *n.* 12. Est enim hæc crudelis actio directè pugnans contra rationem & inclinationem naturalem communis naturæ; nulla enim res ullo casu seipsam perimere intendit; ideoque nulla naturali vel humana auctoritate co honestabilis.

7 Contrarium tamen non improbabiliter docent *Victoria, Corduba, & Aragonius* apud Lugo *cit.* n. 12. & Tamb. *lib.* 6. *Decal. c.* 2. §. 1. *n.* 5. Less. *cit. l.* 2. *c.* 9. *dub.* 6. *n.* 20. Ratio est: quòd talis non puniat se ut Judex (quod utique fieri nequit, cùm punitio actus justitiæ vindicativæ necessariò debeat esse ad alterum) sed ut minister Judicis punientis auctoritate publica constitutus: quòd in aliis pœnis v. g. exilio, mulcta pecuniaria fieri posse palam est. Fatentur tamen semper, neminem ad hoc teneri, neque posse facere licitè spontè, Judice non jubente, neque posse Tyranno, vel alio Judice injustè jubente: quia sicut tunc non potest alteri committi executio mortis; ita multò minùs sibi ipsi. Fateor cum *Less. cit.* hanc sententiam mihi videri probabilem eo casu, quo jubente Judice reo permitteretur mors facilis veneno v. g. vel venâ incisâ in balneo, alioquin justè subituro mortem acerbissimam v. g. igne, rota: certè multò minùs natura horter sibi ipsi inferre mortem levissimam, quàm ab alio perpeti dirissimam.

8 IV. *Exceptô solô casu, quo DEUS ipse jubens.* Restat ergo sola auctoritas Divina, cujus solius expresso mandato, vel jussione, aut certò compert instinctu licet homini se ipsum interficere, & de facto

facto se ipsos occidisse supponendum est, quotquot Sancti vel Sanctæ in SS. Scripturis, vel Historiis commendantur: ut Samson Judicum 16. Eleazarus sub Elephante, 1. Machab. 6. v. 45. Razias 2. Machab. c. 14. &c. S. Apollonia sponte in ignem insiliens, S. Pelagia, Sophronia, & aliæ SS. fœminæ, ne stuprum paterentur, se ipsas occidentes, vel in flumen præcipitantes: & sic de cæteris similibus, ut latè docet S. August. præsertim lib. 1. de Civit. c. 21. dicens: *Nec Samson aliter excusatur, quòd se ipsum cum hostibus ruina domûs oppressit, nisi quia spiritus latenter hoc jusserat, qui per illum miracula faciebat.* Et idem ibid. c. 26. *Sed quædam, inquiunt sanctæ fœminæ tempore persecutionis, ut insectatores suæ pudicitiæ devitarent, in raptorum, atque necaturum se flumen projecerunt, eoq; modo defunctæ sunt, earúmque martyria in Catholica Ecclesia veneratione celeberrima frequentantur. De his nihil temerè audeo judicare. Utrum enim Ecclesiæ aliquibus fide dignis testificationibus, ut earum memoriam sic honoret, divina persuaserit authoritas, nescio; & fieri potest, ut ita sit, quòd si enim hoc fecerunt, non humanitùs deceptæ, sed divinitùs jussæ, nec errantes, sed obedientes, sicut de Samsone aliud nobis fas non est credere: cùm autem DEUS jubeat, seq; jubere sine ullis ambagibus intimat, quis obedientiam in crimen vocet:* Hæc Aug. Quòd si verò alia ejusmodi in sacris, vel in profanis historiis referantur, & commendentur, maximè apud gentiles ut de Lucretia, Catane, quæ Divino mandato vel instinctui attribui nequeunt,

tamen excusari poterunt per conscientiam erro-
neam inculpatam ex ignorantia invincibili, & bo-
na fide, Sanè valde persuasa olim fuit opinio apud
Christianos, licere seipsum occidere pro tuenda
castitate à violento aggressore, cui sententiæ etiam
apertè adhæsisse videtur D. Hieronimus in c. 4
Jonæ relat. c. 23. q. 5. *in persecutionibus non licet*
propria perire manu absque eo, ubi castitas perici-
tatur, sed percutienti colla submittere. Certè torva
nimis, & torta videtur expositio Glossæ ibidem
Ly absque eo, ibi sumi non exclusivè, sed inclusi-
ve, ut sensus sit, etiam ubi castitas periclitatur, ut in
illo Cant. 4. *tota pulchra es*, absque eo, quòd in-
trinsecus latet. Si placet ita responde, si secus er-
rorem piè excusabilem agnosce.

9 *Quæres* hic incidenter, qua ratione liceat sibi
ipsi mortem optare, desiderare &c. R. Non so-
lùm sanctum & laudabile est, mortem sibi optare
ob majus bonum spirituale consequendum, scil.
æternæ beatitudinis, aut ad majus malum spiritua-
le evitandum, scil. malum culpæ, & pœnæ æter-
næ, & periculum damnationis: nota sunt illa Be-
spicia sancta, *Cupio dissolvi, & esse cum Christo.*
Et: *infelix ego homo, quis me liberabit de corpore*
mortis hujus? verùm etiam per se licitum est, mor-
tem sibi optare ad evadendum malum temporale
pœnæ, utpote miserias, & ærumnas hujus vitæ,
cruciatus morborum, infamias, captivitates durissi-
simas. *Per se*, inquam, secluså impatientia, aliove
vitio. Ita *Navar. Vasq. Sa, Turrian. Bonacina*,
aliisque citatis Tamb. *lib. 5. Decal. c. 1. §. 3. n. 8.*

Ratio

Ratio est: quia talis adhuc verè optat mortem, non ut malum, sed ut bonum sibi, neque ut malè sed ut debito modo, nimirum Deo disponente, & natura agente eveniat. *Scotus* cum suis contrarius solùm videtur loqui de volitione efficaci, & electione mortis ut medii ad evitandum malum temporale pœnæ, quod utique esset illicitum, & desperationem sapit, adeoque in praxi audire non possumus: quis enim peccati mortalis damnet ægrum diuturno morbo gravissimè cruciatum, optare sibi mortem, dolorum finem à Deo imponi &c. Unde *Tamb. cit.* rectè monet Confessarius, ut pœnitentes, dum se tanquam de mortali accusant, sibi mortem optâsse, ut incommoda hujus vitæ effugiant, ab hac conscientia erroneâ liberent, cùm ad id teneantur ex officio pastoris, medici, & Doctoris spiritualis, secluſa semper impatientiâ, indignatione murmure, maximè contra DEUM.

§. II.

Sed neque indirectè &c. licet seipsum occidere.

CErtum apud omnes. *Ratio & regula manifesta generalis est.* Quandocunque aliquod opus directè facere illicitum est, etiam per se illicitum erit illud indirectè facere, scil. aliquid agendo, vel omittendo voluntariè, unde illud sequatur, nisi justa causa ita agendi, vel omittendi excuset, actorale voluntarium ad illud opus tollat: uti docetur in materia de actibus humanis de voluntario indirecto: atqui seipsum directè occidere semper illi- 10

citum est ex dictis; ergò per se, & nisi justa causa excuset, jam illicitum erit seipsum occidere indirectè, nimirum aliquid agendo, vel omittendo, unde mors sua secutura sit. Et in specie in Assertione expressum est.

I. Ad mortem suam proximè cooperando.

11 QUa ratione peccant mortaliter, qui gravi & periculoso morbo laborantes, noxia ac vetita sumentes, mortem sibi causant, vel notabiliter accelerant: item qui intemperanter viventes, cum certo prævisо, vel à peritis Medicis prædicto periculo mortis notabiliter ac vitiosè accelerandæ. Dico autem *notabiliter* ac *vitiosè*: aliàs non. Unde Diana *p. 1. tract. 2. resol. 29.* à mortali excusat eum, qui non abstinet à potu glacie vel nive refrigerato, etsi prævideatur citius inde moriturus, quia levis admodum censetur cooperatio ad mortem. Item eum, qui vinum moderatè bibere pergit, etsi dicat peritus Medicus, eum à vino abstinendo, posse vitam protrahere, v. g. decem annos sicut econtra, si idem dicat Medicus, te similiter, posse protrahere vitam vinum bibendo, vel carnes comedendo, cùm aliàs non soleas, non obligaberis ad hoc: quia cooperatio nec certa est, nec vitiosa *Diana* ibi Fagundez. *l. 5. Dec. c. 11. n. 18.* alii apud ipsos. Qua ratione excusantur, imo laudantur Carthusiani, qui ex vi professionis, ac voti sui omnem esum & usum carnis excludunt, etiam in quocunque morbo, quantumvis spes sit, ejusdem esu vitam posse protrahi diutiùs: quia ob tam sanctum finem perpetuæ mortificationis sanctè,

aliquan-

aliquantulam accelerationem mortis suæ permittunt: tales enim non intendunt suam mortem, sed carnis mortificationem, & vitam spiritus meliorem: quin & S. Hilarius, & S. Paulus, & S. Antonius in austeritatibus summis, & jejuniis, vitam ad 100. & alii ultra, annos produxerunt. Discretione tamen opus est. Nullus ergò scrupulus movendus est iis, qui laboribus, pœnitentiis, jejuniis, vigiliis, austeritatibus ad obsequium DEI, & carnis mortificationem vacantes, juxta Exemplum Apostoli 1. ad Corinth. 9. *Ego castigo corpus meum, & in servitutem redigo*, vitam sibi abbreviare videntur, infra tamen regulas prudentiæ & discretionis: est enim cooperatio ad mortem valdè remota, & levis, quæ sancto illo fine omninò cohonestatur: dummodò non sit excessus irrationabilis & enormis cum notabili virium & vitæ detrimento: qui enim suprà vires suas sese macerando, vitam suam manifestè breviorem redderet, utique peccati homicidii reus esset, quia sicut alium v. g. infantem non potes occidere ob bonum finem citiùs eum mittendi ad gloriam, ita nec teipsum. Communis DD. *Victoria, Navarr. Less.* cum Laym. *l. 3. tract. 3. p. 3. c. 1. n. 4.*

II. *Se certo mortis periculo exponendo.*

QUa ratione peccant mortaliter imperiti funambuli, agitatores taurorum, gladiatores, corniatores, duellantes seu quovis simili ludo equestri se exercentes cum certo periculo occisionis suæ: secus si in arte illa vel ludo peritis certum pe- 12

riculum non immineat: quâ ratione non peccant, saltem graviter, illi, qui venenum sumunt, à vipera sê sinunt morderi, graviter se vulnerant, vel adurunt &c. ad experiendam virtutem tyriaci, dummodò priùs in bruto sumptâ experientiâ, ut ostendant efficaciam remedii sui, quod mox adhibent, quia tunc censetur cessare periculum mortis. Ita ex *Navar. Rodriquez.* & aliis Diana *p. 5. tract. 2. resol. 38.* Plures casus excusantes habebis mox per extensum §. sequenti.

III. *Aut mortem suam permittendo.*

13 QUando nimirum commodè & rationabiliter impediri potest: quâ ratione peccant mortaliter, qui in gravi periculoso aut lethali morbo nolunt adhibere remedia ordinaria & commodè parabilia, iisque neglectis mortem permittunt; cum enim non simus domini, sed custodes tantùm vitæ nostræ, tenemur vitam nostram conservare mediis ordinariis, & per se ordinatis ad vitam conservandam tantùm; non item mediis extraordinariis, insolitis, multúmque difficilibus, aut ob cruciatum v. g. abscissione membri, brachii, vel tibiæ, aut ob pretium v. g. medicinâ nimiùm sumptuosâ comparatione sui statûs: uti habet communis sensus DD. Lessius *lib. 2. c. 9. dub. 13. num. 96.* Laym. *cit. n. 4. fin.* & alii. Ratio est: quia præceptum servandi vitam affirmativum est, ideóque non pro semper, sed certo tantùm tempore, & modo obligat. Et hinc

IV. Ad

IV. *Ad servandum vitam, vel in morbo salutem recuperandam, non obligaris.*

1. UTi medicamento extraordinario, nimiùm difficili & sumptuoso, ut modò dictum 2. Nec locum habitationis solitæ mutare: est enim medium extraordinarium, & incertum, maximè Religiosis vitandum. 3. Nec uti cibis, vel potu extraordinario cum difficultate, vel sumptu. 4. Nec uxorem ducere, aliàs non ducturus: est enim & hoc extraordinarium medium sanitatis. Quin imò puellam honestam ac pudicam posse medicinam, ac Medicum repellere, vel fugere, suique morbi curationem omittere, ne videatur, & tangatur in partibus verecundis, cùm nemo teneatur admittere curationem, à qua non minùs abhorret, quàm ab ipso morbo, ex Bonacina jam alibi notavi; & scio eum casum, non semel contigisse tempore pestis, & à viris doctis excusatum esse. Quid autem liceat in injusta aggressione vitæ suæ, jam explicatum habes supra suo loco. Hîc jam insuper pro plurimorum casuum resolutione sequitur generalis exceptio in Assertione. 14

§. III.

Nisi ob justam causam Charitatis, vel justitiæ.

RAtio, & Regula generalis à DD. assignari solet hæc: quoties adest causa justa & gravis aliquid agendi, vel omittendi, quamvis inde per accidens sequatur mors, si ego mortem tamen non intendam, sed intendo tantùm bonum finem, toties me licitè 15

licitè gero, istud ago, vel omitto, sicque periculo mortis me expono, vel mortem meam permitto. *Ratio* regulæ modò suprà indicata est: quia præceptum affirmativum servandi vitam non obligat semper & omni tempore, & omni casu, sed tantùm quando moraliter servari potest: atqui cùm occurrit talis justa & gravis causa aliquid agendi, vel omittendi, ex quo per accidens mors sequatur, jam vita moraliter servari non potest: ergò servare non teneor, sed licitè permitto. Casus particulares plerique commodè revocari possunt ad dicta duo capita Charitatis, & justitiæ.

I. *Charitas erga DEUM.*

16 HAc de morte sua triumphant Martyres. Martyrium enim est actus Virtutis Religionis, quo quis pro testimonio Christi mortem patienter oppetit ex Charitate; inde enim dicitur Martyr græcè, latinè testis: idque non tantùm fit propter Evangelicæ veritatis, ac Christianæ Fidei Confessionem, vel prædicationem, sed etiam propter quodcunque bonum committendum, vel malum omittendum, secundùm Evangelicam Doctrinam, & Fidem Christi: circa quæ tamen ita discernendum est.

17 I. Quoad malum, quod est jure divino naturali vel positivo prohibitum, ut fidem negare, fornicari, mentiri &c. quilibet invasus debet mortem oppetere, & Martyrium subire, si Charitas adsit, potius, quàm ullum tale opus committere, v. g. fidem negare, fornicari, imò etiam stuprum tolerare

rate cum periculo consensûs: quo tamen periculo secluso passivè se habendo, non tenetur mortem subire, secundùm Communem DD. Excipitur: nisi in contemptum Fidei, vel Religionis id attentaretur ab infideli, vel hæretico, maximè in persona Religiosa, vel sacra.

II. Quoad opus bonum positivum faciendum 18
secundùm fidem & Religionem Christianam, ut sunt prædicatio Evangelii, professio fidei, Sacrificium, jejunium, abstinentia à carnibus, quandoquidem cedant ad fidei majorem gloriam, utilitatem Ecclesiæ, salutem spiritualem proximi, cui meritò minus malum propriæ mortis postponatur, tunc pro tali opere periculo mortis se exponere, mortémque patienter oppetere licitum, & propriè dictum Martyrium est: sed in consilio tantùm perfectionis.

III. Insuper in præcepto obligationis erit in ca- 19
su necessitatis, eóque duplici: si nimirum honor Dei, Ecclesia, aut proximi salus detrimentum patiatur, si ob metum mortis abstineas à Confessione, vel prædicatione Fidei, Sacrificio, Sacramentorum administratione, abstinentia à carnibus in certo casu, quando earum usus in signum falsæ Sectæ proponeretur; aut contra si talia exerceas maximum honoris divini, Ecclesiæ, ac salutis proximorum augmentum secuturum putetur, ut lex Charitatis censeatur obligare, mortem oppetere pro tanto bono secuturo Communis DD. cum D. Th. 2. 2. *q.* 2. *art.* n. 4. pluribúsque cit. Sanch. *l.* 2. *moral. c.* 4. & alii passim.

IV. At

20 IV. At verò secluſa tali neceſſitatis vel utilitatis ratione talia exercere. Fidem docere, vel profiteri, ſacrificare &c. apud infideles, vel hæreticos in periculo mortis, non erit actus Charitatis, & fortitudinis, minùs martyrium, ſed potiùs actus temeritatis & ſcandali contra Charitatem ſine juſta cauſa infidelibus occaſionem peccandi præbendo, ſcilicet ſæviendi, occidendi: unde in Concil. Elibert. Can. 60. legimus. *Siquis Idola fregerit, & ibidem furens occiſus, quia in Evangelio non eſt ſcriptum, neque invenitur ab Apoſtolis unquam factum, placuit in numerum Martyrum non recipi.* Lege D. Auguſt. *ſerm. 6. de verbis Domini c. 11.* Sed de his latiùs egi in primo præcepto de Confeſſione Fidei.

II. *Charitas erga proximum.*

21 HAc item excuſante, imò etiam quandoque urgente, licet ſeipſum mortis periculo exponere, aut mortem ſuam permittere, maximè in communi Reipub. aut ſpirituali proxmi neceſſitate. Huc ergo referenda ſunt omnia dicta *tr. 3. c. 6. Sect. 4.* de ordine Charitatis, quando quis poſſit, & debeat vitam corporalem ſuam poſtponere bono communi, aut ſaluti ſpirituali proximi in neceſſitate extrema laborantis. Item dicta *cap. præcedenti Sect. 3. §. 4.* qualiter injuſtè invaſus poſſit permittere ſui occiſionem, omiſſa defenſione, ex Charitate, pietate, vel miſericordia erga aggreſſorem præſertim alioquin damnandum. Aliquot tamen caſus breviter adnota.

22 I. Poteſt quis inviſere, ſervire, Sacramenta adminiſ-

ministrare &c. peste infectis, vel simili morbo contagioso laborantibus, quamvis timeatur, & reipsâ subsit periculum propriæ infectionis & mortis: multò magis uxor (vel è contra maritus) cùm suo probabili vitæ periculo laudabiliter assistet marito peste infecto; idque non tantùm ad necessarium obsequium, sed etiam solùm ad solatium, vel amorem demonstrandum licere, piè admittit *Joan. Sanch.* apud Tamb. *cit. lib.* 6. *Decal. cap.* 2. §. 2. *n.* 7.

II. Potest quis se objicere telo ad conservandam 23
vitam Principis, vel parentis, pietatis, & boni communis causâ; Imò etiam in probabili magnorum DD. Sententia, licet etiam propriam vitam pro vita corporali proximi amici exponere, alioquin injustè occidendi, ut si filius esset injustè damnatus ad mortem, probabiliter poteris tu amicus ejus, te offerre ad occidendum ut amicum serves. Dicunt tamen *injustè*: si enim justè damnatus sit, non poteris; quia tunc Judicem volentem non nisi justè reum occidere, induceres ad occidendum te injustè. Ita cum aliis Less. *lib.* 2. *c.* 9. *dub.* 6.

III. Idem *Lessius* ibidem cum *Victoria*, *Toleto* & 24
aliis concedit universaliter posse te in extrema necessitate communi V. g. famis, cedere amico panem unicum, quo utens vitam tuam adhuc servare posses; aut in naufragio tabulam fortè apprehensam, qua ipse enatare speraret, & sic mortem tuam permittere: quod quidem respectu parentis, aut alterius personæ conjunctæ, vel publicæ, & nos fassi sumus *cap. præcedenti. sect.* 3.

IV. Etiam ex Charitate erga se ipsum licitè quis 25
pote-

poterit se periculo mortis exponere, quoties nimi-
rum quis non potest vitare mortem acerbiorem nisi se in periculum aliud mortis minùs acerbæ conjiciat, poterit se in illud immittere, v. g. grassante incendio: itémque imminente feroci leone, Tyranno, vel latrone crudeliter necaturo, si non supetat alia via tam horrendæ mortis evadendæ, poteris te etiam è sublimi loco per fenestram dimittere, aut ardente navi in mare vel flumen projicere &c. etiam cum certo vitæ periculo: non enim intendis te occidere, nec directè te occidis; sed ut dirum illud tormentum evadas, in aliud periculum mortis te conjicis: quin etiam bruta animantia instinctu naturæ talibus modis se servare nituntur, inquit *Less. cit. in fine*: atque ibidem *n.* 32. hac ipsa ratione excusat milites navales, qui igne pulveri tormentario injecto, se in mare injiciunt, ne navi occupata ab hostibus, acerbiorem ab ipsis mortem patiantur, vel ipsa morte diriorem captivitatem, neq; enim hoc est se occidere, sed ob urgentissimam causam periculo mortis levioris se committere, mortémque suam permittere. Sed de his mox inferiùs. Eâdémque ratione ad evadenda gravia tormenta torturæ (qualis certè etiam est tortura Germanica) potest quis verum crimen omnino fatens, imò in communi vera sententia etiam falsum cum æquivocatione congrua, & secluso damno tertii. Sed de hoc ex professo in octavo Præcepto. Tandem certum apud omnes est, non licere seipsum directè occidere ad atrociorem mortem injustam evadendam. Damnabilis ergò mors est Japonen-

sium,

sium, qui, ut atrocem mortem, v. g. lenti ignis evadere possint, discisso ventre necando se liberant.

III. *Justitia Communis.*

EX Justitia communi legali gubernativa, ac 26
commutativa non solùm licitè possunt, sed obligantur vitam suam periculo mortis exponere. I. Pastores spirituales tempore pestis, & persecutionis. II. Magistratus etiam temporales, quibus Reipublicæ cura commissa est. III. Duces, & milites in bello justo, quantum necessitas exigit ad tuendum bonum commune: miles enim potest, & tenetur non deserere stationem &c. etsi certus sit, se occidendum: & hi omnes ex Justitia commutativa, & vi pacti, & muneris sui. IV. Saltem ex Charitate boni communis, licitè potest quis scalas applicare mœnibus, ascendere, turrim vel mœnia suffodere, ignem pulveri tormentario ad evertendam turrim, vel munitionem hostilem injicere &c. etsi prævideat se mox occidendum, simul cum hostibus obruendum, igne dissipandum &c. Ratio semper est: quia hoc non est directè se ipsum occidere, sed ob justissimam causam boni communis periculo mortis se exponere, mortémque suam permittere, bonum privatum vitæ suæ laudabiliter postponendo bono communi Reipublicæ. Atque hac ratione etiam secluso speciali instinctu divino, quidam excusant factum Samsonis, quòd publico Reipublicæ bono Hebræorum se morti exposuerit, non directè, sed consequenter, ut cladem illam maximam inferret hostibus: ut dicitur Judic. 16. *multóque plures interfecit moriens, quam ante vivens*

occiderat. Item factum Eleazari, qui ut Elephantem regium, cum præsidio impositò sterneret, hostique cladem inferret, sub ipsa bellua stans occidit, sciens certò se mole ejus opprimendum, prout evenit. Eâdémque ratione *Less. cit.* Marchant. *dub. 6. in.* & alii apud Diana *p. 3. tract. 6. resolut.* 48. imò jam communis Theologorum Hispanorum, & Italorum excusant à peccato milites in mari bellantes, cùm pulveri tormentario ignem injiciunt dissipandis & suis, & hostium navibus, quando id faciunt pro bono communi Reipublicæ, vel Ecclesiæ, scilicet hostes prædâ maximâ potiti, Rempublicam, vel Ecclesiam ampliùs impugnent, quin potiùs justam cladem patiantur: nam ut supra jam innui, propriè se non occidunt, sed pro Regis, vel Reipublicæ bono communi periculo mortis se exponere censentur fide militari, & authoritate publica, vel Regia potiùs, quàm privata.

IV. *Justitia Vindicativa.*

27 DAmnatus justè ad mortem, etsi non possit justè occidere seipsum, aut ad mortem suam cooperari directè aliqua actione, quæ per ministros justitiæ fieri potest, ut §. 1. dictum. Attamen.

28 I. potest, & debet cooperari ad mortem suam indirectè, quando ad illas actiones, quæ à ministris justitiæ fieri, vel suppleri non possunt, & ideò à ministris saltem implicitè præcipiuntur, utpote ad locum supplicii se conferre, scalas ascendere, collum ad ictum securis protendere, aperire os ad sumendum venenum à ministro propinatum &c. quia talis

lis censetur coactus potiùs, quàm voluntariè facere; imò potiùs passivè, quàm activè se habere.

II. Damnatus ad mortem fame subeundam po- 29
test cibis clanculum oblatis abstinere, quia talis ad mortem suam activè non concurrit, sed passivè tantùm se habens, justitiæ amore eam fortiter perfert, uti cum *Soto*, *Toleto*, *Sayro*, & aliis docet Laym. *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 15. *n.* 8. Ad id tamen non tenetur, sed cibos clam oblatos acceptare potest ipso jure naturæ, quo quis vitam suam tueri, quantùm valet, licitè potest: quin imò si talis esset injustè damnatus, per se loquendo teneretur comedere, sicut & in casu sequenti fugere, quia tunc justa causa non esset, vitam prodigendi, exceptâ causâ Martyrii, ut benè notat Tamb. sæpè cit. *lib.* 6. *Decal. cap.* 2. §. 2. *num.* 6.

III. Damnatus, vel damnandus ad mortem, etsi 30
via fugæ pateat, potest non fugere, & amore justitiæ, Sententiæ Judicis se conformare, juxta communem DD. apud citatos: quin imò talis mortem meritus ultrò se Judici, & Justitiæ exercendæ occasionem offerre non prohibetur, ut rectè docent Less. cit. *dubio* 6. Petrus Navarr. *lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 74. alii cum Laym. cit. *cap.* 15. *in fine*. At certè ad neutrum tenetur; sed licitè fugere potest, non tantùm ante Judicis latam Sententiam, nisi promiserit, vel juraverit se permansurum, sed etiam post latam à Judice sententiam mortis propriæ, gravissimi periculi declinandi causâ. Communis DD. cum S. Thoma 2. 2. *q.* 69. *art.* 4. *ad* 2. Laym. *aliique modò citati.*

31 IV. Quin etiam ad eum finem fugæ, licitè potest vincula & carcerem perfringere in foro conscientiæ: cui enim concessus est finis, etiam media ad illum finem necessaria concessa esse debent, ut docent *Navarr. Sotus, Less. & alii* apud Laym. *cit. lib. 1. tract. 4. cap. 15. n. 10.* Insuper in tali casu fugituro etiam alii consilium, vel instrumentum administrare licitè possunt; quia ordinariè licet alteri opem ferre ad id, quod ab illo licitè fieri potest: interdum verò obstat lex specialis id prohibens, idémque specialis obligatio ratione officii prohibet ipsos Judices, custodes, aliósque ministros justitiæ, ne in hoc reum adjuvare possint: & in hoc valdè cautè se gerere debent Confessarii. Nullis autem aliis licet fugituro cooperari ad violandam ipsam custodiam principalem, seu ad affringendum carcerem; quia publicam custodiam effringere, & violare per se est res gravissima, ac in foro externo crimen læsæ Majestatis, ideóque in foro conscientiæ solùm ipsi reo ratione gravissimæ necessitatis suæ propriæ declinandæ concessa, non autem aliis ut causis principalibus cooperantibus. Famulum autem, vel filium jussu parentis, vel heri captivi parietem fodientem in foro conscientiæ excusat Laym. *cit. c. 15. n. 10. fin.* Vide alios ab ipso citatos.

§. IV.

Nec denique se mutilare aliquo membro &c. licet.

32 ESt item communissima DD. & SS. PP. D. Augustini *lib. 1. de Civit. Dei cap. 20. & S. Thom.*

q. 64.

q. 64. art. 5. apud Laym. *lib.* 3. *tract.* 3. *p.* 3. *cap.* 1. *n.* 1. Ratio est: quia homo, sicut vitæ, ita & membrorum suorum non est Dominus, sed custos tantùm: solus autem Deus vitæ ac menbrorum Conditor, & Conservator, eorúmque Dominus absolutus est: ergò injuriam Deo infert, qui extra casum necessitatis, & non facta sibi potestate à Deo, membrum abscindit, vel mutilat, uti indicatui Can. Ap. 21. *si quis se ipsum mutilavit, ne sit Clericus, est enim sui homicidia, & Dei opificii hostis.* Deinde decreta specialia Ecclesiæ data sunt (ut in Concil. Nicæno *cap.* 1. *Can.* 1. & aliis allegatis in Decreto dist. 55.) adversus insanos sui mutilatores, & castratores ex falso, & nimis physico intellectu verborum Christi Matth. 18. *Si manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & projice abs te &c.* & cap. 19. *sunt Eunuchi, qui se ipsos castraverunt propter regnum cœlorum &c.* Quæ omnia non simpliciter & physicè, sed moraliter intelligenda sunt, scilicet de abscissione omnis occasionis peccati, etiamsi aliàs ita necessaria esset, sicut manus, pes, vel oculus. Item de voluntario firmo castitatis proposito, vel voto: quare SS. PP. graviter reprehendunt Originem, quòd se ipsum castraverit ob vitandam incontinentiam, maximè eò quòd versaretur inter puellas Amanuenses: quasi incontinentiam superaret membrorum mutilatio, & non magis fortis & constans voluntas; quæ etiam brutaliter sæviente carne fidam, firmámque in DEO stationem tenere potest, cùm nemo cogatur consentire. Et hinc ulteriùs additum.

I. *Ne castrare quidem ob vocis commodum.*

331. CElebris quæstio est, an saltem ob vocis suavitatem conservandã, indéque lucrum, vel necessariam sustentationem acquirendam liceat pueros (adeóque à parentibus, præsertim pauperibus filios) castrare, eósque volentes & consentientes Eunuchos facere, ídque periti Physici manu absque ullo periculo mortis? Nam cum periculo mortis nunquam licere ex se constat, & nolentes non posse cogi ad hoc à parentibus, vel dominis, omnes consentiunt, cùm ii non sint domini membrorum filii, vel servi.

34 II. Affirmant Salonius 2. 2. *quæst. 65. art. 1. Controv.* 1. Pasqualigus *decis.* 408. Tamb. *lib. 6. Decal. cap. 2. num.* 4. & non improbabile censent *Tannerus & Diana mox cit.* Ratio potissima est, quòd hæc videatur justa causa non deficere in Republica, imò in Ecclesia hos sonoros cantores ad Divinas laudes modulandas: & ista abscissio non notabiliter noceat ipsi individuo, quin compensari possit cum emolumento vocis, & lucro inde speratо. Accedit praxis saltem tolerata, præsertim in Italia.

35 III. Communis autem & vera est Sententia nostra negativa, non licere sub mortali. Ita Tannerus *tom. 3. disp. 4. q. 8. dub. 5. n.* 101. Laym. *cit. lib. 3. tract. 3. cap. 1. num.* 2. aliisque citatis Diana *p. 3. tract. 5. resol. 38. & p. 6. tract. 8. resol. 3*. Ratio universalis est, quia non licet homini aliquod membro se mutilare, nisi ob vitam conservandam

& non

& non ob aliam causam minùs necessariam, qualis in proposito assignatur: alioquin sequerentur multa inconvenientia. Quid si enim Rex, vel Princeps vellet meros habere eunuchos in aula sua, ut olim fuit, maximè apud Persas? Quid si vellet habere meros famulos elingues? an ob lucrum licebit se castrare, vel linguam sibi amputare?

IV. Accedit maximè, quòd id sæpissimè con- 36
junctum sit cum periculo peccati, & salutis: cùm enim etiam castrati, & quidem gravissimè titilentur, & incalescant, sícque remedio conjugii privati versentur in magno peccati, & salutis periculo. Nec est paritas de voventibus perpetuam castitatem: hi enim operi meritorio incumbentes, gratiâ Divinâ adjuti faciliùs resistunt; & si omnino in periculo incontinentiæ versentur ejusmodi sæculares, remedio dispensationis juvari possunt etiam ab Episcopo, cùm non est facilis accessus Romam: non item Eunuchi: maneat ergo sola exceptio nostra.

II. *Nisi ob vitæ propriæ, & totius suppositi conservationem.*

HAc sola causa licet se mutilare membro aliquo; 37
Comunissima DD. Toletus *lib. 5. cap. 6. Sa. v. homicidium num* 24. Less. *lib. 2. cap. 9. dub. 14.* Laym. cit. *num. 2.* aliisque citatis Diana *p. 5. tr. 4. resol. 32.* Ratio est: quia licèt homo non sit dominus vitæ, & membrorum suorum, est tamen custos; atqui prudens custodia vitæ, & ipse ordo Charitatis requirit, ut pro conservatione vitæ & totius hominis, ne scilicet totus homo intereat,

vel majus malum incurrat, exponatur, vel resecetur membrum aliquod, sive id proveniat à morbo intrinseco, v. g. cancro; sive à violentia extrinseca, ut si alioquin à tyranno occidendus sis, nisi amputes tibi membrum, aut concluſus brachio vel pede comburendus, ab equo discerpendus, vel protrerendus, nisi amputes illud membrum. Addit rectè Diana *cit. resol.* 32. iis casibus perinde esse, sive quis ipse sibi membrum resecet, sive alius de ejus consensu.

38 Insuper quando Medici ita necessarium judicant, & absque intenso dolore fieri potest, etiam obligabitur quis curationem sectionis admittere: id enim omnino exigere videtur obligatio naturalis conservandi vitam suam per media non multum difficilia, ut ex communi notat Lugo *disp.* 10. *de Justit. Sect.* 1. *num.* 31. Omnes autem consentiunt, neminem ad id teneri, quando intensus dolor futurus esset maxima ei incommoditas, ut si crus amputandum esset; cùm nemo teneatur media extraordinaria, & difficilia adeò adhibere ad vitæ conservationem. Excipiunt tamen communiter, nisi vita tua Reipublicæ, vel bono communi valdè sit necessaria. Sed practicè non urget; quia regulariter potest prudenter existimare alterum non minus aptum sibi successurum. Excipiunt etiam nonnulli Religiosum, qui obedire debet Prælato jubenti, ut hujusmodi sectionem membri necessariam, etsi dolorosam, sustineat. Sed probabilius negant alii cum *Lessio sæpè cit.* quia res adeò difficilis censetur meritò esse extra res contentas in Regula,

gula, in quibus Religiosi tenentur obedire, nisi fortè Religiosus omninò necessarius esset communitati, & medium illud omnino certum, & securum.

III. Pœnæ se ipsos occidentium.

39 Occisoribus sui ipsius præter pœnam fori divini, scilicet æternæ damnationis, etiam jure humano Canonico gravissimæ decernuntur pœnæ: nimirum privationis sepulturæ Ecclesiasticæ: & omnium suffragiorum Ecclesiæ, ut nec Missæ, nec Vigiliæ, imò nec commemoratio in Missa pro ipsis dicantur. *c. placuit* 23. *q.* 5. ex Concilio Bracarensi 1. c. 34. *Placuit, ut qui sibi ipsis voluntariè inferunt mortem per venenum, suspendium, præcipitium, &c. nulla prorsus pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum Psalmis in sepulturam eorum cadavera deducantur.* Similia habentur *c. quibus* 13. *q.* 2. Ubi tamen graviter observandum cum Laym. *cit. n.* 8.

40 1. Illos duntaxat qui voluntariè, & deliberatè se ipsos occiderunt, Ecclesiasticâ sepulturâ, & suffragiis privandos. Non ergò illos, qui ex amentia, furore, excessu melancholiæ hypocontriacæ seipsos occidunt: contingere enim solet, ut ejusmodi vehementissimæ passiones furoris, tristitiæ, ita animum & phantasiam hominis occupent, & usum rationis adimant, & hominem omnino insanum, amentem, & consequenter peccati, & pœnæ illi peccato decretæ incapacem constituant. Addit rectè Diana *p. 5. tr. 4. resol.* 30. neque eos, qui ex ignorantia invincibili, & bona fide (quam in hoc casu dari posse supra notatum est) se ipsos occi-

dunt in certo casu: adeoque sepulturâ Ecclesiasticâ privandam non esse puellam Virginem, quæ ad servandam pudicitiam se ipsam occidit, quia præsumi debet ex tali ignorantia invincibili, & bona fide fecisse.

41 II. Quando tamen constat, quòd sibi ipsi mortem intulerit, dubitatur autem, an deliberatè, an verò ex amentia, vel errore invincibili sit factum; jura significant, & Ecclesia observat, quòd talis sepulturâ, & Ecclesiasticis suffragiis privatus sit: quia sicut in aliis criminibus, ita etiam in hoc inspicitur factum externum per se malum, censeturque voluntariè admissum, & pœnâ statutâ dignum: nisi in contrarium adsit præsumptio; vel probatio; qualis præsumptio in contrarium esset, si homo probatæ vitæ, religionis, probitatis, ac scientiæ fuerat, quem nullo modo credibile, si tam horrendum facinus ab hominis natura, ratione, & maximè fide Christiana adeò abhorrens deliberatè admittere, vel in animum inducere potuisse. Item si ob antecedentem melancholiæ morbum hominem amentiæ, vel furori obnoxium; vel vicinum fuisse viri prudentes testentur.

42 III. Quando verò non constat, utrùm aliquis se ipsum occiderit, an verò ab alio occisus, vel casu præcipitatus; oppressus, submersus fuerit? ut si aliquis in puteo mortuus reperiatur; censeri non debet seipsum culpabiliter occidisse, vel præcipitâsse, nisi magna & evidentia ejus rei indicia vel conjecturæ antecessissent: quia non probat hoc esse, quod quandoque contingit abesse: ajunt Juristæ in *L. neque natales C. de probat.* IV.

IV. Etiamsi aliquis voluntariè sibi ipsi mortem 43
conscivisset: si tamen vera signa contritionis dedit, antequam expiravit, jam in loco cum consuetis suffragiis sepeliri potest, & si confessus, & absolutus fuit, etiam debere, communis Doctrina, & praxis est Ecclesiæ, teste *Laym. loco cit.* Quamvis in foro judiciali sæculari propter talem pœnitentiam non remittatur pœna legibus decreta: v. g. confiscationes bonorum, si reus delatus metu futuræ sententiæ sibi mortem confcivit, ut videre est *L. 1. & 2. C. de bonis eorum, qui sibi mortem consciverunt*: Ubi Antoninus Imperator distinguit inter eos, *qui conscientiâ delati, admissiq; criminis metuq; futuræ sententiæ, manus sibi intulerunt, & eos, qui dolore aliquo corporis, aut tædio vitæ, vel insania vitam finierunt: illorum bona* (ait) *à fisco vindicanda esse; horum non item, sed hæredibus relinquenda.*

IV. *Irregularitas ex mutilatione sui.*

QUocunque casu aliquis fit irregularis ex muti- 44
latione alterius juxta mox dicenda *Sect. seq.* etiam simili modo fit irregularis ex mutilatione sui ipsius, imo ad hoc minor pars sufficit, quàm ad illud; dato etiam non esse irregularem, qui alteri digitum, vel nasum amputat, vel alium castrat iniquè: certum tamen est apud omnes fieri irregularem, qui sibi ipsi iniquè v. g. ex ira, impatientia signum, vel nasum abscindit, vel se ipsum castrat, maximè prætextu castitatis tuendæ; quia est Zelus iniquus, & non secundùm scientiam, ut habetur *c. qui parte c. qui abscindit dist* 55. & communis DD. Sylvester, Navarr. Molina *disp.* 7. *n.* 7. ubi contra

contra Hostiensem rectè monet eam irregularitatem incurri, etiamsi factum occultum sit, & maneat. Insuper etiam incurrere eum, qui ad vocem conservandam se castrat, docet communis. *Sayrus, Suarez, Molina*, alii cum Diana *p.* 10. *tr.* 13. *resol.* 11. Non autem incurrere probabile censet *Castropal.* cum Tamburin. cit. *lib.* 6. *Decal. c.* 2. §. 3. *n.* 5. Ratio est: quia hic non facit ex indignatione, vel prætextu tuendæ castitatis, prout ad hanc irregularitatem incurrendam requirunt SS. Canones. Denique omnium consensu nullam incurrit irregularitatem, qui sibi vel alteri membrum amputat exigente necessitate ad conservandam vitam; quia hic nullum est delictum, ut supra patuit: nec est defectus lenitatis, cùm non fiat voluntariè, sed necessitate urgente. Attamen talis mutilatus irregularis evadere potest ex alio capite, scilicet ex defectu corporis, ut si manus, vel pes, imò & nasus totus amputatus sit.

SECTIO II.

De *Homicidiis voluntariis illicitis proximè, maximè physicè patratis, & sua irregularitate.*

SUMMARIUM.

46. *Homicidium simplex, & qualificatum quid?*
47. *Homicidia qualificata, seu speciales malitias habentia sunt I. parricidium (ad quod reducuntur matricidium, uxoricidium, fratricidium, sororicidium, aliorumque occisio usque ad quartum gradum, & regicidium &c.*

48. II. Su-

48. II. *Sacrilegium, seu occisio, vel etiam mutilatio, & percussio Personæ sacræ.*

49. III. *Latrocinium, assassinium, & proditorium, &c*

50. IV. *Veneficium*, naturale *quo quis veneno, & magicum, quo quis arte magica, & ope dæmonis occiditur.*

51. *Horum malitia specialis in confessione necessariò est explicanda.*

52. Vsque ad n. 55. *remissiùs & strictim explicatur homicidium in bello, seditione, rixa, duello.*

53. Vsque ad n. 61. *traditur, & explicatur modus examinandi in confessionali homicidam, & pœnitentiam injungendi.*

61. Vsque ad n. 66. *Enumerantur peccata reductoria ad homicidium sub quinto Præcepto prohibita, & examinanda; scil. ad occisionem cooperativa, inductiva, dispositiva, concomitantia, subsequentia &c.*

ASSERTIO II.

HOmicidium illicitum proximi, omnis nimirum voluntaria directa occisio, seu causatio vel procuratio mortis proximi innocentis; imò & nocentis privata authoritate facta, extra casum necessariæ defensionis inculpatæ tutelæ, citra controversiam est peccatum mortale gravissimum, contra universale naturæ & Decalogi præceptum, non occides, contra Justitiam cum obligatione restitutionis damnorum secutorum: irregularitate omnium gravissima, & quandoque excommunicationis pœnâ ipso facto incurrendâ: unde aliud simplex, aliud qualificatum; ut parricidium, sacrilegium, latrocinium, veneficium, adquæ referuntur proditorium & abortivum (accidentaliter tantum qualificatum) in bello, seditione, rixâ, duello, accuratè explicandum, & examinandum in confessione, magnâque prudentiâ pœni- 45

pœnitentia injungenda à Confessario. Hæc tota certissima partim jam constat ex latè dictis, partim constabit ex dicendis: pro nunc solum indiget explicatione terminorum.

§. I.

Homicidium simplex, & qualificatum.

46 HOmicidium simplex est occisio hominis communis, quæ neque ex parte hominis occisi, nec ex parte modi occidendi peculiarem deformitatem continet. Homicidum qualificatum est occisio hominis cum circumstantia speciem mutante, quæ scilicet vel ex parte hominis occisi, vel ex parte modi occidendi peculiarem aliquam deformitatem, & malitiam continet, ex parte hominis occisi qualificatur, & specificatur parricidium, & sacrilegium: ex parte modi occidendi latrocinium, & veneficium &c. quæ breviter explico.

I. Parricidium,

47 ESt voluntaria cædes ascendentium, & descendentium *L. un. C. de his, qui parentes vel liberos occiderunt*: ad quod reducuntur mariticidium, uxoricidium, fratricidium, sororicidium, aliorumque occisio usque ad quartum gradum: item ad parricidium reducitur regicidium, seu occisio Regis &c. qui Patres populi & Reipublicæ reputantur. Hoc homicidium qualificatur, & specificatur speciali malitia, vel deformitate contra virtutem pietatis, & observantiæ, adeoque duplicem malitiam in Confessione necessariò explicandam conti-

continet: eoque majorem, vel minorem pro majori vel minori conjunctione, vel eminentia personæ occisæ: atque in foro externo cæteris omnibus gravius punitur, de quibus videre potes aliis citatis Molin. *tr.* 3. *disp.* 26. *n.* 33. *c. latronem. c. quicunque &c. interfectores.* De paricidio, matricidio, & fratricidio vide plura apud Gratianum.

II. Sacrilegium.

48 Est occisio (etiam mutilatio, vel percussio &c.) voluntaria personæ Deo consecratæ in Clericatu, vel in Religione approbata professæ v. g. qualificatur, & specificatur speciali malitia contra virtutem Religionis, eoque graviori quo altioris dignitatis Ecclesiasticæ persona occisa fuit; quòd si enim fuit prælatus Ecclesiasticus, Regularis, ejus occisio insuper tertiam induit speciem, ac malitiam paricidii contra virtutem observanriæ Prælatis debitæ. Porro omnis occisor (sicut & mutilator) Clerici, etiam in prima tonsura constituti, etiam Laici, & Novitii in Religione approbata, ipso facto incurrit excommunicationem latæ sententiæ, *Can. si quis suadente.* Ad homicidium sacrilegum reducitur occisio, omnis mutilatio, omnisque effusio sanguinis in Ecclesia, vel aliis sacris locis', quo etiam ipsa Ecclesia polluitur. Item homicidium illicitum factum à Clerico, cui pœna depositionis decernitur in jure; non tamen ipso facto amittit officium, vel beneficium, sed per sententiam Judicis eo privandus est; ut notat Filliucius *tr.* 29. *c.* 6. *q.* 7.

III. La-

III. Latrocinium, & Proditorium.

49 LAtrocinium est homicidium factum prædandi causâ, & ex proposito: qualificatur, & aggravatur tantum ex speciali deformitate contra Charitatem & Justitiam, quòd quis ob res temporales alterius injustè comparandas, proximo vitam aufferat, pro qua conservanda etiam proprias res suas temporales exponere deberet. Quo revocatur assassinatus, cùm quis pretio conducit ad occidendum alterum, vel præmio conductus alterum occidit. Utrique ob specialem, & gravem deformitatem graves pœnæ decernuntur in Jure Civili L. *Cicero ff. de pœnis.* & in jure Canonico *c.* 1. *de homic.* 6. Decernitur pœna excommunicationis à conducto quidem ipso facto incurrenda; à conducente autem, vel mandante incurrenda, etiam ipso facto vel homicidio non secuto, quòd planè singulare est, & valdè notandum. Ratio gravitatis & pœnæ criminis est, quia magis ignoscitur illi, qui irâ, & inimicitiâ instigante hominem occidit, quàm qui pecuniæ cupiditate in alterius gratiam: & invasus plerumque imparatus est contra talem assassinum, quem nulla antecedente inimicitia suspectum non habet. Unde huc etiam revocatur homicidium proditorium, cùm quis hominem occidit ex insidiis, ut cavere sibi non possit: adimitur enim illi jus naturale se defendendi, ideoque specialem habet malitiam contra justitiam ex parte modi occidendi, quia nimirum ita vult occidere, ut etiam facultatem defendendi alteri adimat, gravitérque punitur in jure Civili L. *ult. Cod. qui accusari non possunt.*

possunt. Et etiam Jure Canonico proditoriè occidens privatur jure asyli in loco sacro: si tamen homicidium sit strictè proditorium, factum scilicet non solùm ex insidiis, sed sub specie amicitiæ fallendo occidendum, quemadmodum Joab occidit Abner, & Amasam *in lib. 2. Regum.* ut latè; & optimè probat Alexander Sperellus *decisionem fori Ecclesiastici decisione* 23.

IV. Veneficium.

DUplex est: unum *naturale*, quo homo in-50 scius veneno propinato, vel ministrato infitiur, & occiditur: & hoc solùm qualificatur prædicta speciali deformitate homicidii proditorii; & utroque jure specialibus pœnis punitur: plus enim est hominem interficere veneno, quàm extinguere gladio. *L. 1. t. de malefic.* Alterum *magicum*, quo arte magica, & ope dæmonis ex pacto expresso, vel tacito homo intoxicatur, & occiditur; de quo nimis nota & horrenda docuit experientia. Et hoc insuper tertiam & gravissimam malitiam ac speciem induit, scilicet superstitionis, & commercii cum dæmone contra Religionis virtutem, & contra primum Præceptum Decalogi, de quo ibidem suo loco jam dictum. Ad prædicta reducitur etiam procuratio abortûs fætûs animati: spectat enim quoad malitiam specialem aliquo modo ad homicidium proditorium; & quandoque specialiter ad parricidium, cum fit ab ipsis parentibus: non item ad sacrilegium, cum fit à persona sacra prægnante: mater enim tantùm, non item fætus, persona sacra est.

51 Homicidium ergò qualificatur specificè prædictis modis tanquam per circumstantias speciem mutantes & necessariò in Confessione explicandas: qualificatur enim, & diversificatut ex parte voluntarii tanquam per circumstantias notabiliter aggravantes, vel diminuentes malitiam homicidii, ideoque plerumque, consultò saltem, explicandas in Confessione. Unde aliud dicitur homicidium ex dolo, vel proposito malo, cùm quis directa voluntate, præmeditato, & mero libero, & malo voluntatis proposito occidit, ut in subita seditione, rixa, duello, de quibus mox: aliud dicitur homicidium ex culpa, & indirectè tantùm voluntarium, cùm quis, etsi directè non volens occidere, causam tamen ponit; vel non aufert, unde prævidet homicidium secuturum; idque non ordinariâ homicidii pœnâ, sed arbitrariâ, Judicis arbitrio secundùm proportionem culpæ seu negligentiæ punitur: aliud enim dicitur homicidium ex casu, & omnino involuntarium, quod sicut culpâ vacat, ita nullam pœnam meretur: de quibus omnibus infra seorsim.

§. II.

Homicidium in bello, seditione, rixa, duello. Remissivè.

52 *Bellum* est pugna multitudinis contra multitudinem externam publica authoritate institutæ: aliud est justum, quod legitima authoritate suscipitur, & geritur, aut defensivè ad necessariam defensionem contra injustum invasorem; aut offensivè ad justam vindictam injuriæ Reipublicæ, vel Principi

cipi illatæ: in hoc licita sunt homicidia necessaria ad dictos fines: illicita autem, & mortalia sunt homicidia etiam nocentium, dictos fines excedentia, ac innocentium omnium extra actualem pugnam, quæ latè explicata habes c. 1. *sect.* 2. Aliud est bellum injustum, quod nec necessaria defensio, nec justa vindicta exigit, sed sola habendi, vel sæviendi libido. Et in hoc omnia prorsus homicidia extra casum inculpatæ tutelæ sunt illicita, mortalia, & vera latrocinia: nec de his aliud dicendum superest.

§3 *Seditio* est pugna multitudinis contra multitudinem ejusdem Reipublicæ, vel communitatis: definitur in jure *tumultus populi concitati ad pugnam*; quo differt à bello, & à rixa, quæ actualem pugnam significant; illud multitudinis contra multitudinem extraneam: hæc paucorum contra paucos. Seditio autem non tantùm ipsam pugnam, sed etiam concitationem, & præparationem animorum ad pugnam civilem significat. Rarò potest esse justa, scilicet ob necessariam defensionem, vel justam vindictam: quia cùm utraque pars sit ejusdem Reipublicæ, lites eorum publicâ Justitiâ definiri debent, non privatâ pugnâ. Quòd si tamen in raro casu ex defectu Justitiæ publicæ justa esset seditio: homicidia in ea facta licita, vel illicita erunt eadem ratione, sicut in bello justo. Ordinariè autem est injusta ob dictam rationem; & sic omnia homicidia in ea facta illicita, & mortalia, simplicia, vel qualificata, juxta dicta.

§4 *Rixa* est pugna paucorum, vel singulorum contra paucos vel singulos. Definitur à S. Thoma 2. 2.

q. 41. *art.* 1. verborum contradictio orta plerumque ex ira, & procedens usque ad verbera juxta illud Proverb. 17. *vir iracundus provocat rixas*: ergò privatum quoddam bellum semper illicitum & mortale ex genere suo: unde ab Apostolo ad Galat. 5. numeratur inter peccata utique mortalia quæ à regno cœlorum excludunt: quia nimirum directè contrariatur Charitati, & paci & in effectu etiam Justitiæ. *Excusatur* tamen, & veniale fit, vel ob imperfectionem actûs, vel ob passionis vehementiam, animi indeliberationem; ac præcipitationem, vel ob parvitatem materiæ; ut cùm leviter, maximè pueri, vel fœminæ, aut rustici inter se pugnantur, ut ex communi notat Laym. *lib.* 2. *tr.* 3. *c.* 12. *n.* 1. In rixa ergo cordis iracundia, odia, rancores, oris contentiones, convitia, maledictiones operis, verberationes, vulnerationes secundùm rationem materiæ erunt peccata mortalia, vel venialia juxta dicta *tr.* 2. *c.* 6. *Sect.* 4. At verò ipsa homicidia deliberatè facta extra casum necessariæ defensionis semper sunt mortalia, simplicia, vel qualificata, juxta supra dicta pro ratione personarum occisarum vel modum occidendi. *Duellum* denique jam explicatum habes *cap. præced. Sect.* 4.

§. III.

Modus examinandi homicidium, & pœnitentiam injungendi.

55 Pœnitens simpliciter confitens homicidium à se voluntariè commissum nec aliter se explicans, ut peccati species vel gravitas dignosci possit, accuratè à Confessario examinandus est, de circum-

cumstantiis, præsertim sequentibus (quod hìc vides, in exemplo homicidii, si sapis, facilè applicabis in aliis peccatis, v. g. carnis generaliter tantùm confessis.)

I. *Qui*? seu persona occidentis.

AN sæcularis, an Clericus, Sacerdos, Religio- 56
sus? ut nimirum cognoscatur, an casus sit reservatus in Religioso? an irregularitatem contraxerit Clericus? an in irregularitate Sacerdos celebrârit? Clericus in sacris ministrarit? quoties &c. tunc enim (secluſa justa causa excusante) semper novum peccatum mortale est cum pœna suspensionis ipso facto incursa: imò si Clericus Clerici occisor, vel percussor, excommunicatus celebravit, vel communicavit, insuper nova irregularitas ex delicto violationis censuræ.

II. *Quid*? personæ occisæ circumstantia:

AUt ratione conjunctionis, an pater, mater, fi- 57
lius, uxor &c. tunc enim est speciale peccatum parricidii contra pietatem: aut ratione statûs; an Clericus vel Monachus? tunc enim est speciale peccatum sacrilegii contra virtutem Religionis cum excommunicatione Canonis: aut ratione dignitatis, ut si Episcopus, Archiepiscopus, Legatus, Cardinalis occisus sit? tunc enim est adjuncta specialis excommuuìcatio Bullæ Cœnæ.

III. *Quibus auxiliis*: *Quomodo*?

NImirum quibus & quot sociis assumptis ad ho- 58
micidium: tot enim erunt distincta peccata

scandali. Item an venenô, maleficiô, ex insidiis, proditoriè? tunc enim erunt homicidia qualificata jam supra ostensa. Item pro genere necis; an cum extraordinaria crudelitate? &c. erit enim hæc circumstantia notabiliter aggravans malitiam homicidii.

IV. *Ubi? Quando? Cur?*

59 AN in loco sacro? tunc enim erit sacrilegium locale, cum pollutione Ecclesiæ: an subitâ occasione ex improviso? an ex proposito, & præmeditato multo tempore? hoc enim sine dubio multò gravius peccatum est, & sæpè numero multiplicatum: si nimirum malignum occidendi propositum sæpiùs moraliter interruptum sit, ut docetur in materia de peccatis: quo spectat occisio in duello ex condicto, cui annexa est excommunicatio, sicut & in abortu. Denique ad quem finem, an ad prædandum, adulterandum, potiendum uxore occisi? &c. tunc enim accedent diversæ species peccati ex fine.

Exemplar pœnitentiæ Homicidæ injungendæ.

60 PAulus Comitolus in responsis moralibus *lib. 4. c. 11. n. 8.* de hac re ita scribit: *Homicidæ pœnitentia salutaris esset, veniam petere à propinquis occisi: iisdem omnia damna resarcire: pro anima defuncti per annũ tria præstare: singulis hebdomadis curare unam Missam celebrari; aliquam eleemosynam juxta homicidæ facultatem pauperibus erogare: Lytanias, vel Rosarium B. Virginis percurrere*

currere: præterea per eundem annum semel per hebdomadam confiteri, semel in mense communicare; & semper totâ vitâ quotidie unum Pater & Ave flexis genibus pro eadem anima occisi recitare. Hæc *Comitolus* apud Tambur. cit. *cap.* 3. §. 3. Sed hoc per modum exemplaris Confessariis proposuisse satis sit, ut ipsi in casu particulari pro sua prudentia addant, vel minuant juxta conditionem personæ pœnitentis, aliàsque circumstantias: regulam enim universalem pro omnibus tradere impossibile est, sed prudentis Confessarii judicio relinquitur. De Restitutione in hoc casu dicam seorsim Sect. ult.

§. IV.

Peccata reductoria ad homicidium sub quinto Præcepto prohibita, & examinanda.

QUinto Præcepto: *Non occides*: principaliter 61
prohibetur quidem omnis injusta occisio hominis, secundariò verò, & accessoriè etiam prohibita intelliguntur omnia voluntaria ad injustam hominis occisionem cooperativa; inductiva, dispositiva, post ipsum homicidium patratum hoc ordine examinanda in praxi.

I. Omnis ad injustam hominis occisionem vo- 62
luntaria mortis cooperatio positiva, negativa, directa, indirecta, utpote jussio, consilium, auxilium, permissio, aut ad ipsum homicidium directè, aut ad aliquid aliud, ad quod prævidet sequi homicidium: de quibus latè Sect. seq.

II. Omnia ad homicidium inductiva, & dispo- 63
sitiva proximè & ipso opere, quæ scilicet homici-

dium proximè antecedere, & concomitari solent. Utpote omnis proximi injusta percussio, vulneratio, mutilatio, tortura, præparatio insidiarum, amorum, veneni &c. sive dein talis actu intendat mortem, vel grave vitæ nocumentum proximi sive non: dummodo advertat, vel advertere debuerit inde secuturum periculum mortis, vel gravis nocumenti, semper est peccatum mortale contra quintum Præceptum; sumitque speciem peccati à termino, seu ipso homicidio, quod inde sequitur, vel sequi poterat, v. g. percussio, vulneratio, vel quævis violentia in patrem, matrem, Clericum &c. & induit rationem, & speciem parricidii, matricidii, & sacrilegii &c. & sic de aliis. Ratio est: quia media adhibita ad finem sumunt suam speciem, à fine ad quem sive ex natura sua, sive ex intentione operantis ordinantur.

64 III. Omnia ad homicidium inductiva, & dispositiva propinquè, & ore, utpote clamor, omnis contentio, rixæ, comminationes, irrisiones, detractiones, maledictiones, imprecationes, omnis contumelia, quæ propriè est exprobratio malorum culpæ, ut si quis dicatur fur, adulter, &c. & convitium, quod propriè est exprobratio malorum pœnæ, vel naturæ, ut si quis dicatur stultus, idiota, spurius: quæ quidem omnia secundùm se absolutè peccata sunt, aut generaliter contra Charitatem, aut specialiter etiam contra Justitiam prohibita octavô Præceptô; quatenus nimirum iis fama vel honor proximi injustè læditur: at verò quatenus fiunt ab eo, qui intendit, vel advertit periculum:

quod

quòd inde sequatur percussio, vulneratio, occisio, specialiter erunt peccata mortalia contra quintum Præceptum Decalogi, reducenda scilicet ad homicidium, juxta speciem suam, modo jam dicto de percussionibus; & consequenter in iis explicanda erit circumstantia intenti, vel prævisi periculi occisionis, vulnerationis &c. etiamsi exinde secuta non sint. Secundùm omnes.

IX. Omnia etiam inductiva, & dispositiva ad homicidium remotè, & corde, utpote omne odium, ira, vindicta, omnisque actus internus consilii, vel voluntatis pravæ ad occidendum hominem, est peccatum mortale contrà hoc quintum Præceptum Decalogi, prout declarat ipse Christus Matth. 5. *Audistis, quia dictum est antiquis, non occides, &c. Ego autem dico vobis, omnis qui irascitur fratri suo &c.* Ratio est: quia consentire in id, quòd est peccatum mortale, utique mortale est. Hic tamen nota per omnem modum, quando prædicta ad homicidium dispositiva, cordis, oris & operis concurrunt ad actuale homicidium, tunc (nisi aliquam specialem deformitatem contineant, ut contumelia, detractiones &c.) unum tantùm moraliter constituunt peccatum cum ipso homicidio, ut sufficiat confiteri ipsum homicidium commissum: reliqua enim dispositiva Confessarius facilè intelligit: at verò quando ejusmodi seorsim exercentur homicidio vel non intento, vel non prævisо, vel non secuto, aut impedito, tunc manent peccata seorsim; sicque seorsim confitenda erunt; juxta communem Doctrinam in materia de

peccatis : eorúmque distinctione numerica, & specifica.

SUBSECTIO.

De Irregularitate ex homicidio voluntario, & mutilatione.

SUMMARIUM.

67. *Ut irregularitas incurratur, debet homicidium esse,*
I. voluntarium, &
68. II. Liberum.
69. III. *Et quidem voluntarium* directè, &c
70. IV. Consummatum *effectu secuto.*
74. *Quæ mutilatio inducat irregularitatem?*
76. Vsque ad n. 82. *Quodnam sit aut censeatur proprie ipse membrum, cujus abscissio inducat irregularitatem?*

66 CErtum nimis est ex jure Canonico *toto titulo de homicidio*, irregularitatem omnium gravissimam ex delicto soli summo Pontifici dispensabilem, incurri ex omni homicidio illicito directè voluntario libero consummato : dico autem notanter :

67 I. Ex omni homicidio illicito *voluntario*, id est plenè deliberato, non enim tam gravi pœnæ seu oneri subjiciendus est homo, nisi ob actum illicitum perfectè voluntarium : hinc infans seu puer ante plenum usum rationis, dormiens, amens, furiosus, plenè ebrius &c. si occidat tempore carentiæ rationis (idémq; est de occidente ex motu primo vehementissimæ passionis, iracundiæ, terroris, usum rationis evertente) non erit irregularis, ut expressè habetur *c. furiosus. Clement. un. de homic.* neque ejusmodi ulla indigent dispensatione, quando

quando postea usum rationis resumunt. Insuper etiam pueros impuberes, quamvis usu rationis pollentes sive majores, sive minores septennio, nullâ censurâ, nullâque pœnâ (qualis etiam est hæc irregularitas ex delicto) ab Ecclesia affici, generaliter docent graves DD. & in specie generaliter ex delicto *Joan. Sanch. Castropal. aliique citatis* Diana *p. 3. tr. 6. resol. 88. & p. 11. tr. 2. resol. 58.* Tambur. *hic p. 2. lib. 10. tr. 4. c. 4. §. 3. fin.*

II. Ex homicidio *libero:* excluså scilicet vi, vel 68
metu gravi extrinseco: occidens enim ex metu gravi cadente in constantem virum ab extrinseco incusso v. g. propriæ mortis, vel damni gravis; etsi adhuc graviter peccet contra Legem DEI, adhuc enim voluntariè, cùm metus voluntarium non tollat; non tamen incurrit irregularitatem ex delicto, sicut nec excommunicationem, vel aliam censuram, fortè pro tali casu latam: ut cum Leandro, & aliis docet Tambur. cit. *lib. 10. tract. 1. de excommunic. c. 2. n. 2. & 7.* Ratio est: quia præceptum Ecclesiasticum non obligat cum tanti mali periculo, ut latiùs docetur in materia de Legibus. Qua ratione etiam vidi liberari ab irregularitate ex defectu lenitatis militem Cæsareum, qui neminem occiderat ex hostibus, nisi in uno conflictu; alioquin ipse occidendus à comilitonibus.

III. Voluntario *directè:* homicidium enim vo- 69
luntarium simpliciter inducens irregularitatem illam ex delicto gravissimam Episcopo non dispensabilem, debet esse directè, & in se voluntarium, volendo illud immediatè in se, aut saltem in causa proxi-

proxima applicatâ: ut si etiam sine expresso animo occidendi ictum sclopi, vel gladii in adversarii pectus conjicias, qui enim causam tuam proximam mortis vult, nisi amens sit, vult etiam ipsam mortem. Quòd si tamen supponas aliquem verè coram Deo, sive propter ignorantiam, sive stultitiam, vel aliam causam non advertisse ad mortem secuturam, nec de illa ullo modo dubitâsse, certè coram DEO, & in foro conscientiæ nec homicida, nec irregularis erit: attamen in foro externo talis omnino pronuntiabitur & voluntarius homicida, & irregularis, ut cum aliis benè observat citatus Tambur. *tr. 4. c. 15. §. 7. n. 1.* Quotiescunque ergò quis directè nullo modo intendit, & vult homicidium, sed aliud opus tantùm, ex quo sequitur homicidium, jam non erit homicidium simpliciter voluntarium inducens hanc gravissimam irregularitatem, sed dicetur, homicidium casuale mixtum, leviorem irregularitatem inducens, ab Episcopo dispensabilem.

70 IV. Ex homicidio *consummato, seu effectu secuto*, non enim incurritur irregularitas ulla, si quis solùm vulneret, aut quomodolibet occidere intendat, & intentet, si mors non sequatur (idémque est de mutilatione.) Ratio est: quia pœna decreta in jure ipso facto incurrenda, non incurritur, nisi propter delictum consummatum, & non attentatum tantùm. Communis DD. cum Filliucio *tr. 20. c. 1. q. 3.* Etsi contra sentiant singulariter Hugolinus, & Majolus, eo quòd in gravissimis delictis attentatio eandem pœnam sortiatur *L. Divus. ff. de*

ff. de sicariis. Sed hoc solùm verum est de pœnis corporalibus, & civilibus, non item de pœnis spiritualibus, & Ecclesiasticis, qualis est irregularitas; de qua speciatim habetur in jure, quòd non incurratur, nisi in casibus ipso jure expressis: exprimitur autem homicidium consummatum tantum, & non attentatum solum.

71 At, quid si quis ante mortem secutam jam pœnituit? v. g. venenum propinavi meo adversario, vel illum lethaliter vulneravi; sed antequam is moreretur, valida contritione me pœnituit facti: imò media diligentissimè adhibui, ne moreretur, mortuus est tamen, sùmne irregularis? R. es sine dubio: quia ejusmodi pœnitentia coram Deo tuam delevit culpam, non autem abstulit dispositionem Ecclesiæ volentis homicidas ab Altari repellere. Lege Suarez *de cens. disp.* 44. *Sect.* 3. Coninch. *disp.* 18. *dub.* 8. *Filliuc. cit. & alios passim.*

72 At rursus inquis: Occidi omninò voluntariè hominem, sed planè invincibiliter ignoravi, ideò incurri irregularitatem, sùmne tamen irregularis? R. Omnino es. Ita (contra aliquos RR.) communis DD. *Suarez Sanch.* aliisque citatis Bonacinà *de cens. disp.* 7. *q.* 1. *prop.* 3. *n.* 4. Tambur. *cit. c.* 4. §. 5. *n.* 13. Ratio est: quia irregularitas hæc ex delicto, maximè homicidii, non est tantùm pœna (sicut excommunicatio, aliæque censuræ, ideò secundùm communem non incurrendæ ab ignorantibus illas) sed etiam est indecentia, inhabilitas, & impedimentum Canonicum, quo affectus non potest licitè Sacros Ordines suscipere, vel in susceptis

ſceptis miniſtrare: atqui impedimentum Canonicum, etiam in pœnam inſtitutum, incurritur, etiamſi neſciatur; ut manifeſtum eſt in impedimentis dirimentibus Matrimonii, v. g. impedimentum affinitatis ex copula fornicaria cum conſanguinea ſponſi in primo, vel ſecundo gradu ante Matrimonium contractum, licèt conſtitutum ſit in pœnam delicti fornicationis illius, quia tamen ſimul eſt indecentia, ideóque impedimentum perpetuum, omnino incurritur, etiamſi ſponſus ignoraverit, aut ignorantia facti illam eſſe conſanguineam ſuæ ſponſæ, aut ignorantiâ juris, nimirum ex illo debito oriri impedimentum dirimens ab Eccleſia annexum, ut apud omnes in confeſſo eſt.

II. *Irregularitas ex mutilatione.*

73 HOmicidio voluntario quoad irregularitatem contrahendam æquiparatur mutilatio *ipſo jure c. 1. de Clericis pugnantibus in duello. & ult. de homicid. 6.* adeo ut ſicut ex homicidio injuſto voluntario ſeu caſuali incurritur irregularitas ex delicto, ſic ex ſimili injuſta voluntaria, vel caſuali mutilatione, & ſicut ex homicidio juſto à miniſtro juſtitiæ incurritur irregularitas ex defectu lenitatis, ita ex eadem ſimili mutilatione juſta. Quare omnia dicta, & dicenda de irregularitate ſecuta ex morte, pariter intelligenda ſunt de irregularitate ex ſimili mutilatione; nam propterea ſæpiùs utramque comprehendimus ſub uno nomine *deformationis*. Unum tamen & alterum diſcrimen eſt inter irregularitatem ex homicidio, & ex mutilatione quoad

quoad dispensationem, ut patebit suo loco in fine capitis. Duo tantùm hîc breviter explicanda sunt.

I. *Quid est mutilatio inducens Irregularitatem?*

74 MUtilatio est sola abscissio, seu realis separatio membri propriè dicti à corpore viventis; adeò, ut nec mutilatio propriè dicatur, nec hanc irregularitatem incurrat, qui solùm vulnerat, secundùm omnes; aut membrum aliquod frangit, aridũ, vel inutile reddit, etiam totaliter, v. g. manum, pedem &c. contundendo, qui visum, vel auditum, imò rationis usum alicui tollit: dummodò membrum nullum amputet, vel physicè separet, quamvis gravissimè peccet. Ita Communis DD. apud mox infra citandos. Ratio solida est: quia nulla est adstruenda, vel inducenda irregularitas, nisi in jure exprimatur, seu adsit expressè jus ita decernens: atqui jura irregularitati solùm subjiciunt physicam ac realem mutilationem, abscissionem, amputationem, detruncationem membri; nullibi autem solam debilitationem, seu moralem æquivalentem tantùm amputationem: ubi enim illud jus, Canon, vel textus? ergo.

75 Non ergo audiendi *Majolus* simpliciter contrarium tenens, & Suarez *disput. 44. de cens. Sect.* 2. cum limitatione: si nimirum membrum omnino arefactum, nihil ampliùs juvat in corpore, eò quòd tunc moraliter, & æquivalenter censeatur moralis amputatio, & paria sint, aliquid non esse, atque omnino inutile esse: ideóque pari pœ-

na

na plectenda ubicunque: ac idem reputetur in jure Civili uxorem non habere maritum, & habere inutilem: & in jure Canonico *cap. 2. de translat. Episcop.* Prælatum Ecclesiæ inutilem, & nullum esse. Hoc quidem verum est speciali fictione juris, idque quoad aliquos effectus, certè non omnes; at verò pro irregularitate nullibi simile aliquid jura finxerunt: ergò nec fingendum à nobis; cùm omnis irregularitas debeat esse in jure expressa, ut dictum.

76 *Dices.* Qui ita debilitat, ac inutilè reddit alterius membrum, v. g. manum, pedem, brachium, oculos &c. ipsum alterum irregularem reddit ex defectu corporis: atqui alterum irregularem reddens, & ipse irregularis fit: ergo. Falsissimum est assumptum: nam qui filium spurium generat, illum irregularem reddit: & judex condemnans reum de infamia, ipsum irregularem reddit: *illi* tamen irregulares minimè fiunt; secundùm omnes; falsum est ergo, omnes irregulares fieri, qui alios irregulares reddunt.

II. *Quid membrum propriè, cujus abscissio irregularitatem inducit?*

77 MEmbrum propriè est pars corporis viventis aliqua principalis peculiarē in homine functionem vitalem obtinens, seu proprium distinctum munus gerens in corpore tanquam instrumentum propriæ & distinctæ operationis: ut manus tangendi, pes ambulandi, oculus videndi &c. juxta illud Apostoli ad Rom. 12. *in corpore multa membra*

bra habemus, non autem omnia membra eundem actum habent. Et hinc breviter resolves.

I. Certum est apud omnes, oculos, aures, nares, nimirum totum instrumentum visûs, auditûs, & olfactûs, linguam, manus, pedes, membrum martiale, esse membra propriè dicta, atque ejusmodi membra detruncantem contrahere irregularitatem: quia hæc patenter actum & operationem distinctam habent. His (*contra Dian. & alios*) *Suarez cit. Sayrus, Valentia*, & alii meritò addunt mamillas mulieris; quia secundùm Aristotilem, Galenum, & communem sententiam in iis sanguis convertitur in lac ad nutriendam prolem, quæ operatio distincta magni momenti est: mamillas autem viri non habere operationem distinctam omnes videmus: ideóque qui illas in se, & in alio (sicut & aliam partem carnis in genis, brachio, crure, tibia) amputaret irregularem non fore, omnes ferè consentiunt. 78

II. Certum est, capillos, barbam, dentes, labia, supercilia, digitos, nervos, & testiculos seorsim, non esse membra distincta, ideóque ejusmodi aliquod amputantem, vel evellentem, non contrahere irregularitatem. *Communis DD.* mox citandorum. Ratio est: quia hæc nullam propriam distinctam operationem habent, sed vel sunt ad solum hominis ornatum, vel ad actum secundatiò coadjuvant, vel insunt ad aliqua munia communia, vel secundaria, ut intuenti patet. Dixi autem *digitos & testiculos seorsim*; nam omnes digitos unius manus amputans, de quo mox iterum, 79

vel utrumque teſtem iniquè reſecans, irregularitatem non effugit: nam uno ſolo deficiente non tollitur generandi uſus; tollitur autem deficiente utroque, Sed de hoc vide dicta ſupra *c. prac. ſub finem.*

80 III. Inſuper auriculam externam, ſeu carthilaginem externam, non aurem, id eſt, totum audiendi membrum; item naſum externum, non nares; id eſt, totum olfaciendi organum, non eſſe membrum propriè, ideòque eorum amputationem non inducere irregularitatem, docet ſatis communis DD. cum Navar. *c.* 27. *n.* 206. *Molina*, *Avila*; *Filliucius* aliiſque congeſtis Diana *p.* 4. *tract.* 2. *reſol.* 16. *&* Tambur. *hic c.* 15. §. 16. *n.* 18. Ratio eſt: quia auricula externa colligendo aliqualiter ſonos, & naſus colligendo, & ſtipando odores, ſecundariò ſolùm, & minus principaliter adjuvant ad audiendum, & olfaciendum, non omninò neceſſariò; cùm etiam ſine illis audire poſſis, & olfacere, etſi difficiliùs. Sententia omninò probabilis, & tuta in praxi. Attamen *Sotus*, *Suarez*, *Layman. cit.* meritò cenſent ſententiam oppoſitam affirmativam eſſe conformiorem SS. Canonibus, nimirum etiam amputantem iniquè naſum, auriculam, imò unum digitum, vel teſticulum, fieri irregularem; cùm SS. Canones abſolutè mutilationem appellare videantur, abſciſſionem cujuscunque partis organicæ, ob quam corpus humanum abſolutè ſua integritate privetur; & imperfectum, ſeu mutilum reddatur; ac proinde eo caſu ſaltem pro ſecuritate conſultum ſit petere diſpenſationem.

IV. Quid

IV. Quid ergo de amputante solùm aliquam 81
partem membri propriè dicti, eritne semper ab irregularitate immunis? Placet hîc Regula tradita à Tamburino proximè citato *num.* 21. quando tanta, & tam notabilis est mutilatio partis membri, ut ratione ejus amputationis id, quod remanet, absolutè non possit dici ampliùs membrum, aut simpliciter & physicè non possit habere illum usum, ad quem à natura institutum est, ut si cui omnes quinque digiti à manu amputentur, aut tres digiti cum dimidia manu, toties erit amputatio membri afferens irregularitatem: si secus, non erit. *Ratio Regulæ est*: quia tantæ partis amputatio est vera, & absoluta ambutatio membri; cùm resecetur id, quod principaliter facit ad usum membri; at talis non est amputatio digiti, auriculæ, nasi &c. At certè talis esset, si quis alterius pollicem simul & indicem detruncaret; ex hoc enim manus nimis notabiliter, & ferè in toto fit inepta ad munus suum exercendum. Idémque est de eo, qui tres digitos minores unà cum parte manus correspondente abscinderet: qui alicui omnes dentes excuteret &c. Tamb. *ibid. num.* 23. At quid de eo, qui alicui non habenti ampliùs manum, vel pedem abscindat brachium, aut tibiam? Certè talem non fore irregularem, docent aliqui apud eundem *num.* 9. eò quòd non videantur habere peculiarem usum: id tamen rectè rejicit ipse: cùm brachium, tibia, crus, sint magna pars membri serviens ad eum usum. Sed de his utique satis.

SECTIO. III.

De homicidiis voluntariis moraliter causatis, per mandatum, consilium, cooperationem quamcunque: & sua irregularitate.

SUMMARIUM.

84. *Quis dicatur* mandans, *& quis* consulens homicidium.

85. *Differunt hi in hoc 1. quòd* mandans *alicui homicidium, eo facto, nihilominus incurrat irregularitatem, etsi alter sine ejus mandato tamen certò occidisset; non sic* consulens, *&*

86. II. *Quòd contra* mandans *mandato suo sufficienter revocato, à reatu homicidii, & irregularitatis secum sit, etsi nihilominus alter homicidium exequatur; non sic* consulens *revocato suo consilio, tamen*

87. *Et hic quoque consilio suo sufficienter revocato, aquè probabiliter, & ab irregularitate, & ab onere restitutionis immunis erit, si homicidium nihilominus sequatur.*

88. Vsque ad n. 92. *resolvuntur dubia specialia de mandante homicidium, quoad irregularitatem.*

92. *Pariter* Vsque ad n. 97. *circa eandem irregularitatem resolvuntur varia & specialia de* consulente *homicidium.*

97. *Peccatum homicidii contra justitiam cum onere restitutionis, & irregularitatem incurrit* omnis, & solus ille consentiens, *qui consentit in homicidium sub nomine & intuitu patrandi tantùm, effectu secuto.*

98. *Non verò, qui nudè consentit in homicidium sine ullo suo intuitu patrandum, aut etiam suo intuitu jam patratum, approbando &c.*

99. *Omnis etiam* auxilians positivè *quomodolibet, sive propriis manibus percutiat, vulneret &c. sive alio modo juvet, præter peccatum homicidii insuper obligationem restitutionis, & irregularitatem incurrit.*

100. Vsque ad n. 105 *resolvuntur varii casus, quando plures sive simul, sive successivè eundem vulnerârunt, postea mortuum &c.*

105. Vsque ad n. *109. Quando fiant, vel non fiant irregulares, qui occisuro dant, vel vendunt arma, pharmaca, venenum &c.*

109. *Quid de eo, qui se associat, assistit, vel comitatur occidentem? &*

110. *Quid de illo, qui occisuro indicat, vel prodit occidendum?*

111. Vsque ad n. *116. Obligati ex Charitate tantùm impedire homicidium, & quacunque de causa, etiam ex odio, vel vindicta, non impedientes tantùm, merè negativè se habendo, solùm permittendo, nec obligationem restitutionis, nec irregularitatem, nec alias pœnas incurrunt.*

116. *Bene verò obligati ex justitia impedire, si non impediant;*

118. *Qui omnes præter homicidii, & restitutionis reatum probabiliùs etiam irregularitatem incurrunt.*

119. *Regula probabilis Recentiorum.*

120. Vsque ad n. *124. afferuntur exempla varia puræ omissionis.*

124. Vsque ad n. *128. afferuntur exempla alia omissionis non puræ.*

COoperationes ad homicidium injustum volun- 82
tarium, seu directè volitum, & intentum, quemadmodum ad quodvis aliud damnum injustum proximi, vulgò numerantur novem vulgatis versibus comprehensæ: *Jussio Consilium &c.* ex professo latè explicatæ in materia de Restitutione *tr. 4. c. 3. Sect. 1. per totum*, sed hìc necessariò percurrendæ, & ad casus particulares, maximè quoad irregularitatem incurrendam applicandæ sunt, sit

ASSERTIO IV.

83 *OMnis alteri ad occisionem hominis voluntarii, directè, quovis modo positivè vel negativè cooperans, etiam non secuto effectu, absque controversia peccat mortaliter contra Justitiam, vel saltem contra Charitatem: at effectu secuto, semper contra Justitiam cum obligatione restitutionis, & irregularitate contracta. Mandans, mandato ante effectum non revocato. Consulens alioquin non futuro, probabiliùs etiam consilio revocato. Consentiens in homicidium suo nomine patrandum tantùm, non aliter. Auxilians positivè quovis modo. Etiam non impediens, cùm ex Justitia teneretur; secus est, si ex Charitate tantùm, dummodò omissio pura sit.* Hæc Assertio quoad rationem peccati mortalis generatim nimis manifesta ex generali doctrina de scandalo, & cooperatione ad peccatum alterius, de quo fusè jam *supra c.* 1. Quoad peccatum contra Justitiam & restitutionem, patet ex aliis dictis generalibus *de Restitutione.* Utrumque tamen hic semper comprehendam sub nomine *homicida* & *irregularis;* quocunque enim casu in homicidio peccatur contra Justitiam cum obligatione restitutionis, etiam incurritur irregularitas, & econtra; excepto uno & altero raro casu, quos suis locis diligenter narrabo. Quoad irregularitatem autem incurrendam à verè cooperantibus ad homicidium constat claro Jure toto *c. sicut dignum de homicid.* De hac ergo potissimùm specialia explicanda sunt.

§. I.

§. 1.

Mandans &c. Consulens &c.

MAndans dicitur, qui jussu, & authoritate 84
movet, & impellit ad homicidium suo ipsius mandantis nomine, & intuitu patrandum. Consulens verò dicitur, qui suasu vel rationibus alterum movet ad homicidium sui ipsius, cui consulitur, intuitu & commodo patrandum: eóque differunt mandatum, & consilium, quòd mandatum fiat in gratiam mandantis, consilium verò fiat in gratiam & commodum alterius, cui consulitur, ut optimè declarat Bartholus in L. *non solùm* ff. de Jejuniis, ab omnibus receptus, dicens: *Mandator dicitur ille, qui mandat delictum committi propter se ipsum mandantem & ad satisfaciendum voluntati suæ. Persuasor dicitur ille, qui persuadet alicui propter ipsum, cui fit persuasio, & ideò non curo, quibus verbis utatur, sive dicat, mando, sive rogo sive quibuscunque verbis.* Hæc ille. Et hinc licet generaliter certissimum sit, & mandantem, & consulentem, seu suadentem & consulentem, seu suadentem malitiosè homicidium, effectu secuto, esse verè homicidam, & irregularem, ex claro textu cit. Item censuras & pœnas aliàs tali homicidio decretas incurrere, v. g. excommunicationem, si occisio sit Clerici, fœtus animati, aut facta in duello. Duplex tamen est differentia in Assert: expressa.

1. Differentia.

85 SI alicui mandes, ut hominem occidat, & ille acepto mandato in gratiam tui ipsum occidat, licèt is jam antea conceptô occidendi proposito, etiamsi tu nihil mandâsses, nihilominus certò hominem occidisset, tu tamen irregularitatem non effugies. *Ratio est:* quia mandatô tuô effecisti, ut jam in tuo nomine homicidium patratum sit, tibique ut causæ imputetur, quòd aliàs alieno libitu factum fuisset. Quòd si verò alicui suadeas homicidium, jam antea ad occidendum omnino resoluto, & determinato per se ipsum, ut nihil omnino tuô consiliô in proposito confirmatus fuerit, tu ab irregularitate immunis eris, & solus alter occidens incurret; quia nimirum tuô consiliô factô non in tui, sed alterius gratiam, jam aliàs certò occisuri, nihil omninò effecisti, neque ad occisionem effectivè concurristi: ut communiter notant *DD.* Quòd si tamen ille antea propositum non omnino determinatum concepisset, quod tu maligno consilio tuo magis confirmâsti, certè irregularitatem non effugies, quia jam causa fuisti, ut homicidium fieret, alioquin fortè non futurum. Si dubites, an tuo consilio ipsum permoveris, nec ne, secutô homicidiô, te irregularem fore non dubites, ut dicam in *Subsectione*. At ais, fateor ex meo mandato, consilio, suasu, Titius occidit Cajum inimicum, ac si ego non consuluissem, vel mandâssem, certò consuluisset, vel mandâsset alius: súmne tamen homicida, & irregularis? Ita, ne dubites: sicut esset alius, loco tui consulens, vel mandans, quia nunc

tu defacto moraliter ad occisionem concurristi, & sicut, si tu aliquem physicè occideres, quem tamen te non occidente, certè occideret alius, non ideo vitares notam homicidæ, & irregularis, ita etiam, si moraliter mandato, vel consilio occidisti.

II. Differentia.

EContra verò, qui mandatum alteri datum, ante ejus executionem seriò revocat, expressè, vel tacitè, dummodo revocatio ad notitiam mandatarii pervenerit, à reatu homicidii, & irregularitatis securus est, etsi nihilominus alter homicidium exequatur, quia nimirum mandato in ipsius mandantis gratiam facto, seriò revocato, si alter nihilominus occidat, non potest ampliùs censeri executio mandati, vel mandantis nomine factum homicidium, sed alterius malit.osi proprio nomine & motu commissum; revocatione enim tui mandati alteri cognita, nihil tui consensûs in ipso remanet. Idque verum censet Tambur. hic sæpè cit. *l.* 10. *de cens. tr.* 4. *c.* 15. *n.* 9. etiamsi fictè solis verbis, tamen sufficienter significantibus, revocaveris. Quando enim tua fictio (ut supponimus) mandatario non est cognita, ipsa verba externa sunt sufficientia ad extinguendum in ipso tuum mandatum. Cæterùm si revocatio tui mandati non pervenit ad mandatarium, isque occidat, te fore irregularem, non est dubium; quia tunc tuum mandatum, adhuc remanens in mandatario, revera est causa mortis alterius, ut in simili, & alia plura mox dicam in specialibus mandantis. At verò, qui alteri maligno consilio persuasit, ut ho- 86

minem occidat, solùm movendo voluntatem, hortando, instigando, sive etiam movendo intellectum rationibus propositis, v. g. indecorum esse non vindicare talem injuriam &c. etiamsi postea seriò revocet consilium, & rationes suas refutet, alter autem sibi ampliùs persuaderi non sinat, sed homicidium consummet, suasor etiamnum irregularitatem incurret: quia nimirum consilium factum est in gratiam occisuri, velut motu ipsi impresso per adhortationes, & rationes propositas, ut in sui commodum occidat, aliàs non occisurus, adeoque quantumvis postea revoces nihilominus causa homicidii secuti censeberis: neque enim in tua potestate est, motum illum maligni consilii alteri impressum in sui commodum, revocare, nisi alter acquiescere velit. Quemadmodum, qui jam sagittam emisit, lapidem projecit, venenum propinavit occidendi causâ, quantumvis interim anteoccasionem revocet, & pœniteat, atque à peccato absolvatur, nihilominus secuto homicidio irregularitatem, imò & excommunicationem, & alias pœnas incurrit. Ita communiùs, & tutiùs docent graves DD. Navarr. *c.* 27. *n.* 33. Tolet. *lib.* 1. *c.* 85. Less. *lib.* 2. *c.* 13. *dub.* 3. *n.* 17. Mol. *tom.* 3. *tr.* 2. *disp.* 731. & probabiliorem censet Laym. *lib.* 1. *tr.* 5. *p.* 2. *c.* 5, *n.* 7.

87 Nihilominus æquè probabilis, & tuta videtur opposita sententia, etiam multorum, & gravium DD. Innocent. *in c. ad audientiam S. Antonin. Sylv.* alii cum Petro Navarr. *lib.* 3. *c.* 4. *n.* 27. Filiuc. *tract.* 20. *c.* 2. *q.* 3. & probabilem putant Less. *cit.*

cit. & Dian. p. 3. tr. 5. resolut. 84. & p. 2. tr. 2. resol. 14. Et valde probabilem censet *ipse Laym. modò cit.* Nimirùm talem consulentem, postquam consilium suum seriò revocavit, & nihil prætermisit, quæ ad dissuadendum, & impediendum homicidium necessaria videbantur, &, si alterum videat perseverare in eadem voluntate, alium neci destinatum moneat, ut sibi caveat, quòd certe tenetur (saltem ex Charitate) postea nihilominus secuto homicidio, immunem esse ab irregularitate, & consequenter etiam ab onere restitutionis (& secundùm communissimam etiam ab excommunicatione in casu, quo incurrenda esset) *Ratio est*, quia talis fecit, quantùm potuit, ut malum suum consilium everteret, & destrueret, adeoque executor tunc non debet censeri ejus consilio fuisse impulsus, sed potius suâ malitâ, & pertinaciâ. Alia longè est ratio de sagitta, lapide, veneno, in exemplis allatis, quia hæc sunt causæ naturales, quæ scil. applicatæ, naturaliter, & necessariò operantur, quantum possunt, quas proinde impedire non est omninò in nostra potestate. At verò alieno consilio persuasus ad occidendum, vel quodvis aliud malum patrandum, est causa moralis & libera, quæ contrariis rationibus potest à concepta semel sententia dimoveri, & in malis debet; quare si dissuadens faciat, quod potest, alter verò dissuasionem non recipiat, effectus secutus illius malitiæ, non suasoris adscribi debet. Ego huic sententiæ in foro conscientiæ omnino acquiesco.

Spe-

Specialia de mandante homicidium.

88 I. Mandans homicidium irregularitatem contrahit, quoties ex vi mandati sui homicidium ab ipso intentum, saltem quoad substantiam secutum fuit, etiamsi mandatarius modum ab ipso præscriptum non servet, v. g. mandâsti Titio occidere inimicum tuum, tali loco, tali die, tali medio, cum sclopeto, ipse autem occidit alio loco, alio die, alio medio v. g. veneno &c. certè irregularis es, quia tua jussio substantiam posuit mortis. Contra: tu mandâsti Titio, ut occideret Petrum, ipse verò per errorem occidit Paulum: certè irregularis non es, quia ad occisionem Pauli tu nullum consensum posuisti, illudque homicidium minimè à te fuit intentum, imò nec prævisum; atque ita declaratum fuisse in S. Congregatione Cardinalium refert *Farinac.* apud Tamb. §. 8. n. 19. *cit.* & habetur in novissima editione Conc. Trid. *Sess.* 14. *c.* 7. *de Reformat.*

89 II. Certum est ex dictis, te non fore irregularem, nec homicidam, quando certò constat, mandatarium ex tuo mandato nec fuisse omninò motum ad occisionem patrandam, nec factum esse animosiorem, vel severiorem ad occidendum, sed prorsus eodem modo & motu occidit, ac si tu non mandâsses. At verò; si de hoc non constet, sed dubium sit, te fore irregularem, constabit ex dicendis in subsect. At rursus: quid si ignores, an mandatarius hoc tuum mandatum acceperit, seu acceptaverit, vel non, an verò recusaverit, occidit enim nullo signo dato mandati tui repulsi, unde tu

nescis,

neſcis, an ex tuo mandato, an verò ex alterius, vel propria voluntate, v. g. ob acceptam injuriam is hominem occiderit, erisne adhuc irregularis? R. quod ſic Navar. *c.* 17. *n.* 23. Joan. Præp. *q.* 5, *de irreg. dub.* 8. *n.* 63. & alii cum Tamb. *cit.* §. 8. *n.* 12. Ratio eſt: quia dum mandâſti homicidium, jam cogitâſti, vel ſaltem ſuſpicatus es, illud patrandum à mandatario, & tamen illud non caviſti revocando mandatum, ut debuiſti: ergo adhuc teneris ex mandato, ſemper enim quis tenetur ex mandato, quando illud, re integra, expreſsè, vel tacitè non revocat; aliud eſt, ſi mandatarius poſt longum tempus, poſtquam novit te in amicitiam rediiſſe cum illo inimico, aut ex nova causa, ſeu propria inimicitia illum occideret, tunc enim non cenſetur occiſio fieri ex tuo mandato.

III. Quòd ſi mandatarius ab initio quidem reſpuat tuum mandatum, de occidendo homine, deinde verò te neſciente, mutato animo, illud acceptans, hominem occidat; erisne tunc homicida, & irregularis? R. cum diſtinct. 1. Si enim tu auditâ primâ repulsâ mandatum tuum ſufficienter revocâſti, dicens v. g. placet tua conſcientia, ne ergo te in hoc negotio immiſceas, nihil attentes &c. jam ex hac ſufficienti revocatione liber es à mandato, & irregularitate. 2. Si verò tunc ſufficienter non revocâſti, v. g. dicendo: video te nullius animi eſſe, inveniam benè alium: relinque, ſi non plâcet mihi gratificari in hoc &c. jam altero adhuc occidente, reus eris mandati, homicidii, & irregularitatis: quia mandatum tuum ſufficienter non revoca-

90

vocatum, adhuc operatum fuit. 3. Si denique nihil dixisti, nec dedisti signum, quòd repulsam illam acceptes, adhuc irregularis eris, secuto homicidio quia ex illo tuo silentio non censetur sufficienter revocatum esse mandatum, sed remanere adhuc impressum mandatario, vi cujus postea fit occisio. Ita ex Suarez. *de Cens. d.* 44. *Sect.* 3. *n.* 9. *& alii* Tamb. *cit.* §. 8. *n.* 14. *n.* 15. *&* 16.

91 IV. Quid si tu quidem ex parte tua mandatum occidendi sufficienter expresse, & seriò revocâsti, at verò. 1. Mandatarius non percepit revocationem ob distractionem mentis, v. g. interludendo, fabulando &c. 2. Mandatarius non putavit revocantem te seriò loqui, & ex animo, sicque adhuc occidit ex vi mandati, quòd in te perseverare putat. 3. Mandatarius percepit, & acceptavit quidem tuam revocationem, sed deinde mandati tui memor, & revocationis oblitus oblatâ occisione adhuc occidit. 4. Denique tu pœnitens mandati tui, non potes quidem revocare, vel admonere mandatarium de tua revocatione, potes tamen (tuncque ex justitia deberes) admonere occidendum, ut sibi caveat & tamen non admones, sicque adhuc vi mandati tui occiditur. Quid Juris in his casibus? in his quatuor casibus mandantem esse verè homicidam, & contrahere obligationem restitutionis, meritò docet Lugo *disp.* 19. *de Justit. Sect.* 2. *à n.* 25. Et consequenter ego cum Tamb. cit. n. 24. infero etiam incurrere irregularitatem: Ratio clara est: quia in omnibus istis casibus, si attentè consideres, occisio à tuo tandem mandato efficaciter consequi-

sequitur. Secus dicendum videtur in casu, quando tu mandatum tuum de occidendo inimico seriò, & expresè revocâsti apud mandatarium, isque persistens in pertinacia sua, adhuc occidit, te sciente, at non consentiente? sed tamen, cum sine gravi tui incommodo posses, saltem per alium, non præmones occidendum, ut sibi caveat hoc casu, etsi irregularitatis reum te faciant. *Suarez, Turrian. Hurt. Cornejus, apud Dian. mox cit.* eò, quòd adhuc ex vi mandati tui videatur occidi alius: Probabilius tamen ab irregularitate te liberant *Henriquez, Sayrus, Avila*, alii cum Less. *lib. 2. c. 13. dub. 3. n.* 18. Dian. *p. 4. tr. 2. res.* 14. Tamb. *cit. n.* 23. Ratio est, quia tunc non teneris admonere occidendum ex Justitia, jam enim mandatum tuum ex parte tua sufficienter revocâsti, ut proinde occisio re ipsa non sequatur ex vi mandati tui, sed ex mera pertinacia, & mala voluntate mandatarii, ut supra dictum est. Teneris ergò tunc solùm ex Charitate admonere occidendum: adeòque non admonendo solùm peccâsti contra Charitatem, non contra Justitiam, ideoque sicut nullam restitutionis obligationem, ita neque irregularitatem incurristi; ut patebit ex generalibus dicendis §. 4.

Specialia de consulente homicidium.

92 Dicta modò de mandante, pleraque etiam applicanda sunt consulenti, & de utroque pro certo habendum, tam mandantem, quàm consulentem homicidium, mandato, vel consilio non revocato, quacunque de causa effectu secuto, irregularem fieri, quantumvis ipsum interea pœnituerit man-

mandati vel consilii sui mali. Exempl. gr. Jussi vel consului occidi Petrum, sed re integra me valde pœnituit consilii, vel jussionis meæ, facta etiam confessione Sacramentali, quia tamen non potui revocare, & admonere alterum, fortè nimium distantem: interea ipse ex vi consilii, vel mandati mei homicidium patravit, sine dubio sum irregularis, sicut & restitutioni obnoxius: quia hic non attenditur status tuus præsens peccati, vel gratiæ, sed causa homicidii, quam dedisti: at hic per tuum mandatum, vel consilium non retractatum, etsi sine præsenti culpa tua, jam dedisti causam, ex qua secutum est homicidium: ut jam semel notavi, & infra de homicidio casuali indirectè voluntario iterum notabo. Jam quoad specialia.

93 I, Consulens etiam irregularitatem incurrit, quandocunque ex vi consilii sui sequitur homicidium determinatum quoad substantiam, sicut modò de mandante explicatum: quibuscunque deinde verbis utaris, sive voluntatem moventibus, hortando, instigando, palpando, reprehendendo ejus ignaviam; sive intellectum instruendo, rationes, motiva, media proponendo, vel docendo: v. g. si Titio injuriâ affecto, dicas: verè leges Nobilium statuunt, imminui existimationem viri, nisi ultione vel duello deleatur injuria: si fœminæ à te, vel alio imprægnatæ dicas: hoc vel illud pharmacum expellit fœtum animatum; si Titio meditanti occisionem sui inimici, tu suggeras modum, quo possit adversarius imparatus occultè, vel per insidias occidi; & similia sexcenta; secuta occisione vi verborum

borum tuorum omnino homicidii, & irregularitatis notam incurres: prædictis enim, & similibus loquendi modis vera materialis cæsa homicidii fuisti, ut observant DD. passim.

II. Tibi jam resoluto occidere Titium, suadeo, ut occidas alio modo, quàm volebas: v. g. volebas eum occidere gladio vel sclopeto consulo, ut potiùs occidas veneno, isque sectus consilium sic occidit, sumne ego homicidii & irregularitatis reus; r. cum distinct. si modus occidendi á te propositus fuit, ut celeriùs, audaciùs, vel securiùs ego occiderem irregularitatem non effugies, quia concurristi ad substantiam occisionis, vel ejus acceleration em. Si autem suasio tua non fecit occisionem deteriorem, vel occidendem animosiorem, vel securiorem, meritò ab irregularitate liberat te Tamb. *cit.* §. 8. *n.* 29. quia jam non concurris ad substantiam occisionis, aloquin certò faciendæ, sed præcisè ad modum; hinc à fortiori, si tibi suadeam, ut occidas cras, quem volebas occidere adhuc hodie, dummodò cras fortè data occasione meliori, non animosiùs, vel securiùs occidas, quám occideres hodiè, non ero irregularis; quia sic potiùs conservo vitam alterius, quàm auferam. Vide Dian. *p.* 11. *tr.* 8. *resol.* 42. 94

III. At quid si suadeam, ut occidas meliori morte, quæ tamen sit celerior: v. g. volebas occidere maleficio gravia & diuturna tormenta afferente, ego suasi, ut gladio occideres statim; volebas diu excruciare, conscindere paulatim singula membra, suasi ut occidas unico vulnere per præ- 95

cordia, vel capt? R. cum dist. si motus Charitate & misericodia erga occidendum ita facias, reum irregularitris rursus te non facio, cum Tamb. *c.* 15. §. 8. *n.* 31 quia pia Mater Ecclesia non videtur velle tam gavi pœna punire eum consulentem minus malun, ut evitetur majus, quod certè malum non est, u videbimus suo loco; nam ob eandem rationem Doctores passim asserunt, non incurrere excommunicationem, nec irregularitatem eum, qui volenti Clericum occidere, suadet, ut potiùs solùm veberet vel mutilet. Quòd si verò ita suadeas malo fine: v. g. quia vis quantocius illum hominem tibi iniquè extingui, aut socius hæreditate potiri aut etiam ne occidens in manus Judicum deveniat & jam te irregularem pronuntio cum eodem ibid. *n.* 32. & *n.* 33. quia tunc non potest præsumi intentio nodò dicta piæ Matris Ecclesiæ.

96 IV. Quidam damnatus ad mortem volebat ad Superiorem Judicem appellare, dissuasi, ne appellaret, unde ejus mors saltem longecitiùs, quàm si appellâsset, secuta est, sùmne irregularis? affirmant sanè DD. communiùs, & nos indicavimus *cap. præced. n.* 51. *de Irreg. ex defectu lenitatis* (eò non spectat casus iste.) Verùm juxta probabilem Regulam Recentiorum ibidem in fine Sect. declaratam, ita distinguendum est: si enim ipse Judex, Advocatus, vel minister Justitiæ, ex officio agens ita dissuadet, certum est incurrere irregularitatem ex defectu lenitatis. At verò, si privata persona, Theologus, Confessarius, aut etiam ipse Judex, ut priva-

privata persona agens, ita dissuadeat ex bono motivo; utpote quia apellatio esset injusta, frivola, inutilis, vel etiam pernitiosa futura, nullam incurrit irregularitatem; non ex delicto, quia non peccat; non ex defectu lenitatis, quia hi non agunt, ut Ministri Justitiæ: si tamen temerè, & sine ratione appellationem dissuadeant, & impediant, utique peccant, & secuta vel accelerata morte, rei consequenter irregularitatis erunt: & hoc sensu ita à nobis supra concessum est ex communi DD.

§. II.

Consentiens in homicidium suo nomine patrandum, non aliter.

QUamvis rursus certum sit, omnem consensum ac ratihabitionem homicidii patrandi, vel jam patrati (quo etiam spectat *palpans*, id est, laudans, blandiens, vel gratulans de tali facto) esse peccatum mortale, saltem contra Charitatem, ut initiò generaliter prædixi. Speciale tamen homicidii peccatum contra Justitiam cum obligatione restitutionis, & irregularitatem incurrit *omnis & solus consentiens in homicidium suo nomine patrandum tantùm, secuto effectu*: talis enim censetur saltem virtualiter, & æquivalenter mandans, ut §. præcedenti initiò notavi: imò etiamsi tacitè solùm consentias, v. g. si affirmanti in tui gratiam se hominem necaturum, credas, ab ipso futurum esse, neque contradicas, & impedias, cùm possis. *Arg. cap. constitutis 1. de Testibibus L. in delict. ff. de noxialibus action.* Molin. aliisque cit. Laym. 97

lib. 3. tr. 3. p. 3. c. 4. num. 5. Item si te rixante cum alio, amicus adveniens alterum in tui gratiam occidat, te, cùm facilè possis, non prohibente. *Arg. c. Petrus de homicid. & ibidem Abbas, & DD. communiter cum Laym. cit.* Ratio est: quia talis consensus, sive expressus sive tacitus, censetur moralis cooperatio ad homicidium, & causa illius per modum mandati, consequenter irregularitatem inducet, nisi contradicatur saltem exteriùs, ut in simili superiùs notavi.

98 Non ergo homicida erit, neque obligationem restitutionis, neque irregularitatem contrahet, sed neque excommunicationem (in casu, quo homicida aliàs incurrere deberet) incurret: Inprimis nudè consentiens in homicidium patrandum ab alio absque ullo sui intuitu, neque ullo modo sui nomine, vel commodo patrandum, absque ulla alia positiva cooperatione, & seclusâ obligatione Justitiæ homicidium illud impediendi: *Ratio est:* quia, ut supponitur, talis consensus nullo modo influit in homicidium; quippe, quod æquè fieret sine illo consensu merè per accidens & concomitanter adveniente: neque ad talem consensum ullo Jure facta est extensio irregularitatis, excommunicationis, vel alterius pœnæ homicidio decretæ. 2. Multò minùs ergò incurrit, qui homicidium non suo nomine, vel sui intuitu factum ab alio, solùm consensu subsequenti approbat, laudat, palpat, & velut ratum habet, ob eandem rationem; imò tunc non potest ratificare, quia ut dicitur in Jure c. cum quis, de sent. excomm. *Nemo rati-*

ratificare potest, quod suo nomine gestum non est. Sed neque 3. eam irregularitatem incurrit, aut excommunicationem (exceptâ solâ excommunicatione ob occisionem, vel percussionem Clerici) incurrit, qui homicidium, etiam suo nomine, suique causâ jam patratum ab alio, posteà solùm ratum habet, commendat, approbat: uti contra *Navar. Sylv. Mol. & alios*, docet comunior, & verior DD. sent. Gloss. *inc. si quis viduam, d. 50. Covar. Avila Hurt.* alii cum Layman. *lib. 3. tr. 3. p. 3. t. 4. num. 6.* Lugo *d. 10. de Justit. Sect. 2. n. 34.* Dian. *p. 4. tr. 2. res. 13.* Ratio est: quia irregularitas, sicut & obligatio restitutionis, solùm imponitur ob delictum commissum, vel cooperationem ad illud: sed is; qui solùm ratum habet homicidiũ jam antea commissum, nec potest censeri illud commisisse, nec ad illud cooperatus esse: ergo non incurrit illas pœnas. Et universaliter, pœna decreta in aliquod delictum non comprehendit ratihabitionem illius, nisi in casibus à jure expressis; non autem extenditur irregularitas ad ratihabentes in ullo Jure; licèt extendatur excommunicatio in ratihabentes percussionem, vel occisionem Clerici suo nomine factam: *c. cum quis de Sentent. Excomm. in 6.* ergo &c. Quòd verò dicitur Regulâ Juris. 10. *in eodem 6. ratihabitionem retrotrahi, & mandato non est dubium æquiparari*; verum est universaliter in favorabilibus tantum; ut quando agitur de valore contractuum, in negotiis utiliter gestis pro altero; non item in odiosis, & pœnalibus, nisi quatenus talis æquiparatio facta est ab

ipso Jure: facta autem solùm est in ordine ad incurrendam excommunicationem ex percussione Clerici: nullibi autem facta est in ordine ad contrahendam irregularitatem, aut alias excommunicationes, aut pœnas, ut rectè respondent DD. cit.

§. III.

Auxilians positivè quovis modo.

9. QUicunque actu, & positivè cooperantur ad homicidium, quomodocunque, sive propriis manibus percutiant, sive non; sive solùm defendant ipsum homicidam, sive alium impediant, ne se defendat, sive solùm animent homicidam, aut solùm assistant in ejus favorem, sive homicidæ arma præbeant, sive hæc auferant occidendo &c. his enim & similibus omnibus modis fit vera vel physica, vel moralis cooperatio, & auxiliatio ad homicidium: ideoque præter peccatum mortale, talis incurrit irregularitatem, sicut & obligationem restitutionis pro rata, imò in solidum in defectum aliorum; & excommunicationem in casu, quo decreta est: constat *ex cit. c. sicut dignum §. illi, de homic.* his verbis: *Constat ab homicidii reatu immunes non esse, qui occisoribus opem contra alios præstare venerunt*: & consequenter etiam immunes non erunt à pœnis homicidæ decretis. Quando ergo plures ita actu & positivè proximè cooperantur ad homicidium, secuto effectu, omnes sunt irregulares, etiamsi unus tantùm lethaliter vulnerâsset, cæteri non lethaliter, vel nullo modo vulnerâssent; imò etiamsi nullus omninò vulnerâsset lethali-

lethaliter, dummodò ratione istorum vulnerum mors postea sequatur, omnes tamen cæteri tanquam auxiliantes, & cooperantes fiunt irregulares, ut ex communi notat Filluc. *tr.* 20. 4. *q.* 7. Sed claritatis causâ percurro aliquos casu in particulari, qui quidem plerique spectant ad homicidium physicè patratum potiùs, quàm moraliter causatum, hic tamen aptum locum habent.

I. Plures eundem vulnerantes postea mortuum.

I. TItius, Cajus, Sempronius, & ego cõmuni consilio & consensu promiscuè graviter, vel leviter vulneravimus Antonium, uno vel altero lethali vulnere inflicto; siquidem non appareat quisnam inflixerit, & omnes de eo dubitent; omnes esse irregulares, non est dubium ex dictis. At, ego certus sum, me non inflixisse lethale vulnus, vulneravi enim solùm in brachio, in crure posteriori: sumne tamen irregularis? certè es, si, ut suppositum est, communi consilio, & communi pacto cum aliis aggresso facta est; quandoquidem audacior ex comitatu tuo factus est, qui lethale inflixit: & regulariter in pluries vulnerato mors sequi solet ex communi coactione omnium vulnerum. Si autem nihil horum adsit, & certus sis, te nullo modo concurrisse ad mortem tuo levi non lethali vulnere, non erit caput, unde fias irregularis. 100

II. Plures similiter vulneravimus Titium, sed singuli leviter nullo prorsus extante vulnere letha- 101

li: nihilominus Titius ob multum sanguinem ex illis tot levibus vulneribus effusum, aut ob febriculam ex his vulneribus provenientem, brevi mortuus est: omnésne sumus irregulares? Esto omnes: qui certum est, omnes vulnerâsse, & certum est, e illis vulneribus, támque multis concausis, velut gmine factum Titium fuisse interemptum. Cæterùm, si vulneri levi à te inflicto superveniat alia mortis causa non prævisa, spectabit ad homicidium casuale, de quo suo loco inferimus. Sed interim aui adhuc unum aut alterum casum.

102 III. Ego leviter Petrum vulneravi v. g. in dextero brachio, vel pede, sed is posteà à superveniente alio inimico vel eò, quòd meo vulnere debilitatus se defendere, vel fugere non potuerit, graviter vulneratus, deoque mortuus fuit: súmne irregularis ego? R. cum dist. si nullum consilium etiam commune cum altero inimico Petri habuisti de eo vulnerando, nec de illo inimico superventuro cogitâsti, dubitâsti, vel suspicatus es, reus irregularitatis, & restitutionis non eris; quia omnino præter opinionem, consensúmque tuum homicidium factum est. At verò si communicato consilio egisti, aut etiam non communicato consilio, periculum prævidisti, & non cavisti, omnino reus erit homicidii, & irregularitatis; jam enim homicidium directè, vel indirectè voluntarium, etiam tibi imputabitur. Ulteriùs hìc applicare potes distinctionem mox dandam casu sequenti. Audi ergo difficiliùs confitentem reum.

IV. Ego

IV. Ego heri lethaliter vulneravi Paulum, pro- 103
babiliùs, imò certò intra duos vel tres dies inde moriturum: sed ecce! nullô communicatô consiliô, ex improviso superveniens alius inimicus Pauli, novo lethali vulnere confodit, trajecit, occidit (casus frequens in bello post conflictum) sùmne irregularis? ita esse, absolutè pronuntiat Covar. *in Clement. si furiosus. p.* 2. §. 2. hac ratione: ille, qui reus est homicidii Jure Civili, est etiam irregularis Jure Canonico: at percutiens aliquem vulnere lethali, ex quo scilicet percussus certò sit moriturus, tenetur reus homicidii Jure Civili sic enim habet textus L. ita vulneratus ff. ad L. Aquiliam. *Lege teneri æstimati sunt non solùm, qui ita vulnerasset, ut confestim vitâ privarent, sed etiam hi, quorum ex vulnere certum est aliquem vitâ excessurum.* Sic ibi; ergo talis etiam Jure Canonico tenebitur irregularitatis reus. Sic ferè discurrit iste Doctor. Sed quidquid sit de minori, & sensu illius Legis; certè major universaliter vera non est, nam si quis à te lethaliter vulneratus per miraculum sanaretur, jure civili erit plectendus ut homicida; at Jure Canonico irregularis non erit, quia vulneratio actu mortem non attulit. Contra dubius de facto homicidii jure Canonico irregularis est, ut mox videbimus in *Subsect.* nunquam verò plectendus est ut homicida. Idémque est de Judice torquente reum modum torturæ excedente, unde reus moriatur: Jure enim Canonico clarè irregularis est: at Jure civili non punietur pœnâ homicidæ, sed aliâ longè mitiori.

Resp. ergo cum distinct. vel enim secundus percussor statim occidit, seu ita percussit, transfodit, trajecit, ut is statim mortuus sit: & tunc tu primus percussor liber eris ab irregularitate, eámque solus secundus percussor contrahit. *Ratio clara est*, quia tunc mors nullo modo ex vulnere à te inflicto secuta est, quippe quo vulneratus Paulus adhuc uno aut altero die vixisset, & fortè, saltem miraculosè, sanari potuisset: at verò, si Paulus non statim ex secundo vulnere, sed post utrumque vulnus acceptum ex intervallo, v. g. uno vel medio die postea mortuus sit, ambo vos percussores irregulares estis. *Ratio est:* quia tunc revera mors non sequitur ex solo secundo vulnere, sed etiam ex primò à te inflicto: ambo enim vulnera communi actione lethali concurrunt ad mortem inferendam, vel certè accelerandam. Ita meo Judicio sapienter Tamb. *cit. c. 15. §. 7. n. 6.* attamen *n. 7.* excipiens, *nisi in raro casu certus esses*, mortem à secundo vulnere solo causatam esse, tunc enim rursus non tu, sed secundus tantùm percussor omnium reus erit. Sed quando id certò constabit?

II. *Dans, vel vendens arma occisuro.*

104 EGo velut amicus gratis præbui, vel ut mercator vendidi arma, pharmaca, venenum, vel quid simile Titio, quibus iste hominem occidit: sumne ego homicidii reus, & irregularis? Hic gnaviter distinguendum est: aut enim (1) ipse intendisti, vel homicidium voluisti: aut (2) saltem prævidisti: aut (3) nec intendisti, nec prævidisti: aut

(4) etc.

(4) etiam coactus es dare, vel vendere? Jam cape breves Resolutiones.

I. Si talia dedisti ad finem occidendi injustè ex intentione, vel consensu in homicidium, effectu secuto sine dubitatione homicida, & irregularis es; adde etiam, si in illis armis à te datis alter nihilominus iturus fuisset ad occidendum illum hominem: imò, etiamsi illis armis usus non esset, sed tamen ex illis audacior factus, & promptior ad occidendum: in his enim semper es causa homicidii voluntaria. Idemque dicendum, si solùm dedisses arma defensiva, loricam, galeam, Clypeum &c. nam etiam ex his semper fit homo audacior, & securior ad occidendum: idque etiam, si tunc homicidium non intenderes, sed prævideres tamen. Ita *Bonac.* aliisque cit. Dian. *p.* 4. *tr.* 2. *resol.* 11. Tamb. *cit. c.* 15. §. 7. *n.* 18. 105

II. Si ejusmodi dedisti, vel vendidisti, non quidem ad finem homicidii, illud intendens, vel volens, attamen vel certò sciens, vel rationabiliter suspicans, talem à te petere, vel emere arma, gladium, venenum, vel pharmacum cum voluntate aliquem determinatè occidendi, v. g. hunc inimicum suum, hanc uxorem deprehensam in adulterio, ad procurandum abortum hujus ancillæ impregnatæ &c. certè homicidii, & irregularitatis reus eris, secuto effectu. Ita cum aliis Sayr. *l.* 7. *Thesaur. c.* 14. Tamb. *cit. c.* 21. Ratio est, quia sic dando, vel vendendo occisuro determinatè aliquem, proximè cooperaris ad homicidium; ideóque contra Justitiam peccas, non contra Charitatem tantùm, quid- 106

quid

quid excuſet *Hurt*. At verò ſi ſolùm prævideas, ſuſpiceris talem petere à te ejusmodi arma ad occidendum indeterminatè, v.g. ſi iturus ſit ad bellum injuſtum, vel quia cum variis inimicitias gerit. Jam non videris eſſe cauſa proxima occiſionis forte ſe uturæ; in illa enim tanta indeterminatione occiſionis potes tibi probabiliter perſuadere gladium à te tradito, vel vendito v. g. nullum fuiſſe occiſum. Sed de hoc plura ſupra de ſcandalo, & cooperatione ad peccatum alterius.

107 III. Si dans, vel vendens arma, vel alia ejusmodi nihil mali intendas, nec ſcias, vel prævideas, aut ſuſpiceris de occiſione futura, nullo modo homicida, vel irregularis eris, quotquot deinde occiſi fuerint, quia ſic moraliter, & voluntariè nullo modo concurris ad occiſionem. Idémque dicendum, ſi arma vel quæcunque alia data nihil prorſus juvent, vel concurrant ad occiſionem, neque alterum animoſiorem reddant ad occidendum, etſi tu aliquid prævideris, vel ſuſpicatus ſis; ſic enim nullum erit caput, cur debeas irregularitate puniri. Communis apud eit.

108 IV. Si vi, vel metu gravi, cadente in conſtantem virum, v. g. mortis propriæ, mutilationis, vel alterius gravis mali, etiam cogeris dare, vel vendere arma, vel quid ſimile ad occidendum hominem, inimicum, uxorem &c. etiamſi id certò ſcias, vel prævideas, attamen ſicut tunc excuſaris à peccato cooperationis homicidii ab altero patrandi, ita ab irregularitate ex delicto, & totus concurſus mortis, ſeu tota moralis cauſa occiſionis, & conſequenter irre-

irregularitas refunditur in cogentem te, nihil verò in te: at verò si metus levis tantùm, & levis mali esset, tu quoque non effugeres notam homicidii, & irregularitatis: cùm levis metus non excuset à peccato cooperationis ad tantum malum, nec consequenter ab irregularitate ex delicto, ut in simili etiam supra notavi.

III. *Associans se occidenti, eique assistens.*

AUxilium præbui, astiti, comitatus sum eum, qui inimicum interfecit: sumne irregularis? R. cum distinctione jam sæpiùs inculcata: si tuum auxilium quodcunq; assistentia, associatio tua, fuit causa efficax, & propinqua occisionis, & verè in eam influxit, ut si homicida sine tuo auxilio, vel assistentia, comitatu, vel reverà non occidisset, vel non tam celeriter, vel non tã audacter, ne dubites, te irregularem esse, ex sæpè dictis, sicut & excommunicatum, si occisio sit Clerici, vel facta in duello ex condicto. At verò si tua assistentia, vel comitatus non fuit causa efficax, & propinqua occisionis, nec eam ullo modo promovit, sed perinde fuit, ac si non adfuisses; irregularitatem ne metuas. Hinc si adsis amico tuo rixanti cum suo inimico, & id nesciat amicus, cùm tuà præsentia nihil prorsus adferat ad occisionem, nihil de irregularitate, vel alia homicidii pœna tibi timendum erit, si ille suum adversarium interficiat. Contrà verò, si te ostendas, undè aliquid animi addatur amico irascenti, quis te tunc secuto homicidio ab irregularitate liberabit? Vide *Sayrum loco cit.* Id verò minimè probandum videtur, quod docent *Henriquez*, *Avila*, *Navar.* 109

apud

apud Diana *p. 4. tract. 2. Resol.* 17. si pater assistat filio rixanti cum inimico, eo fine, ne filius periclitetur, non fore patrem irregularem, si filius inimicum occideret, eò, quòd pater det operam rei licitæ. Hoc, inquam minimè probandum videtur: cùm enim filius rixans videt præsentem patrem bonum, ac valentem, non potest ex ejus præsentia non audacior fieri ad occidendum, & consequenter eò ipsò hæc assistentia patris fiet illicita contra Justitiam: ideóque secuta occisione sequitur irregularitas in utroque, nisi fortè pater esset adeò senex vel debilis, ut clarè appareat associationē illam nihil promovere posse occisionē. Tam. *c. n.* 28.

IV. *Indicans, prodens occidendum occisuris.*

110 DE hoc ita loquitur Lugo apud Tamb. cap. 4. §. 4. n. 4. *si scias Petrum quærere inimicum ad occidendum, & aperias illi, ubi sit, testificaris planè verum, sciens tamen Petrum illâ notitiâ abusurum ad occidendum ex sua malitia, non eris verè liber à peccato injustitiæ, & particeps homicidii, saltem si nulla cogente necessitate cooperatus es.* Hæc Lugo, consequenter significans talem etiam incurrere obligationem restitutionis, & irregularitatis. Quid si ergo metu mortis, vel alterius gravis mali tu cogaris à siccariis, ostendere domum, vel latibulum Petri ad occidendum eum, isque occidatur? homicidii, & restitutionis, (consequenter & irregularitatis) te damnat Comitolus apud Dian. *p. 5. tract. 4. res.* 63. ipse tamen cum Rodriquez incitat ad liberandum te: favet etiam Lugo *cit.* ultimo verbo;

verbo: *saltem si nulla cogente necessitate cooperatus es.* Ego verò non dubitarem te ab homicidii, restitutionis, & irregularitatis reatu liberum pronuntiare, quia non fuisti causa moralis damni, seu homicidii illius, quippè in tanta necessitate propria, & actione de se indifferenti omnino excusatus à peccato, cooperaris ad dictum homicidium, ut in simili modò supra dixi *n.* 108.

§. IV.

Etiam non impediens &c.

Regula Communis.

111 *Non impedientes tantùm, seu merè negativè se habendo solùm permittentes homicidium fieri, nullum incurrunt reatum homicidii contra justitiam, nec restitutionis obligationem, nec irregularitatem, neque excommunicationem, aut alias pœnas tali homicida decretas, nisi ex justitia obligati sint impedire.* Communissima DD. apud mox cit. Ratio dabrur statim. N. I.

Obligati ex Charitate tantùm impedire.

112 Obligatur autem ex Charitate impedire homicidium proximi, sicut quodlibet aliud ejus grave damnum omnis homo, qui hoc moraliter, & commodè potest absque æquali, vel gravi suo incommodo, aut periculo, juxta communem omnium doctrinam in materia de Charitate: talis ergo culpabiliter omittens, cùm facilè posset impedire, peccat quidem mortaliter contra Charitatem; at non propriè peccatô homicidii, nec consequenter incurrit prædictas obligationes, & pœnas homicidio

micidio annexas. Communissima. Navar. *cap.* 24. *n.* 22. *& cap.* 27. *n.* 231. *Mol. Less.* Layman. cit. *n.* 7. & pluribus cit. Lugo *disp.* 19. *Sect.* 3. *n.* 99. Ratio est: quia peccatum homicidii, ut tale adversatur virtuti Justitiæ: ergo quandocunque non peccatur contra Justitiam, non potest esse proprie homicidium, nec consequenter secum trahere pœnas homicidii ex justitia debitas, ut est obligatio restitutionis, nec irregularitatem, vel alias pœnas homicidio decretas per Sacras Leges: hæ enim cùm sint odiosæ, rigorosè accipiendæ, & intelligendæ, sunt solùm impositæ propriè dicto, & injusto homicidio.

113 II. Insuper hoc verum est, etiamsi talis ex Charitate tantùm obligatus non impediat, malitiosè, ex odio, vindictâ, maligno affectu, volens, consentiens, intendens, ut tale homicidium fiat, dummodò aliter positivè & externè non cooperetur, vel influat in homicidium. Ita contra nostrum Angelum *v. furtum n.* 16. & paucos alios Communis DD. Mol. *Disput.* 735. Less. *cap.* 13. *dub.* 3. Vasquez *de restit. cap.* 9. §. 3. *dub.* 1. Lugo *disp.* 19. *Sect.* 3. *n.* 100. Ratio est: quia affectus solus internus quantumvis malignus nullo modo influit in homicidium; non realiter, ut ex se patet: neque imputativè, cùm nullum adsit debitum ex Justitia impediendi illud homicidium: ergo moraliter nullo modo est causa injusta illius homicidii. Secus est, si ex Justitia obligatus non impedias, tunc enim es causa moralis homicidii, non quidem realiter, sed imputativè: tunc enim propter debitum Justitiæ negle-

neglectum imputantur tibi, ac si influeres, etsi realiter non influas: cùm ergò tota ratio imputandi sit debitum Justitiæ, & tota ratio influendi sit imputatio; consequenter cessante debito Justitiæ ex officio, vel contractu, cessat imputatio, & influxus, ideoq; solus affectus internus nocendi non facit verè causam homicidii, etiam imputativè tantùm, in ordine ad restitutionem, & pœnas homicidio annexas, ut optimè explicat *Lugo loco cit.*

III. Dixi notanter: *merè negativè se habendo:* 114
& dummodò positivè, & externè non cooperetur; si enim non impedias, non merè negativè te habendo, sed positivè, & externè aliquo modo cooperando, influendo, vel promovendo homicidium, utpote ex composito, vel pacto cum occisuro (fortè etiam pretio accepto, ne impedias) unde is animosior reddatur ad occidendum, qui aliàs, vel omninò non occideret, vel non tam audacter, celeriter, hac vice &c. certè te homicidii, restitutionis, atque irregularitatis reum facit communis DD. apud cit. quidquid in oppositum probabile censeat Tamb. supra *de Restit. cit.* Ratio est: quia jam voluntate tua non impediendi exteriùs manifestata in favorem occisuri, moraliter verè, & externè influis in homicidium, atque hac ratione intelligendus Alexander Papa III. c. sicut dignum, de homic. dicens: *qui potuit hominem liberare à morte, & non liberat, occidit,* & sequitur immediatè: *Constat ab homicidii reatu immunem non esse, qui occisoribus opem contra alios præstare venerunt, nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto*

facinori desinit obviare. Sic Pontifex manifestè loquens de præsumpto favore, & cooperatione non impedientis: *Lessius tamen cit.* respondet; accipi ibi occisionem latè, prout solùm est contra Charitatem, quemadmodum accipitur illud D. Ambrosii c. pasce. dist. 89. *pasce fame morientem, si non pavisti, occidisti:* in suo loco explicatum.

115 IV. Quòdsi alium similiter ex Charitate obligatum, & defacto volentem impedire injustam occisionem proximi, tu maligna dissuasione ab hoc opere Charitatis revoces: siquidem ita faciens per vim, vel fraudem, vel ex dissuasione tua intendens promovere occisionem, vel cooperari ad illam, homicidii, restitutionis, & irregularitatis reum omnes te facient; peccas enim contra Justitiam. Quamvis enim occidendus non habeat jus, ut alius ipsum defendat, vel liberet, habet tamen verum Jus, ne alius sui defensionem malignè per vim, vel fraudem impediat. Quod si tamen ita facias sine vi, vel fraude, & maligna intentione promovendi occisionem, te non fore homicidam restitutioni obnoxium, docent Mol. *disp.* 735. Laym. *lib.* 3. *de Just. tr.* 3. *p.* 3. *c.* 4. *cit.* Avila *p.* 7. *disp.* 6. *Sect.* 2. *dub.* 7. *concluf.* 2. §. *ex dictis*, aliúsque *cit.* Lugo *eadem disp.* 19. *Sect.* 3. *n.* 101. Ratio est: quia sic non peccas contra Justitiam, sed solùm contra Charitatem: quoad irregularitatem autem oppositum cum Suarez, & aliis asseremus. Cæterùm attendum est, qui mortem alterius, cùm facilè possit, nõ impedivit, præsertim maligno affectu, vel ab alio impediri impedivit, in foro externo subire præsum-

sumptionem consensisse, vel conspirâsse in cædem: sic enim habetur in Jure modò cit. *c. sicut dignum, & quanta, de sent. excom.* ubi Innocent. III. dicit, *eos, qui consentiunt injicientibus violentas manus in Clericos, & eos, qui injiciunt, condemnari pari pœna ab Ecclesia;* scilicet excommunicatione. Quamvis hic locus etiam rectè intelligatur communiter de obligatis ex Justitia impedire. Insuper si quis sciens conspirationem, perduellionem, vel tractationem cædis in Principem, & non detegit, capitis supplicio afficitur, sicut ipsi conspirantes. *L. quisquis Cod. ad L. Juliam Majestatis;* attamen in foro conscientiæ præsumptio cedit veritati.

Obligati ex Justitia.

HOmicidii, & restitutionis rei (an etiam irre- 116
gularitatis dicam mox seorsim) sunt omnes ex Justitia, vel quasi Justitia: nimirum ex officio vel contractu obligati impedire homicidium, si scienter, voluntariè, & culpabiliter impedire omittant, negligant, ac innocentes occidi, vel mori sinant. Communissima apud omnes cit. Ratio est jam supra indicata, quia tales propter debitum Justitiæ neglectum, & verè peccant contra Justitiam, & licèt non realiter, tamen imputativè sunt causa injusta homicidiorum; quæ propter debitum Justitiæ, & Jus alterius violatum imputantur eis, acsi influerent, licèt verè non influant.

Hujusmodi autem sunt. I. Reges, Magistratus, 117
Judices; si sinant innocentes occidi, de quibus iterum *Sect. seq. §. 4.* aliquid. II. Medici, & Chirur-

gi ex officio, pacto, vel pretio conducti, si gravi suâ culpâ, vel negligentia patientes ex morbo, vel vulnere mori sinant. Quibus adde advocatos, si suâ gravi culpâ vel injuriâ innocens ad mortem condemnetur. Item Nautas culpabiliter permittentes naufragia, cùm facilè impedire potuissent, omnes homicidii rei sunt, restitutioni obnoxii, secundùm omnes, atque irregulares in communi sententia. Navar. *c.* 44. *n.* 18. *Avila. Henriq. Rodriq.* alii cum Laym. cit. *c.* 4. *fin.* III. Milites, qui suos Dominos, vel suæ custodiæ commissos similiter negligunt: non tamen alii famuli communes ad quotidiana domestica obsequia conducti, hos enim, si culpabiliter negligant Dominos suos defendere, vel liberare à morte, propriè non peccare contra Justitiam, sed contra Charitatem, observantiam, & honestatem moralem, illósque non pœnâ homicidii, sed aliâ arbitrariâ teneri, ex communi docent *Mol. Less. Laym. locis cit.* IV. etiam parentes respectu filiorum, & econtra; cùm inter illos non merum vinculum Charitatis, sed etiam cujusdam naturalis Justitiæ ac pietatis obligatio intercedat: adeo etiam, ut si pater v. g. resciat propositum filiæfamilias de faciendo abortu prolis, & non impediat, homicida, & irregularis fiet: Ita cum *Rodriquez*, *Avila*, Laym. cit. *n.* 8. & 16. citatis, probabiliùs censet Dian. *p.* 4. *tr.* 2. *resol.* 8. ipse tamen contrarium ut probabile tenet cum Lessio *lib.* 2. *c.* 9. *dub.* 13. *num.* 94. Jam ergò specialiùs videndum

Quæd

Quoad irregularitatem.

PRædictos ergò, & similes omnes ex Justitia obligatos, & culpabiliter non impedientes homicidium, præter homicidii, & restitutionis reatum etiam incurrere irregularitatem docet communis, probabilior, & tutior sententia DD. cum Suarez *disp. 44. sect. 4.* Filliuc. *tr. 20. c. 4. q. 3.* Laym. *loco cit.* Tamb. *lib. 6. Decal. cap. 3. §. 1. num. 9.* Ratio est: quia etiam hæc negativa cooperatio voluntaria, & vera moralis causa homicidii, etsi non realiter, sed imputativè tantùm influens, ut jam explicatum est. Contra tamen, tales non impedientes non incurrere irregularitatem multis cit. docet Dian. *eadem p. 4. tract. 2. resol. 7. & 8. & p. 7. tract. 5. resp. 28.* *Caspar. Hurt. & Leander* cum Tamb. *hic cap. 15. §. 9.* qui probabile censet si omissio pura sit, secùs si non pura: pura autem dicetur omissio, cui nullus adjungitur actus positivus: non pura verò, quando aliquis adjungitur, ut mox videbis in Exemplis. Sit ergo 118

Regula Probabilis Recentiorum.

SIve ex Justitia, sive ex Charitate tantùm obligatum impedire, & non impediens homicidium aliquod, non incurrit irregularitatem, si omissio pura sit; sed benè si omissio non pura sit. Ita DD. cit. & plures alii. Ratio est: quia non est statuenda irregularitas, nisi in Jure expressa sit; atqui SS. Canones statuentes irregularitatem homicidis, nunquam exprimunt merè negativè non impedientes, sed tantùm cooperantes: ergò cùm Leges 119

istæ pœnales, & odiosæ strictè interpretandæ sint, solùm intelligendæ sunt de cooperante propriè, & realiter, vel influxu aliquo Positivo ad homicidium, & non extendendæ ad impropriè negativè, ac imputativè tantùm cooperantes. Sanè probabilissima ratio, qua sæpiùs in hac materia utuntur DD. Jam declaro Exemplis.

Exempla puræ omissionis.

120 I. Titius est Prætor, custos viarum, Dux exercitûs, aut quomodolibet ex justitia, officio, pacto, pretio, aut ex Charitate, vel pietate tantùm obligatus defendere suos, data occasione non defendit, sed aliquem occidi permittit: non est irregularis, quia hæc est pura omissio, cui non annectitur actus positivus influens, in homicidium, idque verum erit, etiamsi dolo, & voluntariè fiat ista permissio: quia actus vel affectus solus internus, cùm nullo modo influat in opus, non extrahit permissionem ab esse puro negativo. *Turrian. Hurt. Joan. Præpos.* cum Diana *p.* 4. *tr.* 2. *Resol.* Tamb. *cit.* §. 9. *num.* 3.

121 II. Medicus, Advocatus, nauclerus etiam officio, vel pretio conducti, si nihil agendo, quod mortem causet, sive ex imperitia, sive ex malitia, pura omissione perire sinant ægrotum, clientem, navim cum hominibus: peccant quidem graviter contra Justitiam, ac restitutionis obligationem contrahunt, secundùm omnes, at non irregularitatem, in hac probabili sententia ob dictam rationem. Ita præter modò cit. *Valerius*, aliique apud Tamb. *ibidem num.* 4.

III. Ju-

III. Judex capite damnavit tuum fratrem, sed 122
aliquâ pecuniâ oblatâ liberare potes: grassator filium tuum captivum apud se tenet, tibi per internuntium indicans, ut certam summam mittas, alioquin eum occideret. Turca aut alius hostis tuum patrem occidere intendit, nisi ejus mortem certâ pecuniarum summâ redimas: tu autem pecunias dare omittis: sive ex Justitia, sive ex Charitate, vel pietate tantùm obligareris, secuta eorum morte, non eris irregularis, est enim hæc omissio pura. *Hugolin.* apud Tamb. *cit. n. 5.*

IV. At quid si tu tali suadeas, ut prædictas pecu- 123
nias præsertim ex Justitia debitas non numeret, non mittat? aut alium quemcunque ex Justitia, vel Charitate obligatum ac volentem redimere, defendere, seu impedire mortem proximi, maligno consilio dissuadeas, aut impedias, ne alius det Eleemosynam egeno præ fame morituro, aut ne Medicus curet infirmum, aut ne quis cognita molitione mortis alterius, eidem revelet: secuta deinde morte erisne irregularis? R. Ita, omninò eris tu, & non alter ex tuo suasu non liberans, non defendens: ne mireris: nam alter, licèt immediatiùs se habens ad mortem secutam, tamen merè negativè se habet, non mittendo pecunias, non defendendo, curando &c. pura omissione, cui à SS. Canonibus non est imposita irregularitas, ut dictum est: At verò tu dissuadens, etsi remotus te habens ad mortem, tamen te positivè habes, maximè per actum dissuadendi; ideóque tu ex parte tua positivè influis in mortem secutam, ex tua dissuasione;

cui positivo actui, vel cooperationi in homicidium, clarè conjuncta est irregularitas à sacris Canonibus, ut mox videbis clariùs in exemplis omissionis non puræ. Ita *Suarez* supra, alii cum *Tamb. cit. n. 7.* Excipe tamen, nisi bona fide & recta ratione ita dissuadeas: utpote, ne Judicis justa sententia pecuniis impediatur; ne grassatores ad ejusmodi lucra extorquenda assuescant, ne Turcæ vel hostes illâ pecuniâ evadant fortiores in perniciem Reipublicæ Christianæ; tunc enim te non fore irregularem, meritò censet Tamb. *ibid. n.* 10. quia non est putandum, Ecclesiam sub tanta pœna velle prohibere vel impedire recta, rationabilia consilia, ut in simili aliquoties dictum.

Exempla omissionis non puræ.

124 I. Notarius, Advocatus, Procurator, vel quivis alius habet scripturam, quâ visâ aliquis à morte liberaretur, advertens autem eam requiri, ipse non solùm eam non exhibet, vel ostendit (hoc enim esset omissio pura) verùm etiam eam habere se negat, occultat, lacerat, comburit: morte secuta clarè irregularis erit, sicut & restitutioni obnoxius; quia hîc omissioni adjungitur actus positivus negandi, vel occultandi &c. indirectè verè causans moraliter homicidium: idémque est de teste rogato pro homine à morte liberando, qui non solùm se non sisteret, ac testaretur, verùm etiam negaret se aliquid scire, vel diceret, se nihil scire, cùm tamen sciat aliquid conducens ad ejus liberationem. Iterum omissioni adjungitur actus positivus.

II. Ami-

II. Amicus destinat te nuntium ad Petrum ad- 125
monens ipsum sibi insidias parari ad mortem, tu verò non solùm non admones (sic enim esset pura omissio) verùm etiam litteras ea de re destinatas Petro apud te detines, vel laceras: irregularis eris, si postea Petrus in insidias incidens occidatur; quia illa detentio, vel laceratio actus positivus est, moraliter in mortem influens.

III. Assistis aliis consultantibus, de aliquo oc- 126
cidendo in gratiam tui, tacésque: item fœmina à te imprægnata dicit tibi, se velle in tui, suique gratiam tali medio procurare abortum fœtus animati, & tu taces; unde illa secura voluntatis tuæ abortum molitur &c. secuto homicidio, irregularis eris, secundùm omnes; quia ista taciturnitas tua non est mera omissio contradictionis, sed moraliter est verus consensus tacitus moraliter influens in mortem, ut supra etiam suo loco indicatum: nam qui tacet, consentire censetur, maximè quando agitur de suo favore vel commodo.

IV. Ambulat. 1. Aliquis per loca abrupta, vel 127
navigat in flumine periculoso de noctu cum certo vitæ periculo. 2. Aliquis naufragus jam jactatur in undis. 3. Alius inimicum occisurum fugiens ad tuæ domûs januam confugit, tu autem immisericors homo. 1. Lumen non præbes, vel comitatum. 2. Non præstas naviculam, trabem, vel funem, quo emergat. 3. Januam fortè clausam non aperis, quò fortè effugiat. Si horum aliquis moriatur, quamvis maligno affectu, vel ex odio ad hæc non exhibenda motus sis, non eris irregularis,

quia hæ sunt puræ omissiones: At verò advertendum eorum pericula, ut noceas. 1. Lumen jam accensum extinguis, vel ab ipso fugis. 2. naviculam, trabem, vel funem jam apprehensum, vel apprehendendum subducis. 3. Januam tuam tunc apertam studio claudis (secluso tamen semper tuo gravi, vel æquali incommodo, aut periculo) irregularis eris si istorum aliquis pereat: quia hi sunt actus positivi moraliter influentes in mortem, adeóque homicidii, restitutionis, ac aliarum pœnarum reus es, sive deinde ex Justitia, sive Charitate tantùm tenebaris succurrere, & impedire mortem illorum; quando enim omnes dicimus ex Charitate tantùm obligatos, & non impedientes non incurrere dictas pœnas, semper intelligimus, si merè negative se habeant, ut in Regula communi notavi.

SUBSECTIO V.

De Irregularitate ex homicidio dubiè patrato, vel causato.

Summarium.

129. Regula I. *In dubio, quandocunque constat de corpore delicti, scil. de homicidio secuto, & aliqua tua cooperatione, & solùm dubitatur, an illa tua actio, vel cooperatio fuerit efficax, & causa mortis, habendus es irregularis;*

130. *Probatur* usque ad n. 134. *variis Canonibus, ex Jure Can. adductis.*

134. *Idq; verum videtur tam de homicidio justo, quàm injusto certò facto.*

135. *Tamen satis probabile est illos Canones non debere extendi ad homicidia, dubia, sed ad moraliter certò causata.*

136. Mi-

136. *Minùs ad mutilationem dubiam solùm.*
137. Regula II. *Quandocunque verò non constat de corpore delicti, scil. morte secuta, estò constet de aliqua tua cooperatione &c. non es habendus irregularis.*
138. *Quæ Regula vera est in quovis dubio, tam facti, quàm Juris.*

IN hac re valdè desudârunt DD. ingenia: causam sudoris dederunt Sacri Canones talem dubitantem aliquando condemnantes, aliquando liberantes: operosum esset referre varias, & difficiles reconciliationes Pontificum, à Doctoribus excogitatas, dabo duas & claras breves regulas ex tract. 1. de consc. *dubia. à num.* 96. 128

Regula Prima.

QUandocunque constat de corpore delicti, seu ipso homicidio facto ex aliqua tua cooperatione, quando nimirùm certum est, hominem esse mortuum, vel occisum te aliquo modo cooperante; dubitatur autem solùm an tua actio, vel cooperatio, aut concursus fuerit efficax, vel sufficiens ad causandam mortem, ideóque ex tua actione revera secuta sit, an aliundè, omninò irregularis habendus es, & interim à Sacris abstinere debes. Communissima DD. apud Laym. *lib.* 1. *tr.* 1. *c.* 5. §. 4. *n.* 8. & alios passim. Ratio est. Quia ob specialem indecentiam, & deformitatem, si postea innotescat, homicidam ad Sacrum Ministerium accessisse. Ita expressè statuunt Pontifices in Jure Can. *tit. de homic. diversis Canonibus.* Do unum & alterum præjudicium. 129

I. *Cæ-*

130 I. *Cap. ad audientiam*, posito casu de Sacerdote, qui famulum cingulo percutiens, cultro è cingulo pendente vulneravit, qui postea ex vulnere quidem aliquantulum convalescens, tamen supervenienti morbo obiit: dubitantibus autem, utrum mors ex vulnere, an verò ex morbo tantùm secuta sit, & ideò Sacerdos sit habendus irregularis? Respondet Clemens III. quòd sic, nisi appareat illum alia infirmitate obiisse? Rationem dans, *quia semita tutior in dubio est eligenda.*

131 II. *Cap. significasti.* Ibid. posito simili casu de Sacerdote, qui furem ornamenta Ecclesiastica auferentē cum ligone percussit supervenientibus Parochianis cum gladiis & fustibus petitus occiditur: hinc orto dubio, utrum ex sola percussione Parochianorum, an verò ipsius Parochi obierit fur? ideóque esset Sacerdos censendus irregularis nec ne? Respondet Pontifex Innocent. III. quod sic, cùm certum sit de vulnere à Parocho inflicto: Rationem addens: *cùm in hoc casu cessare sit tutius, quàm temerè celebrare, pro eo, quod in altero nullum, in reliquo verò magnum periculum timeatur.*

132 III. *Cap. Petitio tua.* Ibidem proponit Clericus casum, se cum cæteris Clericis & Laicis occurrisse hostibus Crucis Christi, & aliquos percussisse, sed dubitare, an aliquos occiderit? Respondet Pontifex idem his verbis: *Si de interfectione cujusdam illum sua conscientia remordeat, à ministerio Altaris abstineat, cùm sit consultiùs in illo dubio abstinere, quàm temerè ministrare.*

133 IV. Consimiles casus certæ irregularitatis esse possunt.

possunt. Aliquis applicavit causam ad abortum fœtus animati, effectu, ac verò homicidiò secutò; posteà dubitat, an causa illa à se applicata fuerit sufficiens, vel efficax ad abortum causandum, an verò causatus fuerit abortus vi alterius causæ, v. g. compressione prægnantis. Item Titius venenum porrexit cuidam, ut interiret, & eo inscio eidem ab alio efficaciùs venenum propinatum fuit, quo accepto post paucos dies mortuus est; dubitat ergò Titius, an venenum suum etiam efficax fuerit, nec ne? vel an potiùs alterius venenum solùm mortem causaverit. Item duo vel tres incautè explodunt, jaculantur, lapides projiciunt, occiditur homo transiens, & dubitatur, à quo? omnes irregulares habendos esse, si non ratione cooperationis, saltem ratione dubii, jam constat ex dictis. Item Titius alteri consilium dedit ad occidendum Cajum; homicidiò patratò comperit Titius, ipsum occisorem gessisse capitales inimicitias cum Cajo, dubitat ergo, an homicidium secutum fuerit vi sui consilii, an verò ex vi solius propriæ alterius inimicitiæ? In his & similibus casibus dubitans habendus est irregularis in utroque foro; omnes enim ejusmodi casus (de ultimo aliquid inferiùs) manifestè comprehenduntur in supra allegatis Canonibus, ut intuenti, & applicanti patet, ut ex communi docet Franc. Bardi *de consc. discept. 6. c. 7. §. 5. & 8.*

Regula hæc vera est tam de homicidio justo; 134
quàm injusto, certò factò: nam tertius Canon allegatus: *cap. petitio tua*, expresè loquitur de homicidio justo defensivo, en tibi textum totum. *Petitio*

titio tua continebat, quòd, cùm inimici Dominicæ Crucis castrum invasissent, exeuntibùs inde habitatoribùs, tam Clericis, quàm Laicis contra eos, ac invicem confligentibùs, hinc inde occisi quàm plurimi extiterint: unde pro eo, quòd aliquos percussisti, irregularitatem metuas incurrisse; mandamus, quatenus, si de interfectione cujusdam illo conflictu tua conscientia te remordeat, ministeriò Altaris abstineas reverenter, cùm sit consultiùs in ejusmodi dubio abstinere, quàm temerè celebrare. Sic Pontifex, manifestè loquens de homicidio justo in bello justo defensivo: & nota illud *in ejusmodi* dubio. Nihilominus aliqui conantur explicare, Pontificem non loqui de dubio proprio, sed probabilitate, quandò nimirùm valde probabile esset, aliquem ex tua actione fuisse occisum, sicut reverà tunc probabilè valdè fuit, aliquem hostium ex percussione illius Clerici interfectum esse; idque supponendo, dixit Pontifex, *si de interfectione cujuscunque tua te conscientia remordeat;* adeóque in mero dubio homicidii justi facti, utpote ex justitia publica, vel in bello justo, quando dubitas, an ex tua actione aliquis occisus, vel mortuus sit, non incurrere irregularitatem, cùm aliquibus probabile censet Tamb. *hîc c. 5. n. 14.* Sed certè ego non audeo acquiescere, & recedere à clarò textu de communissima Sent. DD. Faciliùs acquiescerem huic, quod sequitur.

135 Cùm Sacri Canones allegati in dubio homicidii irregularitatem statuentes, atque in re odiosa stricte interpretandi, expressè solùm loquantur de dubio homicidio, sed physicè patrato ex tua actione, percussione

cussione, vulnere &c. satis probabile est, non debere extendi ad homicidium dubiè, sed moraliter certò causatum ex tuo consilio, suasu, consensu. V. g. certus sum me consulente, vel suadente à te hominem esse occisum, sed dubito rationabiliter, an tu occideris ex meo consilio motus, an potiùs ex alterius, vel tua propria voluntate; aut certus sum, te meo consiliô motum, hominem percussisse, vel vulnerâsse, dubito autem, an ex illo vulnere, vel percussione mortuus sit, an potiùs ex alia causa, aut omninò mortuus sit, an potiùs ex inflicto à te vulnere convalescat? Hoc ultimum certum est ex mox dicendis. Et ita similiter, quoties est dubium, an ego moraliter ad homicidium concurrerim, probabiliter satis liber sum ab irregularitate (etsi oppositum ut probabilius, communiùs, & tutius jam supra posuerim) Ita Tamb. *cit. c. 5. n.* 11. citans *Suarez, utrumq; Sanch. Azorium, Merollam. Joan. Præpos. aliósque citans* Dian. *p.* 11. *tr.* 6. *res.* 42. Ratio jam indicata est, quia irregularitas imponitur homicidio dubiè commisso: atqui valde differunt homicidium committere, & ad homicidium consilium dare, vel moraliter tantùm concurrere: ergo probabile est irregularitatem non extendi ad consulentem, & dubitantem, an per suũ consilium moraliter verè concurrerit ad homicidium.

Illud denique adhuc probabilius, non incurri ir- 136
regularitatem per mutilationem, sive injustam, sive justam quomodocunq; dubiam: sive sit dubium facti, ut an membrum aliquod proximo à te percusso abscinderis; sive sit dubium juris: ut an ex tali mu-

mutilatione mammillæ v. g. vel digiti, incurrat irregularitas. Ita Sanch. *lib.* 1. *Moral. c.* 10. *n.* 45. *Suarez, Bonac. Castro. Merolla, aliisque cit.* Dian. *p.* 3. *tr.* 7. *resol.* 73. Tamb. *cit. n.* 10. Ratio est eadem: quia nec in citatis Juribus Clementis, & Innocentii, nec in aliquo Jure fit ulla mentio expressa de mutilatione dubia, sed solùm de homicidio dubio: mutilatio autem homicidium non est.

REGULA II.

137 *Quandocunque non constat, sed verè dubitatur de ipso corpore delicti, utrum scilicet homicidium, vel mors alicujus re ipsa secuta sit, nec ne: etsi constet de causa aliqua applicata, seu cooperatione physica, vel morali facta ad homicidium causandum, non est timenda irregularitas, sed post factam diligentem inquisitionem, dubio quocunque perseverante, securè procedis in Sacris.* Ita communis RR. quos citant, & sequuntur. Dian. *p.* 7. *tr.* 5. *resolut.* 24. Franciscus Bardi *de conscient. disceptat.* 6. *c.* 7. §. 4. Tamb. *cit. c.* 6. §. *nn.* & *lib.* 1. *Decal. c.* 3. §. 7. *v. irregularitas. n.* 2. Ratio sumitur ex duplici principio jam sæpiùs inculcato. I. non est statuenda irregularitas, nisi in jure expressa sit; claro jure Bonifacii VIII. *c.* is qui, de sent. Excomm. in 6. II. *odia restringi conveniunt, non ampliari.* Regula Juris in 6. Atqui Canones allegati, & alii omnes (ex quorum constitutione præcisè inducitur irregularitas in dubio homicidii) expressè loquuntur solùm in casu, quo constat de corpore delicti, sc. homicidii patrati, & solùm dubitatur de cooperationis, vel causæ positæ effi-

caci-

cacia, vel sufficientia, ut intuenti patet: ergo Canones illi pœnales odiosi, non sunt extendendi ad casum. quando de ipso corpore delicti, seu homicidio commissio ambigitur. Exempli gratiâ; scit aliquis se percussisse graviter, vel vulnerâsse hominem: explosisse in hostem in bello v. g. seu justo, seu injusto; dubitatur autem invincibiliter, an interim mors secuta sit: Si scis te alteri mandatum, consilium, vel auxilium præbuisse ad aliquem occidendum, dubitas similiter, an is obsecutus, reverà occiderit, an verò pœnitens omninò intermiserit: aut si fortè invasit, percussit, vulneravit, nescis, an ex eo vulnere mortuus fuerit, an verò convaluerit: scio me causam applicâsse; consilium dedisse, vel auxilium, aut aliter efficaciter induxisse fœminam ad abortum procurandum, dubito autem, an abortus secutus sit, vel si constet abortum esse factum: dubitatur invincibiliter, an fœtus fuerit animatus, ideóque homicidum factum: nec ne: & ita in similibus innumeris: taliter inquam dubitans debet quidem omnem moraliter possibilem diligentiam adhibere ad inquirendam veritatem, & interim, quamdiu supereſt spes cognoscendi veritatem, abstinere à Sacris, quantùm potest sine scandalo, vel alio gravi incommodo. Quòd si verò adhibitâ frustrà diligentiâ dubium invincibile perseveret, (quamvis adhuc præsumptionem Juris esse pro irregularitate doceat communior & tutior sententia, *Sotus. Navar. Sanch. Laym. cit.*) tu tamen ita invincibiliter dubitans, ob rationem datam, irregularitatẽ securè ne timeas, téq; eâ pœnâ liberũ credas.

138 Regula ergo hæc universaliter vera est, in quocunque dubio, non tam in dubio facti, quando scilicet dubitatur de ipso homicidio facto, ut hactenus suppositimus; sed etiam multò magis in dubio juris, quando scilicet dubitatur, an pro tali facto irregularitas aliqua in Jure decreta sit, aut non nisi dubiè, ambiguè, & obscurè habeatur, ex sæpiùs repetito principio, irregularitatem nullam esse, nisi Jure expressam, non tantùm in dubio merè negativo, quandò intellectus merè anceps hæret inter utramque partem, nullam habens rationem saltem probabilem inclinandi in unam vel alteram partem, an sit, vel non sit homicidium: sed etiam multò magis in dubio positivo, ut vocant, quando scilicet sunt rationes probabiles pro utraque parte, & esse, & non esse homicidium patratum, aut irregularitatem decretam: tunc poteris eligere quamlibet partem, etiam tibi faventem, etiamsi oppositæ rationes probabiliores videantur; sequendo enim sententiam probabilem, semper prudenter te geres, juxta communem jam doctrinam in materia de Conscientia: à fortiori securus eris, si habeas rationem probabilem pro te, utpote homicidium non esse securum, aut in tali casu nullam esse irregularitatem decretam; & solùm negativè dubitas de oppositò, nulla ratione apparente probabili in contrarium. Contrà verò: si adsunt rationes probabiles contra te, v. g. probabiliter judicas te revera occidisse, & solùm dubiò negativò dubitas, forte non occidisse, nullâ habitâ ratione probabili, undè judices te non occidisse tua actione, consilio, vel auxilio

xilio, (prout fuit in casu supra allato *c. petitio tua*, & esset, si aliquem globo tactum circa medium corpus videres ex equo lapsum, & nullo indicio vel ratione probabili constaret mortem evasisse) meritò Tamb. *hic c. 5. n. 17.* certum putat, te irregularem habendum in utroque foro. *Ratio est*: quia tunc prudenter apparet tantùm ratio incursûs in irregularitatem, & nulla apparet ratio evasionis, seu liberationis ab illa.

SECTIO IV.

De homicidiis indirectè tantùm voluntariis, seu casualibus mixtis: & sua irregularitate.

SUMMARIUM.

139. *Homicidium indirectum, seu indirectè voluntarium, & casuale mixtum, quid, & quotuplex?*
140. *Est peccatum mortale, vel veniale, pro ratione culpæ, seu negligentiæ.*
141. *Absolutè irregularitatem inducens, maximè interveniente culpa gravi.*
143. *Sive fiat, I. ex causa positiva in re aliàs licita.*
144. *Exempla, & casus varii.*
146. *Sive ex causa positiva in re illicita.*
148. *Afferuntur exempla.*
149. *III. Opposita tamen sententia æquè probabilis, scil. homicidium indirectè tantùm voluntarium ex causa positiva quacunque indifferenter, sive rei licitæ, sive illicitæ, in foro conscientiæ nunquam incurri irregularitatem, nisi culpa & negligentia sit gravis.*
150. *Minùs ex causa negativa tantùm, in non impediente, ex charitate tantùm impedire obligato; secùs si impedire obligetur ex justitia:*

139 HOmicidium indirectum, seu indirectè voluntarium dicitur, cùm quis aliquid agit, vel omittit, unde prævidet, vel prævidere deberet, secuturum homicidium alterius, ad quod impediendum non adhibet debitam diligentiam, etsi illud directè minimè intendat. Et dicitur homicidium *casuale mixtum*: nam partim casuale est, quatenus directè minimè intentum, contingit præter intentionem operantis: partim etiam est voluntarium, indirectè scilicet, & in causâ suâ, quatenus ab agente aliquid prævisum, & non sufficienter præcautum, eo ipso indirectè volitum censetur; nam qui vult aliquid agere, vel omittere, unde prævidet, & non præcavet mortem alterius secuturam, eo ipso indirectè saltem ipsam mortem velle, convincitur. Duplex ergò est ejusmodi homicidium indirectè, & in causa voluntarium. Unum in causa positiva, & per commissionem, cùm quis positivam actionem exercet, unde talem effectum prævidet: idque rursum dupliciter, scilicet ut loquuntur DD. vel dando operam rei aliàs licitæ, vel dando operam rei illicitæ. Alterum in causa negativa per omissionem, cùm scilicet quis omittit facere aliquid, ex cujus omissione provenit homicidium: idque rursus dupliciter: vel omittendo aliquid debitum ex Charitate, vel omittendo aliquid debitum ex justitia. Universaliter ergò ad homicidium indirectè voluntarium, seu casuale mixtum duo essentialiter requiruntur. 1. ut actio illa, vel omissio, quæ est causa homicidii, sit de se efficax, vel periculosa ad causandum homicidium

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in talibus circumstantiis; ita ut ex illa ordinariè soleant sequi homicidia: ut fuste percutere in capite, ægro negare medicinam; inde enim fit, ut exercens talem actionem prævideat, vel prævidere debeat homicidium secuturum, & non excuset ignorantia. 2. Ut exercens talem actionem periculosam, non adhibeat debitam diligentiam, curam, vel cautelam, ne sequatur inde homicidium: inde enim fit, ut ei censeatur, & imputetur, homicidium indirectè voluntarium, & ex culpa sua factum, quia scil. actionem homicidii causativam sciens exercuit, & ne causaretur diligentiam adhibere culpabiliter neglexit; culpa autem, seu negligentia hæc culpabilis in cavendo homicidio notissimis terminis triplex distinguitur. *Lata. Levis. Levissima.*

ASSERTIO V.

Homicidium indirectè voluntarium, seu casuale mixtum, sive ex causa positiva, sive negativa; sive quis det operam rei licitæ, sive illicitæ, peccatum est mortale, vel veniale, pro ratione majoris, vel minoris periculi in causando, & majoris vel minoris culpæ seu negligentiæ in cavendo homicidium previsum secuturum: atque adeò peccatum mortale erit cum onere restitutionis, & irregularitate, quando actio de se est efficax, vel periculosa ad homicidium causandum, & culpa seu negligentia in cavendo lata, seu gravis sit: quando verò actio seu causa posita de se non est actio periculosa, aut culpa seu negligentia in cavendo solùm levis sit, erit solùm veniale, absque gravi saltem restitutionis obligatione, & absque irregularitate saltem, nisi quis 140

det operam rei etiam alias licitæ valdè periculo. Hæc veluti Regula generalis ab omnibus ferè omissa, latiùs explicabitur per Regulas speciales. Interim

141 Quoad peccatum, & obligationem restitutionis res clara est ex generalibus principiis restitutionis ex injusta damnificatione; omnis enim, qui culpabiliter culpa gravi Theologica causam ponit, vel cùm posset, & deberet ex Justitia, non aufert causam injusti damni, proximi prævisi, etsi directè non intenti, peccat contra Justitiam cum onere restitutionis ex injusto damno dato: atqui hoc fit in proposito: ergo.

142 Quoad irregularitatem verò, eam absolutè incurri ex homicidio indirectè voluntario, seu casuali mixto, maximè interveniente culpa gravi, liquidò constat ex Jure Canonico, *tit. de homic. c. significasti, c. dilectus.* ubi casus ponuntur infra adferendi: docétque communissima DD. tam Theologi cum Sancto Thoma 2. 2. *q.* 64. quàm Canonistæ, & Sumistæ. Ratio debet esse: quia meritò Sacri Canones irregularitate puniunt, non tantùm ipsum homicidium voluntarium in se, sed omnem etiam actionem culpabiliter ad homicidium concurrentem: cùm non tantùm dedeceat Ministrum Christi, & Sacramentorum, ipsa homicidia patrâsse, sed etiam omnes culpabiles cooperationes ad illa. Notandum tamen hîc est discrimen inter homicidii casualis culpam, & irregularitatem incurrendam: culpam enim seu peccatum committitur ipso facto & puncto, quo deliberatè ponitur causa actio-

actio, vel omissio, unde prævidetur, vel prævideri debet homicidium secuturum. Unde si interea voluntas se revocet, & pœniteat, fieri potest, ut actu secuto homicidio non sit ampliùs peccatum, sicut è contra, etiam postea non secuto homicidio; tamen peccatum jam commissum est: at verò irregularitas incurritur solùm effectu secuto, eo scilicet puncto, quo homicidium secutum operanti innotescit, non obstante factâ interea revocatione, vel pœnitentiâ, effectu autem non secuto, minimè incurritur irregularitas, secundùm omnes: quia de hoc nihil expressum est in Jure. Jam pono promissas Regulas speciales.

§. I.

Regula prima. *Ex causa positiva in re licita.*

QUando quis dat operam rei alioquin licitæ, ex 143
qua præter intentionem sequitur homicidium, vel mors alterius, per se solùm attendenda est culpa, seu negligentia in cavendo homicidio, adeò ut quamvis actio periculosa sit ad causandum homicidium: ut si projicias lapides ex domo, tegulas ex tecto, explodas in feram &c. & sic occidas hominem, tunc solùm peccatum mortale erit, cum onere restitutionis, & irregularitate, si culpa, vel negligentia in cavendo lata, gravis & mortalis sit. Ita communissima DD. Filliucius *tr.* 20. *c.* 3. *§.* 3. Laym. *lib.* 3. *tr.* 3. *p.* 3. *c.* 10. *n.* 4. Et à fortiori *Sotus*, *Avila*, *Henriquez*, *Petrus Navar.* alii infra citandi, universaliter requirentes culpam

mortalem ad incurrendam irregularitatem ex homicidio casuali. *Ratio est* specialis in nostro casu, quia hæc irregulatitas est ex delicto: sed non est credibile graviſſimam pœnam irregularitatis esse impositam delicto veniali tantùm; ergò solum mortali: ergò ulteriùs, cùm in ipsa actione licita, quæ est causa homicidii, nulla sit culpa, requiritur, ut ex parte negligentiæ cavendi homicidium secuturum sit culpa mortalis.

144 Exempla adferuntur. I. In Judice reum torquente, modúmque torturæ excedente, præter intentionem directam occidente, contra legem, & quæstionis modum *ff. de quæst. reor. Avila*, alii apud *Laym. cit.* Item in Judice, vel custode carceris, si reum incarceratum fame, aliis ærumnis ita affligit, ut tabescens intereat. Navarr. *lib. 5. Consil. 11. §. 6. de homic.* De Medico. Chirurgo, Infirmario, dicam distinctè seorsim *Sect. seq.* II. In Magistro, qui causâ disciplinæ puerum castigans, sed modum excedens causam mortis præbet contra L. *Præceptoris ff. ad L. Aquiliam.* si enim excessus &c. nimius, irregularis est, aliàs non: ita cit. Et hic est casus, *c. Presbyterum de homicid.* ubi declaratur irregularis Presbyter, qui causâ disciplinæ percussit puerum in capite, unde mortuus est: quia scilicet correctio fuit immoderata cum culpa lata. III. In patre prolem in lecto suo penes se collocante, & opprimente: si enim periculum grave sit, utpote, quia lectus angustus, & ipse inquieti somni, & lata negligentia in cavendo oppressionem, peccatum mortale, & ipse irregularis erit, aliàs non

non; de quo casu agit *c. quæsitum de pœnit. & remiss.* Item in Patrefamilias alente ferocem canem, taurum &c. & incautè ligante, vel custodiente, culpa lata irregularitatem inducit, levis non. IV. casus habetur *c. continebatur de homic.* Ubi declaratur irregularis Diaconus, quòd falce præcinctus colludens cum laico, nescio, quo lusûs genere, ea lege, ut victor victi tergo insidens, velut inequitaret. Victor ergò laicus Diaconi tergo insidens ejus falce graviter vulneratus, diem suum obijt; imputatur enim ei culpa, & negligentia lata, quod falce accinctus, & non priùs depositâ, ea lege colludens, non caverit periculum, ut benè notat Filliuc. modo cit. *quæst.* 3. Et his conformiter solvi debent casus consimiles.

Generaliter ergò quando rei licitæ vacas, sed 145
periculosæ, ne mortem alterius causet, si periculum prævidisti, vel suspicatus es, moralem tamen cautelam non adhibuisti, & diligentiam, ne mors alicujus sequatur, v. g. ejiciens è domo, vel tecto ligna, tegulas in viam publicam, non circumspexisti, si homines obambulent, non clamâsti, ut sibi caveant, secuta morte alicujus, etiamsi directè minimè intenderis, peccas peccato homicidii in directè voluntarii cum onere restitutionis, atque irregularitate, secundùm omnes: quia opus illud alioquin licitum, jam per accidens fit illicitum in materia homicidii, cujus periculum prævidisti, & sufficienter non cavisti. Contra verò si simili rei licitæ vacans periculum quidem prævides, vel suspiceris, attamen morali diligentia adhibita suffi-

cienter præcaveas, & nihilominus aliquis inde moritur contra omnem voluntatem tuam; v.g. si modò dicto casu, te clamantem & caventem qui audivit, tamen in via pergit, & lapide, vel trabe te dejecto enecatur, nec peccas, nec irregularis eris: quia ubi nulla culpa, nulla debet esse pœna. Ex communi Lessius *lib.* 2. *c.* 9. *dub.* 15. *n.* 103. Insuper si prævidisti quidem periculum, sed per negligentiam, vel inadvertentiam in conscientia, & coram Deo, solùm leviter, & venialiter culpabilem, mors secuta sit: non eris irregularis, ob rationem Regulæ datam, quia non æquum est levem culpam plecti tantâ pœnâ, quanta est irregularitas. Dico autem semper: *si prævidisti*, nam si nullo modo prævidisti, nec de eo dubitâsti, vel suspicatus es, & ideò nullam diligentiam cavendi adhibuisti (vires enim humanas superat, ut quis diligentiam adhibeat ad cavendum periculum, de quo nihil sibi in mentem venit) cùm propter illam inculpabilem inadvertentiam, nullum peccatum admissum sit, consequenter nulla erit irregularitas: sed erit homicidium merè, & simpliciter casuale.

§. II.

Regula secunda. *Ex causa positiva in re illicita.*

146 QUando quis dat operam rei illicitæ, ex qua prævisa sequitur homicidium, vel mors alterius, præter directã ejus intentionem, non tantùm attendenda est culpa, seu negligentia in cavendo homicidio, sed etiam principaliter, an actio illa per se sit

se sit valdè periculosa, & efficax ad causandum, ex qua scilicet regulariter vel sæpè solet sequi mors, consideratis circumstantiis personæ, loci, temporis, & instrumentorum: ut si ferias punctim circa pectus, vel cœsim in capite: si fuste cædas in capite, maximè pueri, vel personæ teneræ: si noctu explodas in publicam viam: si incautè tractes sclopum oneratum, & adductum scienter inter homines: si venenum temerè inter pueros exponas &c. homicidia inde secuta, etsi directè tibi minimè intenta, vel volita, sine dubio erunt mortalia, restitutionis, & irregularitatis inductiva, si periculum prævisum (ut supponimus) satis non cavisti: nam illa ipsa actione adeò periculosa tacitè consentis in damnum prævisum, & sufficienter non præcautum: unde si pugnes cum alio non quidem animô occidendi, etiam adhibitâ aliquâ diligentiâ, ne occidas, & tamen occidis, adhuc peccas mortaliter peccato homicidii casualis indirectè voluntarii, si nimirum pugna gravis, & periculosa fuit juxta modò dicta: secus, si levis pugna fuit, v. g. instrumentis non adeò periculosis.

Insuper universaliter, si actio ita periculosa fuit, & illicita, sive in ipsa materia homicidii & præcepti, ut pugnando, verberando, vulnerando, sive in alia materia peccati, ut furti, adulterii, contumeliæ ad incurrendam irregularitatē, non semper requiri culpam latam, gravem, vel mortalem, sed sufficere sæpè culpam levem, & venialem in cavendo homicidio, sentiunt sanè DD. communiter apud Laym. *cit. tr.* 3. *c.* 10. *n.* 4. fundamentum 147

po-

potissimùm est; quia longè facilius incurritur irregularitas, quando quis dat operam rei illicitæ, quam cùm dat operam rei licitæ, ex qua homicidium sequitur: ideò enim Pontifices in multis Decretis textibus, *ut c. ad audientiam, & seqq. de homicid.* sunt tam solliciti in examinando, an committens homicidium casuale, dederit operam rei licitæ, vel illicitæ: cùm ergò ad irregularitatem incurrendam ex actione licita causante homicidium requiratur culpa gravis, ut dictum est: consequenter, si actio fuit illicita & periculosa, sufficiet etiam culpa levis in cavendo homicidio.

148 Exempla adferuntur ex jure. 1. De Clericis in sibi prohibita venatione aprorum, ursorum, agitatione taurorum hominem occidentibus, non omni adhibita diligentia cavendi. 2. De Clerico impudicè, & incautè saltantè, vel jocante cum muliere prægnante, unde abortus prolis animatæ sequitur. *Ex cap. sicut ex litterarum. de homic.* ubi declaratur irregularis Presbyter, qui mulierem prægnantem Zonâ traxit, ut ea occasione abortum fecerit. 3. Idem erit de quocunque incautè percutiente mulierem gravidam, unde sequatur abortus fœtûs animati. 4. Idem de adultero incautè agente, unde vel ipse deprehensus maritum invadentem occidat, vel maritus postea comperto adulterio occidat uxorem adulteram. Sed de his infra ex professo: similes casus innumeri obvii sunt, in quibus omnibus ultra malitiam actionis illicitæ, videtur omninò sufficere culpa, vel negligentia levis, ac venialis, nec requiri gravem, & mortalem ad incur-

incurrendam irregularitatem, ob rationem datam. Sed de hoc mitiùs dicam Regula sequenti. Interim Certum videtur apud omnes, quando actio illicita, ex qua sequitur homicidium casuale, non est ita periculosa, aut etsi sit, periculum tamen prævisum sufficienti diligentia præcautum fuerat, nullam exinde incurrri irregularitatem, si præter omnem intentionem mors sequatur: rationem mox dabo Regula sequenti. Unde Pontifex c. *quantum dist.* 50. illum, qui equos surripuit, à quibus abductis mulier quædam percussa, & abortum passa est, declaravit furti quidem reum esse, attamen aliquâ pœnâ legali, utpote irregularitate, excommunicatione &c. affici non debere, si ejus voluntas pernitiosa non agnoscitur. Sic Pontifex, quia nimirum (ut notat Glossa ibid.) mulierem, ut sibi caveat, præmonuit. Hinc bene Glianus *de cens. v. Frater Minor.* resolvit, Franciscanum illicitè equitantem, si casu puerum occidat, peccare quidem contra Regulam sui Ordinis, at irregularitatem non incurrere, quia nimirum equitare, communiter non est periculosum ad homicidium, & ideò periculum vel nullum prævidit, vel si prævidit, sufficienter præcavit.

§. III.

Regula tertia mitior: *Ex causa positiva quacunque.*

149 Solve quis det operam rei licitæ, sive illicitæ, idque sive in alia, sive in ipsa homicidii materia, etiam periculosa, nunquam in foro conscientiæ incurritur irregularitas ex delicto homicidii casualis,

lis, nisi culpa, aut negligentia in cavendo homicidio gravis seu mortalis fuerit. Hanc Doctrinam probabilem, & in praxi tutam sentit ipse Laym. *cit. cap.* 10. & absolutè, docent *Suarez*, *Henr. Avila*, *Fillincius*, aliisque cit. Dian. *p.* 4. *tract.* 2 *resolut.* 21. Tamb. *hic c.* 15. §. 2. *an.* 12. Ratio est: quia irregularitas ex delicto homicidii casualis per sacros Canones non inducitur ex eo, quòd opus in se licitum, vel illicitum, vel periculosum sit, sed ex eo, quòd ex tali opere culpabiliter inferatur mors, seu homicidium sequatur: atqui æquitas non patitur, ex levi culpa induci pœnam tam gravem, qualis est irregularitas: ergo cuicunque rei, etiam illicitæ & periculosæ, operam dederis, ex qua præter intentionem tuam sequitur homicidium, nisi culpa, seu negligentia tua in cavendo illo gravis & mortalis fuerit, in conscientia saltem tua, & coram DEO, ne censeas te irregularem.

250 Nec urget fundamentum oppositæ Sententiæ: nam discrimen illud, an homicidium sequatur ex actione secundùm se licita, vel illicita, pertinet solùm, ad forum externum ad hanc ipsam culpam discernendam, nam in foro externo præsumi solet, eum, qui operam rei illicitæ dedit, ex qua homicidium secutum est, non nisi latâ culpâ occasionem homicidii præbuisse, ex qua præsumptione meritò Pontifex in casu allegato pronuntiavit irregularem illum Presbyterum, qui Zonâ traxit mulierem prægnantem, abortu inde secuto: meritò enim præsumpsit gravem culpam & incautelam; atque ità in similibus casibus in Jure repertis resolvendum est.

est. Atqui in foro conscientiæ præsumptio cedit veritati: ergò quandocunque constat in actione etiam illicita, gravem culpam non intercessisse, sed levem & venialem tantùm, v. g. inadvertentiam, præcipitantiam in cavendo homicidio, nemo censendus est irregularis. In dubio tamen, an culpa illa gravis, vel levis fuerit in cavendo homicidio defactò secuto, ex actione tua, omninò præsumendus es irregularis, juxta dicta *subsect. praced. Reg.* 1.

Atque hinc verum est juxta præcedentem Re- 151
gulam, quando vacas operi illicito in materia homicidii, vel periculoso ad causandum homicidium, vel valdè connexo cum periculo mortis alterius, ut in exemplis ibidem allatis, morte alicujus inde secuta semper pronuntiandus eris irregularis; & quidem ex delicto homicidii voluntarii potiùs, quàm casualis, quia semper præsumeris, malitiosè in causa illa voluisse, ac intendisse ipsum homicidium; nemo enim, nisi stultus, sciens punctim ferit in alterius pectus &c. nisi volens occidere: at verò in conscientia & coram DEO, reverà non eris irregularis, si periculum nullum prævidisti, vel suspicatus es, vel prævisum citra culpam gravem diligenter cavisti. Si autem prævidisti, vel aliquo tandem modo de illo periculo suspicatus es, ipsúmque periculum non præcavisti, vel præcavere non potuisti, semper irregularis eris secuta morte, quia debebas ab actione præsertim illicita omninò abstinere.

Atque in his eventibus, si certò scias, te in ejus- 152
modi actione nullam negligentiam, seu culpam gra-

gravem & mortalem cõmisisse, quoad homicidium secutum, secluso scandalo, poteris te gerere tanquam liberum ab irregularitate, quia præsumptio externa veritatem non lædit, sed ei cedit. Econtrà verò si exteriùs quidem judicetur, nullam fuisse culpam, vel satis levem; tu autem tibi conscius sis, te graviter deliquisse, obligaberis ut verum irregularẽ te gerere, abstinendo à Sacris interim &c. Lege Suarez *de Cons. disp. 45. sect. 5. n. 3.* Ex dictis patet resolutio ad varios casus, quorum præcipuos commodiùs congeram *sect. seq.* post explicatum homicidium merè casuale.

§. VI.

Regula quarta. *Ex causa negativa tantùm.* Remissivè.

153 Cùm in re, & effectu omninò æquivaleant, ac verè idem sint *non impedire homicidium*, cum quis tenetur ex justitia, vel Charitate tantùm: & *omittere aliquid ex justitia, vel Charitate debitum*, unde prævidet homicidium secuturum: ideò omnia dicta Sect. 3. §. 4. utrâque Regulâ de non impediente homicidium, per omnia intelligenda sunt de omittente aliquid, unde homicidium sequitur; in gratiam tamen simpliciorum breviſſimè applico.

154 I. Qui omittit aliquid debitum ex Charitate, unde sequitur homicidium, vel mors alterius peccat juxtà rationem omissionis moraliter, vel venialiter, ut si quis omittat detegere proximo insidias mortales sibi paratas: si omittas succurrere proximo in extrema necessitate, ísque posteà moriatur, peccat mortaliter, juxta illud notum D. Ambr. *pasce fame*

fame morientem, si non pavisti, occidisti, non tamen peccatô propriè dictô homicidii contra justitiam, sed solùm homicidiô moralî, ac metaphoricô, contra Charitatem; Unde hîc nulla incurritur obligatio restitutionis, nulla irregularitas.

II. Qui omittit aliquid debitum ex Justitia, unde 155
sequitur homicidium, seu mors alterius, v. g. si Princeps, vel Magistratus culpabiliter omittit custodire vias contra latrones, unde contingunt latrocinia, & homicidia viatorum; si minister Justitiæ, vel custos omittat custodias nocturnas, & circumitiones, ratione cujus negligentiæ homicidia contingunt: Si Dux exercitûs non coërceat milites debitâ disciplinâ unde injustè aliqui occidantur &c. peccant contra Justitiam, juxta rationem negligentiæ, penes majorem, vel minorem eorum obligationem, ac majus, vel minus periculum æstimandæ, mortaliter, vel venialiter: & si negligentia lata, adeóque culpa mortalis intercesserit, tenebuntur ad restitutionem faciendam illis, quibus facienda est, in defectum homicidæ, alioquin solùm tenebuntur procurare, ut homicida satisfaciat juxta dicta suo loco.

III. Insuper talem incurrere irregularitatem, si 156
nimirum omissio sit voluntaria, & culpabilis graviter prævisû, & non præcautô periculô (secùs, si involuntaria, vel nullum censeatur imminere periculum) ex communi docent Suarez hîc *disp.* 44. *sect.* 3. *num.* 4. ubi solvit aliquas objectiones, quæ fieri possent in contrarium: & Filliuc. *tr.* 20. *c.* 4. *q.* 9. Ratio est: quia talis ita voluntariè omit-

tens tollere prævisum periculum mortis, est vera causa moralis, & imputativa homicidii secuti, si enim imputatur: unde etiam in Jure Civili punitur, ac si commisisset: ergo etiam in Jure Canonico incurret pœnam latam in talem. IV. Sed tu sicurè adhibe distinctionem de omissione pura, & non pura *Sect.* 3. §. 4. latè explicata.

SUBSECTIO.

De homicidio casuali moraliter causato, ex mandato, consilio, &c.

SUMMARIUM.

158. Quicunque mandans, vel suadens alteri actionem, ex qua prævidet, dubitat, suspicatur, vel prævidere deberet, secuturam mortem alterius, peccat mortaliter, & secuta morte, vel mutilatione fit irregularis; unde

159. Resolvuntur varii casus. I. De mandante tantùm verberare alium.

160. II. De mandante, vel consulente occidere.

161. III. De advocante sibi socios ad occidendum, &

162. IV. De præcipiente vel suadente generaliter quamcunque actionem fieri cum præviso periculo mortis.

157 SIcut homicidium voluntarium, ita & homicidium casuale aliud est, quasi patratum physicè, cùm quis per se ipsum agit aliquid, ex quo prævidet sequi homicidium, vel mortem alterius, & de hoc hâc Sectione hactenus locuti sumus. Aliud est moraliter causatum, cùm quis mandato, consilio, suasu &c. inducit alterum, non quidem ad ipsum homicidium (sic enim esset homicidium directè voluntarium, moraliter causatum, de quo *Sectio-*

Sectione 3. tota) Sed ad aliquid aliud agendum, vel omittendum, ex quo præter directam intentionem mandantis, vel consulentis sequitur mors alterius, sive tertii, sive ipsiusmet, cui mandatum, vel consilium dat. Et de hoc nunc sit

RESOLUTIO.

Et Regula Generalis.

Quicunque alteri mandat, suadet &c. vel quo- 159
modolibet inducit ad aliquam actionem seu licitam, seu quomodocunq; illicitam, ex qua prævidet, vel subdubitat, suspicatur, aut certè rationabiliter prævidere deberet, secuturam mortem alterius; & generaliter uno verbo: quando actio illa est conjuncta cum periculo mortis alterius, aut tertii, aut ipsiusmet, cui mandatur, vel consulitur, & ne sequatur mors, sufficienter non præcavit, ipsò factò peccat mortaliter pro ratione materiæ illicitæ, (de quo nemo dubitat) *& secuta morte, vel mutilatione irregularitatem incurrit. At verò sit ejusmodi periculum amovisse, seu præcavisse prudenter censeatur, secutum homicidium non imputabitur ei, & consequenter nullâ irregularitate afficietur.* Hæc Regula constat ex dictis, indiget solùm declaratione, & applicatione ad casus. Censendus autem est ejusmodi mandans, vel consulens periculum sufficienter præcavisse, si homini prudenti, & cauto, in talibus circumstantiis, vel sub tali modo agendi, actio mandetur, vel consulatur, ut quilibet prudens judicare possit, homicidium, vel mortem, aut mutilationem nullam fore patrandam, ut ex *Suarez*,

rez, Sayro, Filliuc. aliísque rectè declarat Tamb. *cap.* 15. §. 3. *num.* 5. vide etiam Dian. *part.* 4. *tract.* 2. *resol.* 19. Casus varios ad aliquot classes reducamus.

I. Mandans verberare tantùm alterum.

159 QUi præcipit alicui alterum verberare, & non occidere, si adsit metus, vel suspicio periculi ne etiam occidat, vel ex parte sua, quia ferox, & temerarius est; vel ex parte alterius, quia verbere accepto, facilè perire potest; secutô homicidiô, irregularis fit, ut expressè dicitur cap. ult. de homic. in 6. addita ratione: *cùm mandando in culpa fuerit, & hoc evenire posse debuerit cogitare.* Quo loco Juris ad hanc irregularitatem incurrendam supponitur, ut & mandatum injustum sit, & imprudens in ordine ad homicidium cavendum. Quòd si ergò & mandatum esset justum v.g. ad debitam correctionem, & prudenter factum ad cavendam occisionem, utpote datum ministro fideli, & cauto, cum limitatione seria, ne occidat, assignatô etiam instrumentô moraliter non effectivô mortis; v. g. pugnô, virgîs, larô, etiamsi per accidens & præter omnem intentionem sequatur mors alterius, mandans ab irregularitate imunis eris, ut ex comuni rectè notat. Filliuc. *cit. c.* 4. *q.* 3. *n.* 96. & Dian. *cit. resol.* 19. Quòd si verò mandatum justum quidem sit, sed imprudenter factum, v.g. lenidi magister jubet discipulum iracundum & audacem disciplinæ causâ verberari, si inde efferatus ille discipulus aliquem occidat, vel mutilet, ludimagistrum non effugere irregularitatem, meritò cen-

set *Tamb. ibid. n.* 3. quia periculum certè prævidit, & sufficienter cavere non potuit respectu talis hominis sibi noti: Quòd si denique mandatum injustum sit, attamen prudenter factum, omni adhibitâ cautelâ, ne mors sequatur, si tamen sequatur, adhuc incurri irregularitatem ex speciali dispositione Juris modò allegati censet *Filliuc. ibid.* quia semper talis mandans fuit in culpa, & debuit cogitare, ne id eveniret. Sed ego non credo, propter dicta supra *hac Sect.*

II. Mandans, vel consulens occidere alterum.

160 SI mandatarius, vel suasus illum alterum occidat, sine dubio mandans, vel suadens irregularis erit ex delicto homicidii voluntarii: at verò si detractione, vel calumniâ Titium concites adversus Cajum, prævidens subesse periculum, ne eum occidat aut cum prævisione similis periculi eum inebriâsti, secuta morte, irregularis eris ex delicto homicidii casualis, ex communi Laym. *c.* 10. *n.* 2. Et universaliter, qui alterum jussu, consilio, vel alio quovis modo inducit ad actionem periculosam, cum periculo prævisо occidendi alium tertium, homicidii, restitutionis, & irregularitatis reum fore non est dubium. At quid si in ejusmodi casu ipse mandatarius, suasus, vel inductus occidatur? Communis est doctrina, quisquis alteri præceptum: vel consilium dedit, alium occidendi, vel duellum ineundi &c. cum prævisо periculo mortis ipsius, si contingat ipsummet occidi, præcipiens, vel consulens irregularis erit. *Ratio est*: quia actiones illæ

de se sunt nimis periculosæ, & difficile est mandantem, vel consulentem tale periculum sufficienter præcavere, ne mors sequatur, unde si mandes, vel consulas Petro, ut occidat Titium, vel cum eo duellum ineat, viribûs ipsi benè æqualem, contingat autem præter voluntatem, & expectationem tuam, ut occisus sit ipse Petrus, adhuc irregularis eris: ita *Navar. Corduba, Avila.* aliisque cit. Suarez. *disp.* 44. *de Cens. Sect.* 3. *n.* 10. volens ab hac communi sententia, nec speculativè, nec practicè recedendum. *Filliuc. Laym. cit.* & probabilitûs fatetur Dian. *p.* 4. *tr.* 2. *resol.* 12. Ratio est: quia absolutè loquendo adhuc vacas rei illicitæ, valde periculosæ; quæ enim ratio periculosior tibi esse potest ad mortem, quàm æqualem aggredi, vel singulari certamine cum æquali pugnare? ait *Castropal.* apud Tamb. *cit. c.* 15. §. 3. n. 9. Contrarium tamen, & eo casu mandantem, vel consulentem non fore irregularem, etiamsi probabiliter dubitaverit de periculo mortis Petri, dummodò ejus mortem non intenderit, docet *Vasquez. Turrian. Hurt. Joan. Præpositus*, eósque citans, & pro foro conscientiæ tantùm sequens Lugo *disp.* 19. *de Justit. Sect.* 2. *n.* 40. Ratio potissima est: quia aliud est mandare, consulere, ut aliquis occidatur, quod effectu secuto semper secum irregularitatem trahit ex claro Jure: aliud verò est, mandando, vel consulendo alterum solùm periculo mortis exponere, quod nullam secum trahit irregularitatem, de hoc enim nullum Jus extat. Addit *Lugo*, quòd in solo consilio nulla appareat injustitia adversùs eum, cui

cui consulitur, cùm ei liberum maneat consilium sequi, vel non sequi. Quoad consulentem omninò inclino in hanc sententiam: quoad mandantem verò cum Suarez à communi sententia non recedo: *Ratio disparitatis* constat ex dictis suo loco supra. At: quid si mandans, vel consulens periculum nullum timeat, v. g. mandavi, vel suasi Titio, ut occidat Cajum, hominem satis debilem, & inferiorem viribus Titii; contingit tamen, ut Cajus debilior licèt viribus, occideret Titium: súmne ego irregularis ex delicto homicidii casualis ex meo mandato, suasu? Te non esse irregularem probabiliter censet *Bonac. Henriq.* alii apud Dian. *p.* 1. *tr.* 15. *resol.* 17. quia sufficienter periculum cavisti Titii, si sciviſti eum fortiorem esse Cajo: & confirmari potest à fortiori ex sententia modò antea relata: attamen adhuc irregularem te esse, æquè probabiliter putant *Nav. Covar. Avila. Coninch. Joan. Præpos.* apud Tamb. cit. *lib.* 10. *de Cens. & Irreg. tr.* 4. *c.* 10. §. 3. *n.* 7. Ratio est, quia sciebas, vel saltem scire debebas, in ejusmodi occasionibus etiam agnum ad se defendendum audaciam leonis induere; ideóque adhuc periculum prævidisse, vel saltem de eo dubitâsse præsumeris. Quare sola cognitio imbecillitatis Caii te excusare non potest, nisi fortè aliunde periculum satis caveris, v. g. præcipiendo, vel consulendo, ut occideret Cajum eminùs sclopeto, vel sagitta, vel à tergo, ex insidiis &c. ut prudenter omne periculum fuisse amotum judicaretur. Denique si mandâsti Titio, ut occideret Cajum, & is per errorem occi-

dit Sempronium; num tibi imputandum sit hoc homicidium, tanquam casuale; colliges à fortiori ex dicendis *in Subsect.*

III. Socios sibi advocans ad occidendum.

161 PEtrus rixans contra inimicum, unum vel alios plures socios advocavit, vel excitavit ad pugnam pro sua parte, aut etiam ultro accurrentes, & volentes in gratiam sui pugnare, tacito consensu admisit: juxta dicta *Sect. 3. de Consens.* siquidem unus eorum Petri inimicum, ejusve socium occidit, non est dubium, ipsum etiam Petrum homicidii, restitutionis, & irregularitatis ex delicto homicidii voluntarii reum fore. Sed contra: factum est, ut aliquis, vel aliqui ex ipsis sociis petri occisi, & mortui sint, contra omnem voluntatem Petri: quid tunc Juris debebo? casus est simillimus præcedenti, ideóque eodem modo resolvendus: nam Petrum adhuc homicidii, restitutionis, & irregularitatis illius reum facit communis, & probabilior sententia DD. *Navar. Suarez, Avila, Coninch.* eósque citans Dian. *p. 4. tract. 2. de irreg. resol. 12.* Ratio est eadem, quæ supra. Contrà verò non improbabiliter à restitutione, & irregularitate eum liberant *Vasq. Turian. Hur. Ratio est:* quia sine fraude vel dolo solùm excitans, vel admittens alterum ad actionem sibi periculosam, peccat tantùm contra Charitatem, non contra Justitiam: cum scienti, & volenti non fiat injuria: ergò si Petrus non peccavit contra Justitiam, non debet esse obnoxius restitutioni, & irregularitati. Idémque dicen-

dicendum de sociis Petri, qui mortem effugerunt. Quòd si tamen Petrus injustè rixans contra inimicos, socios suos conjecit in necessitatem pugnandi, insurgentibus nimirùm in ipsos inimicis Petri, & aliquem ex ipsis occidentibus; utique tunc Petrus reus erit restitutionis & irregularitatis, quia tunc verè injusta causa fut mortis sui socii.

IV. Generaliter præcipiens, vel suadens quamcunque actionem fieri cum præviso periculo mortis ipsius.

SI scias in sylva esse latrones ad occidendum 162
transeuntes, & nihilominus alicui præcipias, vel suadeas, ut ingrediatur: si puerum incautum, noctu maximè, mittas ad puteum plenum non circumseptum: si suadeas alicui, ut hostem non fugiat, vel contra ut resistat rixanti: si suadeas, vel inducas hominem inexpertum, ut per funem, trabem, vel regulas inambulet &c. & hinc aliquis istorum occidatur, vel pereat, non effugies irregularitatem, saltem ex delicto homicidii casualis, etsi mortem minimè intenderis. *Ratio est*: quia in his, & similibus periculum prævidisti, vel certè prævidere debuisti, & tamen sufficienter non cavisti: secus erit, si quid jubeas, vel suadeas, unde nullum periculum mortis prudenter timere, vel suspicari potes, ut si natanti perito suadeas, ut tecum natet, isque improviso suborto spasmo, vel alia de causa pereat: & ita in similibus: tunc enim mors merè per accidens secuta spectabit ad homicidium casuale. Similiter si alicui suadeas, ut ex castris fu-

giat, ut furtum, adulterium committat, ex quo prævidebas ipsum capite plectendum: si consilium dedisti Bertæ, ut adulterii causa per tectum deambulet, unde præcipitata periit &c. In his & similibus sexcentis, distinguendum est; nam si sint tales circumstantiæ, ut hic & nunc illæ omnes verè sint conjunctæ cum periculo mortis, morte secuta, irregularis eris, quia verè peccas contra justitiam in materia homicidii illo tuo imprudenti consilio; si secus, non erit: quia tunc peccas solùm peccato scandali, contra Charitatem, vel aliam virtutem, ut rectè resolvit Tamb. *cit. c. 15. §. 3. n. 5.* Denique excipiendum semper est, nisi tale quid periculosum suadeas alteri ad honestum, vel sanctum finem, propter quem alter ipsemet se exponere vitæ periculo poterat, vel etiam debebat: utpote pro bono communi, vel salute animarum, v. g. si tempore pestis Sacerdotem, Medicum, Laicum *jussu vel* suasu inducas ad infectis necessaria obsequia spiritualia, vel corporalia præstanda. Qua re meritò Tamb. *cit. num. 13.* miratur scrupulum cujusdam Monachi, qui dicebat irregularem se esse, eo quòd suasisset alicui protectionem Indicam ad fidem propagandam, isque ab infidelibus fuisset occisus: *Ratio est:* quia non est putandum, Ecclesiam velle irregularitatem obstare ad tam sanctas actiones, & fines, pro quibus vitam periculo exponere quilibet potest, & sæpè etiam debet. Denique si sit dubium, an ex tuo jussu, consilio, suasu revera secutum sit ejusmodi homicidium casuale, eodem modo à fortiori resolvendum est; quo supra de

dubio

dubio homicidii voluntarii duplici Regula resolutum est.

SECTIO V.

De homicidiis merè casualibus, & casibus ambiguæ irregularitatis.

Summarium.

163. *Homicidium merè casuale quid?*
164. *Non est peccatum, nec restitutionem, nec ullam irregularitatem inducit,* usque ad n. 167.
167. *Oppositum tamen sentiunt alii quoad irregularitatem.*
168. *Quod maximè verum est in casu; quo actio aliqua hoc ipso prohibita est, quia cum periculo homicidii solet esse conjuncta: & casibus in Jure expressis. Ex quo,*
169. *Monachis, & Clericis in Sacris, seu majoribus ordinibus constitutis graviter prohibetur usus chirurgiæ.*
170. *Ita ut si mors etiam adhibita omni cautela, & præter intentionem merè casualiter sequatur, fiant irregulares.*
171. *Excipitur tamen casus necessitatis.*
172. *Et insuper probabile est, eos etiam extra necessitatem exercentes chirurgiam, irregularitatem non incurrere, si sine omni eorum culpa mors sequatur.*
173. *Clerico vel Monacho perito, in casu saltem necessitatis vel pietatis, non prohibetur exercitium artis medicæ.*
174. *Unde nec peccat, nec irregularitatem incurrit, etsi aliqui præter ejus intentionem moriantur.*
175. *Secus si ob ejus imperitiam, vel negligentiam mors, aut mortis acceleratio contingat.*
176. *Unde si Medicus ægroto etiam desperato concedat, quæcunque libent appetitui vitiato, etiam manifestè noxia, si mors notabiliter acceleretur, fit irregularis.*
177. *Conformiter ad prædicta resolvuntur alia, de aliis non medicis, qui tamen potiones, vel pharmaca præbent ad sanitatem, ad non concipiendum fœtum, ejiciendam prolem, amorem, vel odium concipiendum &c. Item*

178. Vs-

178. Usque ad n. 178. *Resolvitur, in quibus casibus infirmarii, seu infirmis assistentes peccent, & irregularitatem incurrant, vel non incurrant?*

181. Usque ad n. 181. *Quando venantes, & ludentes peccent, & irregularitatem incurrant, quando non, & in illa venatione, vel lusu mors alterius sequatur.*

163 HOmicidium merè casuale etiam simpliciter involuntarium dicitur, quod sequitur ex alicujus actione, vel omissione merè per accidens, præter omnem ejus directam, vel indirectam voluntatem, vel intentionem, cùm quis scil. aliquid agit, vel omittit, unde nec prævidet, nec prævidere debet, aut etiam potest homicidium secuturum, vel ejus probabile periculum: vel si quid periculi prævidisset, tamen adhibitâ diligentiâ, & cautelâ tale sufficienter præcavit, & excluſit. Quare homicidium merè casuale quo requirit oppositа homicidio casuali mixto sub disjunctione. *Unum est*: ut vel causa posita de se non sit efficax, *vel periculosa respectu homicidii*; quippe ex qua non soleant sequi homicidia, nisi in rarissimo casu: ut si jubeas famulum tecum equitare; isque ex improviso equo lapsus pereat; si conducas operarios ad ædificium, & ex alto aliquis lapsus intereat: si pulses campanam, & decidente malleo occidatur homo &c. inde enim est, quòd illud periculum non prævideas, nec prævidere debeas, & sæpissimè prævidere non possis; & circa hoc homicidium casuale non potest esse dubium, vel de peccato, vel de restitutione, vel de irregularitate, nisi apud insanientem. *Alterum est*: vel si causa posita aliquo modo periculosa sit, ideoque periculum aliquod homi-

homicidii prævideas, tamen sufficienti cautelâ & diligentiâ illud periculum cavere, & excludere conatus es, ut si venator adhibitâ cautelâ, tamen pro fera hominem occidat, fortè ex improviso intervenientem. Idemque de Medico, Chirurgo &c. Et circa hoc non levis est difficultas, & controversia.

ASSERTIO VI.

HOmicidium merè casuale, & simpliciter involuntarium, quippe nullo modo præviſum, vel sufficienter præcautum, nec peccatum, nec restitutionem, neque ullam inducit irregularitatem: excepto probabiliùs solo casu, quo actio aliqua eâ ipsâ ratione illicita, seu prohibita est, quòd cum periculo homicidii conjuncta esse soleat. 164 Hæc quoad peccatum, & restitutionem est omnium, & clara ex terminis, cùm nihil possit esse peccatum, nisi voluntarium: nihil autem voluntarium, nisi prægnitum: atqui homicidium merè casuale supponitur aut nullo modo prægnitum, ut sufficienter prægautum, adeoque minimè volitum. Quoad irregularitatem autem est communissima, & secura Sententia DD. apud Filliucium *tr.* 20. *c.* 3. *q.* 8. Laym. *ait c.* 10. *n.* 1. *&* 3. Dian. *p.* 4. *tr.* 2. *à res.* 20. Claritatis gratia ostendo breviter.

I. Dans operam rei licitæ adhibita omni diligen- 165
tia, ne sequatur homicidium, si tamen præter omnem intentionem, & supra diligentiam suam sequatur, nullam sine dubio incurrit irregularitatem ex claro Jure *c. dilectus, & seqq.* Ratio est: quia hoc homicidium est omnino inculpabile, & involunta-

luntarium, ut supponitur in terminis; ergò nullam potest inducere pœnam. Exempla obvia in Venatore, Medico, Chirurgo, & similibus omnem diligentiam adhibentibus, & tamen præter omnem intentionem occidentibus.

166 II. Etiam dans operam rei illicitæ, omnem tamen adhibens diligentiam cavendi homicidium, si præter ejus intentionem sequatur mors, non erit irregularis, nisi in casu dicto. Ita *Anth. cit. communiter.* Ratio est; quia licèt talis peccet exercendo opus illicitum, propter quod irregularitas decreta est, homicidium tamen inde secutum est ei etiamnum simpliciter involuntarium, & inculpabile, cùm de eo vel non cogitârit, vel si cogitavit, debitam cavendi diligentiam adhibuit; ergò non inducet ullam irregularitatem; quia in Jure nihil de hoc decretum est (excepto casu prædicto, mox explicando,) v. g. si fur equum furtivum noctu abducens, omni diligentiâ, & cautelâ adhibitâ, tamen conculcet fortè infantem, vel hominem ebrium in via jacentem. Similis casus habetur in *c. quantum dist.* 50. jam supra allatus *Regula 2. fin.*

167 III. Contrarium tamen sentiunt ipse D. Thom. cum suo Cajetano 2. 2. *Sect.* 64. *a.* 8. Sylv. *verb. homicidium* 2. *Reg.* 3. Covar. multique alii Canonistæ apud Laym. *lib.* 3. *de Just. tr.* 3. *p.* 3. *c.* 10. *n.* 1. nimirum omne homicidium casuale, quantumvis involuntarium ex opere illicito inducere irregularitatem. Probant *ex c. delict. c. Joan. &c. ult. de homicid.* ubi decernitur semper, eum, qui dando operam rei illicitæ adhibitâ debitâ diligentiâ ho-

homicidium facit, incurrere irregularitatem; cùm hunc SS. Canones expressè non excipiant: quod argumentum licèt non apud Dialecticos, tamen apud Canonistas valere, ait Navar. *c.* 27. *n.* 238. sed facilè R. hoc argumentum neque apud Canonistas valere in proposito debere, quia irregularitas non incurritur, nisi in casibus jure expressis, ideó non valet argumentum à sensu contrario ad incurrendam irregularitatem, præsertim hac in materia tam odiosa, nisi & ipsum exprimeretur in Jure: atqui nullo Jure generatim exprimitur casuale homicidium involuntarium, adhibitâ debitâ diligentiâ secutum ex opere illicito; licèt hoc expressè etiam non excipiatur: ergo. Sic *Filliuc. Laym. cit.*

IV. Communis autem, & vera mihi exceptio 168
est, dans operam rei illicitæ adhibitâ omni debitâ diligentiâ, unde tamen præter intentionem omninò involuntarium sequitur homicidium, irregularitatem incurrit, solo illo casu, quo actio aliqua illicita, & prohibita in Jure est hoc ipso, quòd sit periculosa ad homicidium causandum, adeoque in casu Jure expresso. Exprimitur autem in Jure casus Chirurgi per sectionem, vel ustionem, & alia aliqua de quibus, & añexis quibusdam dubiis do breviter.

§. I.

Chirurgus.

1. CErtum est Monachis, & Clericis in Sacris 169
constitutis jure Canonico graviter prohiberi usum artis Chirurgicæ per sectionem, incisionem, & adustionem b, idque non tantum propter indecen-

centiam Statûs, sed principaliter propter periculum mortis inferendæ *c. sententiam, ne Clerici, vel Monachi*: ubi inter alias prohibitiones cooperationis ad mortem alterius dicitur: *nec ullam Chirurgiæ artem Subdiaconus, Diaconus, vel Sacerdos exerceat, quæ ustionem, vel incisionem inducit*: Et cùm hæc lex strictè interpretanda sit, ideo de solis Clericis, vel Monachis in majoribus Ordinibus constitutis, non item de minoribus intelligendam esse, monent DD. communiter. Valde Diana p. 4. *tr.* 2. *resol.* 24.

170 II. Clericus vel Monachus in Sacris constitutus contra prohibitionem exercens Chirurgiam per sectionem, vel ustionem, etiam omni adhibitâ cautelâ & diligentiâ, ne mors sequatur, si ea nihilominus præter omnem ejus intentionem per accidens, & merè casualiter sequatur, adhuc irregularis est ex speciali constitutione Juris. Communissima DD. apud *Molin. Laym. Filliuc. Dian.* laudè cit. constat *ex cap. tua nos. de homicid.* Ubi Pontifex requisitus, sítne irregularis, & à Sacris arcendus Monachus quidam Chirurgus, qui mulieris tumorem gutturis curare volens, ferro incidit, expressè prohibens ne se vento exponeret, ne fortè aër subintrans casum mortis adferat: illa verò neglecto salutari mandato, messis causâ, vento se exponit, & vento subintrante scissuram, multum sanguinis effundens, diem suum objit: (ecce tibi, omni adhibitâ cautelâ homicidium merè casuale omninò involuntarium.) Respondet Pontifex: *quòd licèt ipse Monachus multum deliquerit, alienum*

alienum officium usurpando, quod sibi minimè congruebat, si tamen causa pietatis, & non cupiditatis id egerit, & peritus erat in exercitio chirurgia, omnemq; studuit, quam debuit, diligentiam adhibere, non est ex eo, quod per culpam mulieris contra consilium ejus accidit, adeò reprobandus, quòd non post condignam satisfactionem cum eo misericorditer agi possit, ut divina Officia valeat celebrare; alioquin interdicenda est ei Sacerdotalis Ordinis executio de rigore. Hæc Pontifex satis clarè. Cæterùm quamvis tale non sit verum forte homicidium contra quintum Præceptum Decalogi, censetur tamen homicidium ex interpretatione Juris ob reverentiam Divinorum ad irregularitatem ex homicidio incurrendam sufficiens, ut notat Filliuc. cit. *c.* 20. *q.* 6.

III. Excipiunt tamen DD. communiter casum 171
necessitatis urgentis, quando absente laico jus naturale, & lex Charitatis exigeret mederi Clericum, etiam in Sacris constitutum ob rationem sæpè dictam: quia lex positiva Ecclesiæ non debet præjudicare Juri naturali, & Legi Charitatis: hinc Mol. *tom.* 4. *tr.* 2. *disp.* 57. *n.* 3. meritò ab irregularitate excusat quendam Sacerdotem, qui, ingravescente per urbem peste, plurimorum apostemata incidit ex arte, curavitque eâ felicitate, ut multis centenis hominibus vitæ, ac sanitati restitutis, quo tantùm objerint? quia (ait Molina) propter Epikeiam judicandum non est, sacros Canones tantum Charitatis exemplum, boniq; publici utilitatem, voluisse irregularitate mulctare.

Et ibid. ab irregularitate excusat Clericum, qui solùm venam aperuit infirmo, unde eidem mors secuta est; eò quòd venæ sectio non sit chirurgia propriè, quàm sacer Canon damnat in Clerico, sed potiùs ad tonsores spectet, quàm chirurgos. Omninò probabiliter, quamvis alii oppositum sentiant apud Lugo, & Tamb. *cit. c.* 14. §. 4. *an.* 16.

172 IV. Insuper non improbabiliter Monachus, vel Clericus in Sacris, etiam extra necessitatem exercens chirurgiam, secando, vel urendo ex arte, adhibitâque debitâ cautelâ, ne mors sequatur, adeoque excluſa omni culpa in materia homicidii contra quintum Præceptum, etsi adhuc peccet contra dictam prohibitionem SS. Canonum, non tamen erit irregularis, si præter omnem intentionem merè casualiter accidat mors infirmi. Ita *Coninck. Joan. Prap.* eosque citans Tamb. *c.* 15. §. 4. *n.* 11. Et tandem, licèt pluribus locis contrarius, etiam secutus Dian. *p.* 11. *tr.* 7. *res.* 8. Et favet Glossa ipsa in *cit. c. tuanos. verb. alioquin.* id est, si non erat peritus, & si non adhibuisset diligentiam, quam debuit, si ex cupiditate fecit &c. tunc scil. *interdicenda est ei Sacerdotalis Ordinis executio*; ergo censet Pontifex, Monachum illum non fore arcendum à Sacris tanquam irregularem, si in arte peritus, diligentiam debitam adhibuit. *Ratio est*, quia irregularitas ex delicto homicidii etiam casualis non incurritur ex sola inobedientia, seu transgressione cujuscunque præcepti, sed ex actione efficiente reatum homicidii: in proposito autem abest reatus homicidii, quippe cujus periculum per

per debitam cautelam sufficienter excluſum; & certè cùm similia remedia fiunt ex arte, mors non præsumitur contigisse per applicationem mediorum, sed propter gravitatem morbi, vel vulneris: ergo etiam abesse debet pœna irregularitatis. Cæterùm apud omnes in confesso est, si dictus Monachus vel Clericus in Sacris constitutus peccet contra artem in secando, urendo imprudenter, vel incautè se habendo, morte secuta, fore irregularem ex delicto homicidii, non jam merè casualis, sed mixti, & indirectè voluntarii, quippe cujus periculum prævidit, vel certè prævidere debuit, tamen sufficienter minimè præcavit. Unde universaliter Clericus, Monachus, vel quicunque alius, si non adsit periculum in arte, ipse venam secet, vel quodvis medium applicet, si bona fide faciat, & in necessitate, maximè quando desperata salute infirmi tale medicamentum probabiliter salutem allaturum speretur, nec peccat, nec irregularitatem incurrit, secuta inde morte infirmi, ob rationem datam *n.* 171. Certo autem incurreret, si imprudenter & incautè se gereret.

§. II.

Medicus.

OMnibus Clericis, vel Monachis in Sacris constitutis, vel beneficiatis, Jure Canonico interdicitur studium, & exercitium totum artis Medicæ, vel Chirurgiæ, tanquam alienum à sua professione, & indecens suo statui, extra tamen casum necessitatis, vel pietatis: ut si medendum sit personis miserabilibus, præsertim consanguineis, ut docent 173

Mendoza, Navar. *c.* 25. *num.* 110. Sanch. *lib.* 6. *Moral. c.* 14. *n.* 18. *Laym. c.* 10. *num.* 3. Dian. *p.* 6. *tr.* 7. *resol.* 50. At certè disertè hoc negat Sayrus *de Cens. lib.* 7. *c.* 6. *n.* 11. apud Tamb. *cit. n.* 4. eo quòd de hac prohibitione nullus expressus sit textus in toto Jure (certè ego reperire non potui) adeò ut etiam Clericus, vel Monachus eam artem medicinæ sine ustione, vel sectione exercens, dicatur exercere opus licitum, seu dare operam rei licitæ. Sed quidquid sit de hac prohibitione, ita resolve breviter.

[174 I. Medicus arte peritus, ex arte infirmis operam navans, medicamenta præscribens, deque salubribus, & noxiis monens, neque peccat, neque irregularitatem incurrit, quamvis plerique infirmi præter ejus intentionem moriantur: idque etiamsi Clericus sit, vel Monachus: nam quidquid sit de dicta prohibitione, certum est pro exercitio medicinæ sine sectione, vel ustione, nullam esse irregularitatem decretam, ut constat ex citatis Canonibus *c. sententiam. c. tua nos*; ubi Glossa, Canonistæ, & DD. communiter. *Dices*, si Medicus ex arte operans secuta morte infirmi nulla irregularitate afficitur, cur ergo Judex ex virtute Justitiæ malefactorem capitis damnans, secuta morte irregularis efficitur? R. pro ratione principali debere esse voluntatem Pontificis ita disponentis. Ratio autem congruentiæ est: quia Judex sua actione mortem malefactoris, justè licèt, intendit, & vult, quæ intentio videtur maculare lenitatem; quam Ecclesia in suis Ministris requirit: at Medicus nullo modo infirmi

firmi mortem : imò sanitatem & vitam per se intendit.

II. Medicus, si ob imperitiam, vel negligen- 175
tiam, vel aliquid aliud infirmi mortem causet, promoveat, acceleret, aut permittat culpabiliter, ex officio, vel pacto obligatus, peccat utique mortaliter contra Justitiam, & 5. præceptum Decalogi, cum onere restitutionis, & etiam irregularitatem secuta morte incurrit, quippe cujus causa injusta est. Communissima apud citat. Idemque est de Ministris seu assistentibus tali Medico, si advertant ejus imperitiam, & ipsi cooperentur. Idémque est de Pharmacopolis, si medicamenta corrupta pro bonis vendant, unde mors alicujus sequatur, ut ex communi notat *Tamb. n.* 23.

III. Medicus ægroto etiam desperato conce- 176
dens, quæcunque libent appetitui vitiato, etiam manifestè noxia, si inde mors notabiliter accelleretur, irregularis fiet; crudelis enim est pietas ista, quamvis mortem citiùs subire faciat : similiter Medicus curans fœminam prægnantem, si pharmacum propinet, vel venæ sectionem præscribat cum magno periculo abortûs fœtus animati, siquidem peccet contra 5. Præceptum, utique itregularis erit; secus si non ita peccet.

IV. Eadem ratione juxta prædicta resolvendum 177
est de aliis non medicis, potiones tamen, & pharmaca præbere solitis in ordine ad sanitatem ; imò ad alios fines illicitos, v. g. 1. ad non concipiendum. 2. Ad fœtum nondum animatum ejiciendum. 3. Ad prolem concipiendam. 4. Ad amo-

rem, vel etiam odium concipiendum, quod poculum amatorium, seu philtrum appellari solet: si inde mors sumentis consequatur; si enim talia præbeas, verè coram DEO nullum periculum prævidens, nec de eo subdubitans, aut debitâ adhibitâ cautelâ periculum fortè prævisum sufficienter præveas, & nihilominus præter omnem intentionem merè casualiter sequatur mors sumentis, ab irregularitate immunis eris, quantumvis alioquin gravissimè peccaveris. Hoc tamen discrimen in præfectis valdè notandum est; nam, quia medicamenta illa ad impediendam conceptionem, vel fœtum ejiciendum efficacia plerumque solent esse valde violenta, ut timeri semper debeat, ne mortem afferant, morte secuta per se communiter irregularis eris, & in foro externo pronuntiaberis; idque etiam in dubio juxta dicta suo loco: at verò in 3. & 4. casu, quia illa medicamenta non solent esse tantæ efficaciæ, facilius excusaberis ab irregularitate; semper tamen expendendum est genus medicamenti, quod si periculosum sit, & de periculo subdubitâsti, morte secutâ, ab irregularitate nemo te liberabit, quia tunc causa fuisti mortis illius, & in dubio præsumere debes; cùm hìc constet de corpore delicti, & solùm dubitetur de efficacia cooperationis tuæ, juxta dicta *Sect. 3. in subsect.*

§. III.

Infirmarius.

178 INfirmis assistens, ac inserviens, si contra præceptum Medici, vel temerè aliquid ægroto præbeat,

beat sumendum, unde mors consequatur, omninò irregularis erit, ex delicto homicidii voluntarii, ut ex sepatet, & latè videre potes apud Farinac. *p.* 2. *v. irregularitas n.* 510.

II. Quando infirmarius aliquid gerit circa ægro- 179
tum, intendendo ejus mortem accelerare, quamvis motus misericordiâ, ne diutius æger crucietur, vel in agonia laboret: ut si infirmum moveat, ut sic citiùs moriatur, etiamsi id infirmus petierit, ut sæpè solent, secuta morte, homicida & irregularis erit: quia nec infirmarius, nec ipse infirmus sunt Domini vitæ; idque ex homicidio voluntario, ut ex *Henriquez* rectè notat Tamb. *cit. n.* 25. Attamen irregularitatem hanc ob motivum bonum dispensabilem esse ab Episcopo, notabo infra suo loco.

III. Quando sive ex officio, sive ex Superioris 180
mandato, sive ex frivola Charitate infirmi custodiam & obsequium suscepisti, & nihil positivè agendo sed solùm negativè te habendo, aliquid omittas, vel negligas circa infirmum, etiam per culpabilem mortalem negligentiam, & si infirmus moriatur, peccabis quidem graviter contra Charitatem, vel etiam contra Justitiam, si ex officio, vel pacto inservire obligatus fueris; at irregularis non eris, secundùm probabilem sententiam supra *Sect.* 3. §. 4. *resol.* 2. Hæc quidem incidentaliter, nunc ad propositum de homicidio casuali.

IV. Quando infirmarius circa infirmum bona 181
fide agit ea, quæ communiter infirmis exhiberi solent: ut si aliquid cibi, vel potûs ei præbeas bona fide etiam inconsulto Medico, si eum vertas de la-

tere in latus, ut commodiùs dormiat, si eum erigas, vel subleves, ut cibum capiat commodiùs, si transferas de lecto in lectum &c. si hæc & similia bonâ fide agas, adhibitâ semper debitâ cautelâ, etsi præter omnem tuam intentionem inde accelerentur mors infirmi, non eris irregularis, quidquid aliqui scrupulosi dixerint contra. *Ratio est*: quia bonæ fides, & solita Charitatis obsequia non debent tam rigorosâ pœnâ puniri: neque enim ex defectu lenitatis, cùm non sit Minister Justitiæ, potest incurrere irregularitatem: neque ex delicto, cùm talis non graviter peccet; nec bellans in bello justo, qui sic incurrunt hanc irregularitatem, ut sæpius dixi. Communis DD. cum *Navar. Sayrus, Filliuc. Dian.* & alii apud Tamb. *cit. l.* 10. *tr* 4. *c.* 15. §. 4. *n.* 18.

Petes hîc incidentaliter, an inciderit in irregularitatem Sacerdos ille, qui, cùm non haberet aliam aquam, infantem moribundum projecit in puteum, ut sic prolatâ simul formâ baptizaret. R. per se loquendo omninò incurrisse, quia, ut suppono, peccavit occidendo innocentem: secùs dicendum, si fecisset bona fide, vel ex bona conscientia, etsi erronea (quidquid sit de probabilitate illius Sententiæ de valore talis Baptismi) tunc enim quia non peccavit, irregularitatem non contraxit ex delicto, hæc enim non incurritur sine delicto. Tamb. *de Bapt. c.* 1. §. 4. *num.* 5. & 6.

§. IV.

Venantes, Ludentes,

182 CLericis interdicitur Venatio famosa aprorum ursorum &c. ut suo loco visum. Et hos ergò

in tali casu sibi prohibita venatione, adhibitâ etiam omni diligentiâ, secuto tamen homicidio, irregulares efficiunt *Navarrus*, *Cajet. Mol. & alii*; eò quòd talis venatio eis videatur prohibita ob periculum homicidii: idémque sentiunt, si ita contingat in similiter prohibita sibi agitatione taurorum, ubi majus apparet periculum. Sed æquè probabiliter id negant *Covar. Suar. Avila. Castropal. alii cum Laym. sæpè cit.* ob oppositam rationem. Cùm enim venationi rarò admodùm conjuncta sit hominis occisio, ideo non ob periculum homicidii, sed solùm ob status Ecclesiastici honorem Clericis interdicta censetur ejusmodi venatio. Universaliter ergo sive Clericus, sive laicus in quacunque venatione seu licita, seu prohibita, si citra omnem eorum culpam contingat hominem occidi, ut si per inculpabilem ignorantiam hominem ibi latere non advertat, nec suspicatus sit, vel si quid suspicatus est, cautè tamen se gessit, debitâ adhibitâ diligentiâ periculum cavendi, irregularis non erit: erit autem si imprudenter, & incautè se gessit. Ita cum aliis *Tamb. cit.* §. 2. *n.* 25.

II. Idémque sub eadem distinctione dicendum. 1. De eo, qui foveam, seu laqueum aptat ad capiendas feras, & eo casu homo impingens moriatur. 2. De nutrientibus feras, canes, tauros, leones, si aliquando aliis mortem afferant. 3. De licitè, vel illicitè equitante in equo feroci, calcitroso, indomito, & casu hominem deformante. 4. De licitè vel illicitè cædente arborem, attollente ligna, fortè hominem opprimente, sicque de similibus: semper

enim, si satis cautè te gessisti, irregularis non eris; si secus, eris. Ratio patet ex dictis.

183 III. Sive Clericus, sive laicus ludens, ludo seu licito, seu illicito, vel prohibito, etiam in materia homicidii, qualis est hastiludium, tractatio gladiorum, agitatio taurorum, secuta alicujus hominis morte, non erit irregularis, si sufficienter ne mors sequatur, præcavit: erit autem, si sufficienter, non præcavit, vel præcavere non potuit; debebat enim tunc ludum omninò relinquere, si sufficienter mortem alicujus cavere non poterat. Eâdemque ratione, & distinctione resolvendum est de ludente, jocante, saltante, vel quomodolibet incautè agente cum muliere gravida: ut si gravidam impetuosè excites ad choreas, vel inter saltandum agites, comprimas: si puellæ meticulosæ jocans repentinè incutias metum, vel simile quid agas; unde abortus sequatur fœtûs animati (idémque dicendum respectu cujuscunque alterius) non eris immunis ab irregularitate, si malum suspicatus, cautè te non gessisti, prout in Jure supponitur se gessisse Clericus ille fœminam gravidam zonâ trahens: item alius falce accinctus ludens. Sed eris omninò liber, si inculpatè nihil omninò es suspicatus mali, vel si quid suspicatus, cautè te habuisti.

184 IV. Similiter is, qui in ludo pilæ, v.g. dum adversarium propellit, ne pilam proripiat, vel dum pilam jacit, puerum transeuntem, vel intercurrentem interficit: qui cum alio colluctans, illum impellens casu occidit: is, qui nivis globos in alios per jocum projiciens, aliquem graviter ferit, lapide forte

fortè in nivis globo latente occidit. Hæc & similia agentes regulariter ab irregularitate non afficientur, quia supponuntur nihil periculi advertisse: nam secus, afficientur sine dubio, si periculum prævisum debitè non præcaverunt, vel ab actione tam periculosa non abstinuerunt. At quid, si plures ita temerè jaceant pilas, lapides &c. absque tamen intentione ulla, & communi conventione occidendi, à quibus constat transeuntem aliquem esse occisum, ignoratur autem ex cujus ictu? Neminem fore irregularem docet *Avila*: quia quilibet potest prudenter sibi persuadere suum jactum non fuisse causam mortis: idque verum esse crederem, si projicientes fuerunt valdè multi v. g. 12. 20. 30. at verò, si fuerunt valde pauci, utpote duo, vel tres tantùm, meritò omnes irregulares pronuntiat Tamb. cit. *c.* 15. §. 2. *num.* 34. quia tunc quilibet prudenter poterit judicare, vel certè debet dubitare suum jactum fuisse causam mortis: dubius autem de causato à se homicidio, debet se tenere irregularem juxta dicta suo loco. Idémque esset, si etiam ex multis projicientibus aliquis ob peculiarem circumstantiam dubitet suum jactum fuisse causam mortis.

SUBSECTIO.

Casus ambigui irregularitatis ex homicidio casuali.

SUMMARIUM.

186. Usque ad n. 109. *An, quando, & qualiter peccet, & irregularis evadat, qui committit homicidium in ebrietate, furore, somno &c.*

190. Vi-

190. Vsque ad num. *194. Quando homicidium casuale ex adulterio, seu ratione, vel occasione adulterii commissum inducat irregularitatem? Item*

194. Usque ad num. *198. Resolvitur variè, quando homicidium casuale ex rixa inchoata, vel vulnere alias non lethali secutum inducat obligationem restitutionis, & irregularitatem?*

198. Vsque ad num. 203. *Quando culpam homicidii, restitutionem & irregularitatem inducat homicidium casuale ex alio homicidio, vel malefacto secutum, v.g. si propter homicidium, vel furtum à Petro factum, plectatur, vel occidatur alius innocens Ioan.*

203. Vsque ad num. 207. *Quid inducat homicidium casuale factum ex errore, occidendo v. g. hominem pro fera, vel unum pro alio?*

207. Usque ad num. *211. Resolvitur dubium incidentale, an percutiens, vel occidens laicum, putans esse Clericum, vel è contra, incurrat excommunicationem?*

211. Resolvitur aliud dubium, an quis uno ictu, explosione, unâ sententiâ simul occidens, vel damnans plures, unam, vel plures incurrat irregularitates?

185 REstant explicandi casus non pauci ambigui, homicidium, partim aliquando merè casuale, ac involuntarium simpliciter, partim aliquando casuale mixtum, & indirectè voluntarium involventes. Ut dignoscatur, quando peccatum, restitutionem, ac irregularitatem adferat, pono breves.

§. I.

Homicidium casuale ex ebrietate, furore, somno.

186. QUi involuntariè, & inculpabiliter se inebriavit, utpote nesciens virtutem vini (qua ratione etiam excusant ebrietatem Loth. *Chrysost. Theodoret.* & alii PP. *in cap. 9. Gen.*) & in ea ebrietate homi-

hominem occidit, sine dubio ab omni homicidii culpa & pœna, adeóque etiam ab irregularitate immunis est; quia tunc nec ipsa ebritas, nec occisio secuta voluntaria est. Idémque dicendum de infante, amente, furioso, dormiente, & in eo statu occidente, ut constat ex Clement. *c. si furiosus.*

II. Qui etiam voluntariè, & culpabiliter se in- 187
ebriavit, nihil tamen suspicatus de homicidii periculo, qui scilicet expertus non erat, se in ebrietate inclinatum esse ad pugnandum, & rixas, aut etiamsi periculum pugnæ, vel furoris prævidisset, tamen sufficienter præcavit, v. g. occasionem deserendo, domi manendo, ostium claudendo, & nihilominus jam plenè ebrius occidit; is à culpa & pœna homicidii, & consequenter ab irregularitate (etsi hoc neget Sylv. *v. homicidium 3. quæst. 4.*) immunis erit. Ex communi DD. *Laym. Mol. Less.* Tamb. *hic cap. 4. §. 3. num. 4.* Ratio patet ex dictis: quia tale homicidium adhuc nullo modo est voluntarium, neque directè, ut patet; neque indirectè in sua causa, scilicet ebrietate culpabili; quia hæc de se non est efficax respectu homicidii, & rarò cum homicidio conjuncta, maximè in homine non experto suam inclinationem ad pugnandum in ebrietate, qui proinde tale homicidium nec prævidit, nec prævidere debuit, aut si quid prævidisset, sufficienter cavit, ut positum est: ergo licèt peccârit peccatô ebrietatis contra temperantiam, non tamen peccavit peccatô homicidii contra 5. Præceptum. Qua ratione D. August. *lib. 22. contra Faustum Relat. cap. 15. quæst. 1.* excusat incestum

Loth,

Loth. in ebrietate commissum, dicens: *inebriaverunt eum, & se nesciente miscuerunt, quapropter culpandus est quidem, non quantùm ille incestus, sed quantùm illa merebatur ebrietas.* Consentit D. Ambros. *lib. de Abraham c. 6.* & refertur *cap. sanè ead. quæst.* Orig. *Homil. 5. in Genes.* Hyeronym. *ad Eustoch. de custod. Virginit.* Eadémque ratione dicendum de eo, qui etiam cum peccato, v. g. proposito maligno, proxima occasione inimicum occidendi, cubitum iret, nullóque periculo præviso in somno redeunte phantasia dormiens aliquem occideret.

188 II. Qui voluntariè, & culpabiliter se inebriavit, ac insuper expertus sciens animi sui propensionem, & consuetudinem semper in ebrietate rixandi, pugnandi &c. adeóque prævidens periculum homicidii patrandi, vel in genere cujusvis obvii, vel in particulari hujus hominis, illúdque periculum, ne occidat, prædictis modîs non sufficienter præcavit, & multò magis datâ operâ ex intentione, ut audaciùs occideret, bibit, ac se inebriavit, ipsofacto illo peccat mortaliter dupliciter, & contra temperantiam, & contra Justitiam homicidiô prævisô, & saltem indirectè, vel etiam directè volitô, eóque secuto verus homicida est, & restitutioni obnoxius secundùm omnes; quia tale homicidium saltem indirectè, & in sua causa est voluntarium, ita ut talis in foro externo non ordinariæ homicidii pœnæ, sed alteri arbitrariæ subjaceat, ex *L. omnes delictum, ff. de re militari.* Secus, si quis sciens hanc suam propensionem, ex intentione se inebriâsset, ut occide-

cideret, tunc enim secuto effectu, homicidium simpliciter reputatur voluntarium, & ordinariâ pœnâ dignum.

IV. Talis etiam irregularis est. Communissima 189
DD. *Ratio est:* quia tunc adest causa culpabilis occisionis, cui culpæ semper annectitur in Jure irregularitas: etenim Sacri Canones, dum homicidium voluntarium plectunt irregularitate, & homicidam voluntarium ab Altari repellunt, non distinguunt de voluntario directè in se, & voluntario indirectè in sua causa: cùm ergò voluntarium indirectum in causa posita (ut in proposito est ebrietas) in omni proprietate sit voluntarium, non possumus arctare Canones, quasi loquantur de solo voluntario directo in se, quia contrarium manifestè significant, ut videre est *cap. de cætero. de homicid.* ubi dicitur: *de cætero noveris, quòd Diaconus, qui homicidio causam dedisse videtur, non videtur ad Sacerdotium promovendus.* Vides hîc voluntarium in causâ tantùm, sufficere in Jure ad contrahendam irregularitatem. Cæterùm, quamvis ejusmodi homicidium in ebrietate factum, non sit ampliùs liberum formaliter, est tamen adhuc liberum denominativè à sua causa liberè & voluntariè posita, quod omninò sufficit, sicut ad contrahendam obligationem restitutionis, secundùm omnes, ita etiam ad incurrendam irregularitatem.

§. II.

Homicidium casuale ex adulterio.

I. EX adulterio à te comissio v.g. cum Berta uxore Titii multipliciter potest sequi homici- 190
dium

dium casuale. I. sic, ut Titius maritus superveniens te ipsum adulterum occidat, & tunc ipse irregularis eris ex homicidio voluntario; quia injustè te occidit. II. sic, ut tu adulter maritum supervenientem, & te aggredientem, ne occidaris, occidas, cum, vel sine moderamine inculpatæ tutelæ: & de hoc satis dictum est *supra c. 2. Sect. 3. §. 1. num. 143. & in subsect. ibid. à n. 181.* III. sic ut maritus superveniens, vel postea adulterium factum rescitus, ipsam uxorem occidat, aut ipsa uxor morte plectatur à Judice. IV. sic, ut maritus cognitâ suâ ignominiâ se ipsum occidat, ut alicubi factum. De his & annexis quibusdam dubiis cape breviter sequentia.

191 II. Si committas adulterium cum Berta in iis circumstantiis, & cautelis, in quibus nullum timeatur imminens periculum occisionis adulteræ, irregularis non eris; si autem in iis circumstantiis committas, ex quibus prævidisti, vel prævidere, ac timere prudenter debuisti periculum, ne adultera à marito, vel etiam Justitia publica occidatur, secuta morte, eris irregularis. Ita Suarez *de Cens. disp. 46. Sect. 1. n. 12. Sayrus, Farin.* eósque citans Tamb. *hîc cap. 15. §. 5. n. 1.* Ratio sæpiùs indicata est, quia non in primo casu, sed benè in secundo casu, es causa moralis occisionis adulteræ; non quidem ratione adulterii præcisè, quod ex se non est causa proxima mortis, nec communiter efficax ad mortem inferendam; sed ratione prædicti periculi praevisi, in quod in iis circumstantiis adulteram conjecisti, etiamsi volentem; quia neq; tu neq; ipsa estis domini vitæ ipsius.

III. Si

III. Si inter colloquendum referas adulterum 192
mulieris coram marito, vel aliis, unde adultera à marito, vel etiam Judice occidatur, irregularitatem non effugies: quia in his circumstantiis injusta causa es homicidii. Idémque est, si referas copulam cum amasia tuo corrivali, quia in his circumstantiis solet fieri ejusmodi occisio, ideóque tu periculum prævidisti, vel de eo dubitâsti, ut supponimus. Secus esset, si de occisione nullo modo suspicatus sis, vel essent eædem circumstantiæ, ut timenda non esset prudenter occisio: quod in foro externo ex indiciis judicandum, in foro autem conscientiæ, adhibitô prudentis consiliô, tua te conscientia absolvet, vel condemnabit. *Ex Gibali.* Tamb. *cit. num.* 5.

IV. Si committas, vel referas adulterium etiam 193
incautè, unde maritus comperta uxoris infidelitate suam ignominiam non ferens propter dedecus inde exortum, se ipsum interficiat, tu irregularis non eris, saltem regulariter loquendo. *Ratio est:* quia more humano prævidere quidem, & timere poteras de occisione uxoris, at de morte ipsius mariti certè non item: quòdsi tamen in raro casu prævidisses, ab irregularitate meritò te liberare renuit Tamb. *ibid. n.* 4. quia veram causam, & occasionem homicidio dedisses. Eodem modo à fortiori dicendum, si ducas uxorem amasiam alterius, qui ideò dolore furens, aut se ipsum, aut ipsam amasiam occidat, non eris irregularis, si id non prævidisti, secundùm omnes: imò neque, si aliquo modo prævidisses, tamen nullo modo intendisses.

Ex *Majola Tamb. cit. num. 6.* Ratio est: quia sine peccato mortali contra Justitiam in materia homicidii non incurritur irregularitas ex delicto: at non est in proposito peccatum mortale contra Justitiam ducere uxorem amasiam alterius; ergò.

§. III.

Homicidium casuale ex rixa inchoata, vel vulnere non lethali.

1941. PEtrus initium, & causa fuit rixæ cum Joanne, postea occiditur, vel occidit, quid Juris de superstite? Distinguendum est. Si Petrus Joanni rixæ causam dedit solùm verbis; Joannes autem ex candescens occidat Petrum: sanè Joannes reus erit homicidii, restitutionis, & irregularitatis: quia ob solam verborum contumeliam injustè occidit Petrum. Ex communi Molin. *disp.* 81. *n.* 3. Let. *lib.* 2. *c.* 9. *dub.* 21. *n.* 137. Contrà verò, si contra Petrum verbis tantùm rixantem insurgat gladio Joannes; ille autem, ne occidatur, prævenions Joannem occidat, in nullo reus erit Petrus: etsi enim verbalis rixæ author fuerit Petrus cum peccato contra Charitatem; postquam tamen eum Joannes gladio invasit, potuit se defendere cum moderamine inculpatæ tutelæ, etiam occidendo vel jam injustum aggressorem; attamen, si poterat, debebat fugere, juxta dicta *c.* 2. *Sect.* 3. *in Subsect. à n.* 180. in simili de adultero deprehenso: eodem enim modo philosophandum est hîc.

195 II. Petro, & Joanne rixantibus, & pugnantibus strictis gladiis, socii, vel amici unius, vel alterius aliàs-

astantes, vel accurrentes occiderunt unum ex ipsismet duobus, quid tunc juris de superstite? aut contra, unus vel plures ex ipsis sociis; vel amicis illius occisi sunt ab altero rixante, vel ejus sociis, quid juris de illo, in cujus gratiam hi occisi pugnaverunt? Rursus distinguendum est. Si enim rixantes principales excitaverunt, vel advocârunt socios amicos ad pugnam, aut etiam spontè accurrentes, & volentes in gratiam sui pugnare, tacito consensu admiserunt, aut eos aliter in necessitatem pugnandi conjecerunt, utique superstes rixans, aut is, in cujus gratiam occisi pugnaverunt, reus erit homicidii, & irregularitatis: quia is vera causa fuit homicidii, aut ipsius adversarii, aut sociorum suorum; cùm illos ad opus tam periculosum induxerit. At verò si socii vel amici unius vel alterius merè spontè sua se immiscuerunt pugnæ, absque alicujus principalis rixantis expresso, vel tacito consensu, & sic volentes defendere unum, occiderunt alterum, vel ejus socium, aut ipsimet occisi, ipsis solis imputabitur, & principalis ille rixans à restitutione, & irregularitate immunis erit: quia tunc homicidium nullo modo intendit, nec in se, nec in sua causa: neque enim sola ea pugna causa est, nisi valdè remota, ut alii accurrant, pugnent, vel occidantur. Hæc rursus jam supra: & docet Tamb. *hic c.* 15. §. 6. *n.* 7.

III. Petrus rixans, vel alia occasione absque omni intentione, vel prævisо periculo occidendi, injustè tamen Joanni vulnus leve, certè non lethale inflixit: nunc autem Joannes diem suum obiit; 196

quid Juris? Iterum distinguendum est. Si vulneratus ex vulnere ob defectum solius curationis obeat, Petrus reus erit culpæ, & pœnæ homicidii, atque adeò irregularis. Communis DD. Navar. *c.27. n.223. Sotus. Avila*, alii cum Laym. *l.3. tr.3. p.3. c.10. n.5.* Ratio est: quia hoc casu solum vulnus inflictum causa physica mortis existit; ideóque homicidium saltem indirectè in sua causa voluntarium reputatur. Eadem est ratio, si occasione talis vulneris, etsi de se non mortiferi, alius morbus, vel inflammatio accedens mortem inferat: quia causa causæ, censetur causati causa. *Arg. c. Presbyt. &c. ad audientiam.* Quòdsi tamen vulneratus vulnere non lethali jam semel convaluit, & postea in morbum incidens moriatur, censebitur non occasione vulneris mortuus, & vulnerans ab irregularitate, & aliis homicidii obligationibus immunis erit: ex utroque Jure *L. qui occidit ff. ad L. Aquiliam, c.2. de homic.* & communis apud modò citatos. Contrà verò, si vulneratus vulnere non lethali postea mortuus sit, non ratione vulneris per se, ut facilè curari potuisset, sed per accidens, vel propriâ incuriâ, vel Medici seu Chirurgi imperitiâ, negligentiâ, malitiâ, vulnerans solùm peccavit graviùs, vel leviùs pro ratione vulneris inflicti, déque eo solùm obligabitur: imunis autem erit à culpa, & obligatione homicidii, ex cit. *L. qui occidit.* Et ex communi Mol. *tr.3. disp.32. n.2.* Less. *lib.2. c.9. dub.14. n.102. Laym. proximè cit. alii apud ipsos.* Ratio est: quia hoc casu nec vulnus, nec consequenter ipse

ipse vulnerans causa homicidii extitit: ideóque homicidium ipsi nec indirectè, & in causa voluntarium imputari debet.

IV. At quid de irregularitate eo casu? Vulner- 197
antem hoc casu adhuc incurrere irregularitatem docent sanè communiter DD. *Navar. Molin. Laym. locis cit.* Ratio est: quia qui per actionem suam culpabilem periculosam, & injuriosam homicidio occasionem præbuit, eo secuto fit irregularis. *Arg. c. ult. de homicid. in 6.* atqui vulnerans in hoc casu per actionem culpabilem periculosam, vel injuriosam, occasionem præbuit mortis secutæ; nisi enim ille vulnerâsset, mors non occidisset: quare non solùm Medici vel vulnerati negligentia, sed ipsa etiam vulneratio causa mortis extitit. Contrarium tamen æquè probabiliter docent Sylv. *v. homic. q.* 22. *Sotus & Lessius cit.* Sed certè iterum distinguendum videtur: si enim vulnus non lethale adeò leve fuit, ut se solo nullo modo mortem attulisset, sed tantùm aliunde: aut certè tale, ut facili negotio, nullâ vel modicâ adhibitâ curationè sanari potuisset, vera est hæc secunda Sententia: ne ergò habeas te irregularem; quia tunc tota causa mortis non à vulnere à te inflicto, sed à Medico, vel ipso infirmo fuit. At verò, si vulnus à te inflictum, etsi non lethale, tamen ejusmodi fuit, ut diligenti curatione opus habuerit, ut sanaretur, vera erit prima communis Sententia, & morte secuta te irregularem meritò pronuntiat etiam Tamb. *c.* 15. §. 7. Ratio est: quia tunc periculum mortis, etsi tractu temporis

ex culpa Medici, vel ipsius infirmi intumuerit, tamen regulariter tunc præsumi, vel censeri debet ipsum etiam vulnus simul cum illa alia causa communi actione mortem attulisse. Vide dicta in simili *Sect. 3. §. 3. de auxil.* Dico autem *regulariter*: nam si constaret tuum qualecunque vulnus nihil ad mortem contulisse, non erit, unde irregularitatem timeas: unde Molin. cit. *disp. 11. memb. 6. num. 4.* & ex eo Layman. *c. 10. fin.* censent valde probabile esse, irregularitatem non incurrere eum, qui alteri etiam lethale vulnus inflixit, qui tamen postea alia causa per se immediate occisiva v. g. gladio transfixus, vel sclopo trajectus, vel submersus occisus fuisset, ita ut prius vulnus inflictum nihil omninò contulerit ad mortem: Sed de hoc nos cautiùs locuti sumus cum distinctione *ibid. §. 3.*

§. IV.

Homicidium casuale ex ipso homicidio, vel alio malefacto tuo.

198 Titius occidit Cajum occultè, furatus est magnam summam, aliúdve crimen capitale commisit, re cognita, crimen falsò imponitur Sempronio, ísque capitur, & fortè vi tormentorum coactus confessus capite plectitur: eritne Titius reus hujus sequentis homicidii, & consequenter restitutionis, & novæ irregularitatis? Nota tripliciter modo se posse in hoc casu habere Titium: I. Sic, ut & præviderit quidem illud imponendum Sempronio. II. Sic, ut præviderit, sed minimè voluerit,

luerit, vel intenderit ipsi imponi. 3. Sic ut & præviderit, & malitiosè voluerit, ac intenderit crimen suum illi alteri imponendum. Jam breviter sic resolve.

I. Si Titius occidens Cajum, nec prævidit, 99
nec intendit ullo modo tale damnum Sempronio eventurum, non poterit censeri causa voluntaria mortis Semproni; ideóque immunis erit à culpa & pœna illius homicidii, restitutione, irregularitate &c. Ratio clara est: quia illud homicidium secundùm se est ei simpliciter involuntarium, & præter intentionem, cùm nec intenderit in se; quia solùm intendit occidere Cajum; nec in sua causa, quia ut supponitur, non advertit tale damnum Sempronio eventurum; ergò homicidium ipsi merè casuale est. Sermo autem est de obligatione Justitiæ, & post factum, nam obligatione Charitatis, & ante factum debet sine dubio impedire mortem innocentis Sempronii, quantùm sine æquali periculo potest. Notum est exemplum S. Conradi Placentini in venatione vepretum incendentis, magno inde orto incendio, cujus causâ plebejus homo comprehensus, obque tormenta confessus ad supplicium trahebatur: certè ex Justitia nihil tenebatur Conradus, cùm nec ipsum damnum improvisum voluntariè causaverit, nedum alteri imponendum prævidere potuerit; attamen ex Charitate tenebatur liberare innocentem ab injusto supplicio, quoad comodè poterat; liberavit actu planè heroico cum magno sanctitatis præmio.

II. Etiamsi Titius probabiliter præviderit Sem- 200

pronium de eo crimine accusandum, & capite plectendum fore, nihilominus non potest censeri causa voluntaria illius homicidii, consequenter immunis à culpa & pœnis manebit. Ita probabiliter Sotus *lib.* 4. *q.* 6. *art.* 3. Less. *c.* 9. *n.* 11. Filliuc. *n.* 29. *c.* 5. *q.* 2. Laym. *loc. cit.* Ratio est: quia actio illa Titii non fuit efficax ad tale inferendum damnum Sempronio: neque ex natura illius actionis secuta est mors Sempronii; sed aliunde, vel casu, vel malitiâ accusatorum. Eadem est ratio de sumpiente thesaurum diviti, quem suspicatur probabiliter præ mœrore moriturum, non erit sumens homicida; quia mors non est secuta ex natura actionis ejus, sed ex alterius infirmo animo: quia etiamsi Titius, eò quòd præviderit crimen imponendum alteri Sempronio, spe impunitatis animosius, imo ideò simpliciter occiderit Cajum, alioquin non occisurus: interim tamen non intendens imputationem, & damnum Sempronii, peccavit sanè graviter actu interno contra Charitatem in Sempronium: at non contra Justitiam, quia adhuc nulla actione externa fuit causa imputationis, & damnificationis Sempronii, ideóque immunis erit à restitutione, & irregularitate, ut notat Molin. *tom.* 4. *tr.* 3. *disp.* 86. *n.* 3. Tamb. *lib.* 6. *Decal. c.* 4. §. 1. *n.* 3. & mox melius intelliges *n.* 4. 202.

201 III. Quòd si Titius occidens Cajum & prævidit, & intendit, crimen imponendum Sempronio ideò morte plectendo: tunc illum reum fore homicidii hujus & restitutionis, & consequenter novæ irregularitatis, docent DD. communiter. *Molin.*

lin. supra cit. Rebellus *p.* 1. *lib.* 3. *c.* 11. Filliuc. supra *c.* 5. *q.* 2. *Lugo cit.* Ratio hujus communis Sententiæ est, quia tunc Titius omninò videtur voluntaria injusta causa talis homicidii secuti : idque sine dubio verissimum est, quando crimen commissum ex circumstantiis est causa moralis talis imputationis factæ tertio : utpote si factum in iis circumstantiis loci, temporis, personæ &c. ex quibus moraliter, & ut plurimum sequitur crimen imputari tali tertio : ut si Titius ideò occidit Cajum, quia ob notorias inimicitias capitales ipsius cum Sempronio, scivit, & voluit crimen imputari Sempronio, si occidens Cajum usus est noto gladio, vel sclopeto Sempronii ignari, vel inviti : si in domo, prædio, vel horto sempronii occidit, vel occisum sepelivit; quia tunc præsumitur consentiente, vel sciente Domino loci homicidium patratum esse. At quid si hominem à se occisum collocet ante januam Sempronii, unde is à Judice comprehensus damnetur ? adhuc esse causam moralem imputationis judicat Sanch. *lib.* 1. *consil. c.* 8. *dub.* 5. Negat autem esse causam Lugo. *disp.* 8. *Sect.* 6. *n.* 84. eò quòd ex hoc non sequatur ut plurimum imputatio homicidii, potuit enim homo alibi vulneratus lethaliter, & longiùs progressus casu ibi mori : multò minus causa moralis erit, si quis cadaver occisi inventum ante januam suam collocet ante januam alterius, qua ratione *Lugo* supra cit. à restitutione excusat eum, qui infantem expositum ante suam januam, & ideo de more patriæ à se alendum, collocet ante januam alterius, ut ab alio nutriatur.

202 IV. Quando verò crimen commissum non e
ita ex circumstantiis causa moralis imputationis &
damni tertii, tunc quantumvis Titius hæc præ-
derit, & intenderit crimen à se commissum im-
tandum Sempronio, etiam alioquin non occisur
satis probabile est, non fore Titium reum secu
homicidii, & restitutionis: ut cum Lessio *lib. 2*
9. dub. 16. docet Tamb. *lib. 6. Decal. c. 4. §. 1.*
Ratio est: quia damnificatio tunc solùm est ra
restitutionis, quando est causa injusta externa phy
sica, vel moralis damni consecuti, ut suo loco
sum est: sed in proposito non est physica, ut per
patet; neque moralis, cùm nulla adsit connexio
vel influxus moralis ad illam imputationem, &
mortem Sempronii; non enim ideò imputatur cri-
men Sempronio, quia Titius illud fecit, sed ex mal
homicidio facto, à Judice sumitur occasio, illud
imputandi Sempronio: unde quamvis Titius præ-
videns, vel intendens imputationem, graviter pec-
cet contra Charitatem, quia tamen illa prævisio,
vel intentio non facit actionem externam injustam,
nisi aliunde sit causa moralis injusti damni alterius,
ideo non apparet, eum peccare contra justitiam,
nec consequenter reus erit restitutionis, quæ solùm
sequitur injustam causam externam damni. At num-
quid Titius eo casu adhuc incurreret irregularita-
tem? R. Omninò sic *Ratio est*: quia omnis actio-
ne externa graviter peccaminosa, etsi contra Chari-
tatem tantùm, volens & intendens mortem alte-
rius, eâ secutâ, irregularis est, secundùm omnes:
nam secundùm Canones omne homicidium vo-
luntar

luntarium, seu volitum inducit irregularitatem; atqui omne homicidium directè intentum simpliciter est voluntarium, seu volitum, sive contra Justitiam, sive contra Charitatem peccetur, dummodò aliqua causa externa scienter ponatur: ergò &c. at verò ad obligationem restitutionis ex Justitia non sufficit homicidium esse utcunque voluntarium & volitum, sed requiritur, ut ponatur causa externa injusta, physice vel moraliter influens, & ex se sufficiens ad causandum damnum illatum, ut dictum est.

§. V.

Homicidium casuale ex errore: alium pro alio occidens.

I. QUi intendit occidere feram tantùm, & adhibitâ debitâ cautelâ, ac diligentiâ, errore, 203
ac ignorantia invincibili, sive antecedenter, sive concomitanter occidit hominem, quem invincibiliter credidit esse feram, non est homicida formaliter, nec consequenter restitutioni, vel irregularitati obnoxius; sed neque excommunicationi, si occisus fuisset Clericus. *Omnes.* Est enim homicidium simpliciter involuntarium saltem negativè; secus esset, si occisor debitam diligentiam non adhibuisset, aut periculum in talibus circumstantiis satis cavere non potuisset: ut si quis explodat in feram, vel inimicum aliis hominibus circumstantibus, vel in vicino ambulantibus, & visis: similiter, qui animo intenderet occidere hoc animal, nesciens tamen, aut dubitans, an sit homo, vel fera, Clericus, vel Laicus, sicque occidat, certò homicida

cida erit, restitutionis & irregularitatis reus, si fit homo; & excommunicationis, si fuit Clericus, quia tunc non animo tantùm, sed etiam opere externo formaliter injusto causa homicidii fuit, ut communi rectè resolvit Sanch. *lib. 9. de Mat. disp. 32. num. 27.*

204 II. Qui certò volens occidere feram, aut hunc hominem in individuo, v. g. Petrum inimicum, non alium, & omninò casu ex improviso præter omnem intentionem, alius v. g. Paulus casu interveniens ictum in se suscepit: aut quis paravit venenum inimico, sed casu potatum ab alio amico, eum occidit &c. certum est, non committere homicidium formaliter, adeoque ex illo homicidio casuali, nec restitutionis reum, nec irregularem fore, sicut neque excommunicatum, si alter occisus fuisset Clericus. Communissima DD. *Sanch. modò cit. Coninch. Portellus, Fragosus. Fagund. cum* Dian. *p. 9. tr. 4. res. 31.* Tamb. cit. *lib. 6. Decal. c. 4. §. 3. n. 79. Ratio est:* quia quamvis talis principali intentione occidendi hunc hominem peccaverit, aliud tamen homicidium secutum, est ei simpliciter involuntarium; ideoque sicut à culpa, ita & à pœna, & obligatione homicidii vacans: hinc patet ad casum supra indicatum. Titius adulter præter uxorem etiam ancillam imprægnavit, sed ad evitandam infamiam, & pœnam, potionem abortivam paravit ancillæ, quæ potio per errorem & contra ejus mentem potata ab uxore prægnante, eam abortire fecit fœtum animatum, non fuit homicida &c. ob rationem datam. At quid si uxor potio-

potionem illam potâsset marito inspiciente, sed contradicere, & monere non audente? quid similiter, si parâsti venenum potandum inimico, aut ut refert *Lugo ibid.* ficus infeciſti veneno pro inimico tuo, casu autem advenit amicus, & bibit funestum poculum, comedit ficus lethiferas, te vidente, & ne scelus tuum prodas, tacente, secuta morte, erisne homicida, restitutioni, irregularitati, aut si amicus ille fuisset Clericus, excommunicationi obnoxius? R. Nequaquam: quia & mors illius præter, imo contra omnem tuam intentionem evenit: & non fuisti injusta causa mortis illius: quia cum tanto periculo manifestandi tuum scelus non tenebaris monere amicum de veneno. Ita cum aliis Lugo *disp.* 8. *sect.* 6. *n.* 86. Eademque est ratio de potione abortiva, te vidente, ab uxore potata.

III. Qui certò scit, hìc in tali loco esse homi- 205
nem quempiam, nesciens tamen hunc esse, vel illum, aut errore concomitante tantùm, putat esse hunc hominem hostem suum, & tamen occidit, homicida, & irregularis est, apud omnes, ut notat *Castropal.* apud Tamb. *hìc c.* 15. §. 7. *n.* 30. Jam enim voluit hunc hominem occidere, quem ibi esse vidit. Similiter, qui certò sciens; ibi esse hominem, & credens esse Petrum inimicum suum, sed in hoc errans invincibiliter, occidit alium hominem Paulum, quem falsò putavit esse Petrum inimicum, alioquin non occisurus, adhùc homicida est, restitutioni & irregularitati obnoxius, secundùm communem DD. Sententiam *Sanch.* supra cit. Bonacin. *disp. de restit. q. ult. Sect.* 2. *propos.* 3.

Filliuc.

Filliuc. *tr.* 20. *c.* 3. *q.* 10. Ratio est: quia licet talis sufficienter caverit occisionem alterius hominis præter Petrum, non tamen cavit, sed omnino voluit occisionem hominis ut sic, cùm certus fuerit, ibi esse hominem; ideoque actio illa ex natura sua injusta fuit in hominem, quemcunq; tandem attigit: at certum est, eo casu dari actionem injuriarum: sic enim habetur. *L. cùm innocentem* ff. de injuriis *Si injuria mihi fiat ab eo, cui sim ignotus, aut si quis putet esse Titium, cùm sim Cajus, prævalet, quod principale est, injuriam eam mihi facere velle; nàm certus sum ego, licèt ille putet me alium esse, quàm sim: & ideò injuriarum habeo actionem.* Hæc ibi. Nihilominus.

206 IV. Satis probabile est, eum qui determinatè intendit occidere hunc hominem tantum, v. g. Petrum inimicum suum, maximè, si nihil cogitans de homine in communi, primo intuitu certo sibi persuadeat, ibi esse Petrum, adhibitâque diligentiâ nihilominus invincibiliter errans occideret Paulum, in foro conscientiæ non fore homicidam, nec irregularem. Ita idem Filliuc. cit. q. 10. aliique cum Tamb. *lib.* 6. *Decal. c.* 4. §. 3. *n.* 31. *&* 35. Ratio est: quia licet actio illa occisionis sit injusta ex genere suo, attamen in individuo, & in effectu contra Paulum occisum, nec injusta est, nec omnino voluntaria, cùm nihil sit volitum, nisi prænognitum: talis enim determinatè intendit occidere Petrum tantùm: non quemcunque hominem, vel alium ullum: ideòque occisio alterius hominis ipsi simpliciter involuntaria, & casualis fuit, ex qua proin-

de)

de nec restitutionis obligatio, nec irregularitas contrahitur, ut in Assertione dictum. *Confirmatur.* Habetur Declaratio Cardinalium in Concil. *Trid. ſs.* 14. *c.* 7. quòd mandans occidere Petrum, si mandatarius errans occideret Joannem, non incurrat mandans irregularitatem homicidii voluntarii; at verò par videtur ratio in nostro casu; ergo &c. Denique favet huic sententiæ Card. de Lugo *disp.* 17. *de Justit. Sect.* 3. *num.* 75. his doctis verbis: *Dices, si volendo occidere Petrum inimicum per errorem occidis Paulum amicum, quem videns à longè, non cognovisti, & putâsti esse Petrum, quem eo loco paulò ante reliqueras, non commitis homicidium voluntarium, nec fortâsse homicidium, quia illud homicidium procedet ex ignorantia, quæ causat involuntarium; ergò similiter, si putas te furari rem Petri, & accipias rem Pauli, non committes furtum. Responderi ad hoc potest: quid quid sit de antecedente, negatur consequentia: nam in primo casu erras circa substantiam actionis; non enim vis occidere illum hominem, quem occidis sed alium: quare illa actio videri potest involuntaria, at in secundo casu non erras circa substantiam actionis; vis enim rapere, & furari rem istam, circa quam non erras; sed circa dominum illius, quod non pertinet ad substantiam usurpationis hujusrei; quare ista actio secundùm se tota est voluntaria.* Hæc ille. Ubi vides simul solutam objectionem, quæ hîc fieri posset à tali furto, ad homicidium tale per errorem.

Dubium

Dubium incidentale.

Quid de excommunicatione Canonis in casuali occisione, vel percussione Clerici?

207 I. CErtum est, si occidas, vel percutias revera laicum; putas tamen esse, & omninò volens occidere, vel percutere Clericum, te non incurrere excommunicationem: *Ratio clara est*: quia excommunicatio lata est non contra volentem, sed contra exequentem ipso facto percussionem, vel occisionem Clerici.

208 II. Similiter è contra: si revera percutias, vel occidas Clericum; errore tamen invincibili putans esse, & omninò volens percutere, vel occidere laicum, certè ab eadem excommunicatione liber es: quia etsi tibi tunc percussio, vel occisio hominis sit voluntaria, percussio tamen, vel occisio Clerici, quia incogniti, simpliciter tibi involuntaria est.

209 III. Quòd si volens percutere, vel occidere hunc Clericum, Petrum v. g. simili errore percutias, vel occidas alium Clericum, Paulum v. g. excommunicationis pœnam haud effugies, ex communi & vera sententia Sanch. *lib. 9. de Mat. disp. 32. num. 37. Ratio solida est*: quia prohibitio, & censura illa Canonis principaliter facta est, non in favorem ipsius personæ secundùm se, sicut irregularitas ex homicidio (nota differentiam) sed principaliter in favorem, & reverentiam status Clericalis, non personæ hujus, vel illius: Ecclesia enim per se primò intendit per censuram prohibere ne

ne occidatur, vel, percutiatur Clericus, quicunque ille sit: atqui in casu proposito, & actu interno scis & vis, & actione externa injuriosa statui Clericali teverà percutis, vel occidis Clericum, etsi erres in persona, & actio tua huic personæ Clerici incognitæ voluntaria, & injuriosa non sit.

IV. Non ergo assentior aliquibus cum Tamb. 210
cit. *lib.* 6. *Decal. c.* 4. §. 3. *n.* 28. oppositum probabile censentibus ob hanc ipsam rationem jam solutam; quòd scilicet actio tua externa huic Clerico injuriosa non sit, certè ipse ibidem *num.* 38. non audet negare communem Sententiam DD. eum, qui volens injustè occidere unum, & præter intentionem ex errore inculpato occidit alterum in loco sacro, adhuc committere sacrilegium, Ecclesiamque pollui, ob rationem à nobis datam: quia exercet voluntariè actionem injuriosam loco sacro, in cujus favorem & reverentiam prohibitio illa specialis facta est, etsi erret in persona occidenda: quæ ratio sanè magis videtur urgere in nostro casu, ut consideranti patebit. Sed hinc nascitur

Dubium incidentale aliud.

TItius in rixa tanto impetu in adversarium ir- 211
ruit gladio, ut non solùm ipsum transverberaverit, sed alium hominem assectam confoderit: duàsne irregularitates contraxit ex duobus occisis, an unam? Idem inquiritur de eo, qui una explosione sclopeti occidit plures homines. Idem de judice, qui una sententia capitali plures capitis suppliciô condemnavit. Idemque de excommunicatione Canonis, *si quis suadente.* Si quis uno ictu

duos, vel plures Clericos percutiat, vel occidat. Reſponſio communis eſt: duas vel plures incurri irregularitates, vel excommunicationes, tot nimirum, quot homines occiſi vel Clerici percuſſi, aut interfecti ſunt. Et certum eſt, in petenda diſpenſatione teneri ſingulas exprimi, alioquin diſpenſatio obtenta cenſebitur ſubreptitia: intelligendo tamen, dummodò Titius alterius quoque hominis, vel aliorum occiſionem præviderit, nec ſatis caverit, tunc enim ſemel irregularis erit in caſu quoad homicidium voluntarium directè intentum inimici ſui v.g. & iterum ſemel quoad homicidium caſuale indirectè volitum, præviſum ſcilicet, & non ſufficienter cautum. Ar verò ſi Titius occiſionem alterius, vel aliorum nullo modo prævidit, ut ſi occidit unus ex caſu tunc ibi tranſeuntibus, unica tantum irregularitati ſubjacebit: quia ſecundum homicidium illi ſimpliciter involuntarium, & merè caſuale fuit. Eodemque modo dicendum de excommunicatione in ſimili læſione duorum, vel plurium Clericorum.

SECTIO VI.

De reſtitutione ex homicidio debita: & diſpenſatione ſuper irregularitatibus prædictis.

SUMMARIUM.

212. *Homicidium, vel mutilatio duplex infert damnum perſonale ſeu naturale,* & temporale.

213. *Ad damnum* temporale *compenſandum obligatur omnis homicida homicidio aliquo modo voluntario, & injuſto (idem eſt de mutilatione.)*

215. Occi-

215. *Occidens autem volentem, & petentem occidi, peccat quidem gravissimè contra jus DEI, ad nullam tamen restitutionem obligatur.*

216. *Sicut nec provocatus ad Duellum. si provocantem occidat.*

217. *Uti nec invasus injustè, in vita, vel bonis, si invasorem etiam aliqualiter moderamen inculpatæ tutelæ excedendo occidat.*

219. *Pro damno naturali seu vita occisi non est facienda aliqua restitutio.*

220. *Nisi probabiliter spirituale.*

221. *Idque verius non nisi post sententiam Judicis.*

222. *Nec ulla debita est restitutio pro bonis spiritualibus quæ occisus fecisset imposterum.*

223. *Compensanda autem sunt omnia damna temporalia mortem læsi antecedentia.*

225. *Idque vel ipsi læso morituro, vel eo mortuo proximis ejus hæredibus.*

226. *Quod etiam verum est in mutilatione, vulneratione vel quavis damnificatione corporali.*

227. *Damna temporalia homicidii mortem subsequentia, quando, quibus, & qualiter restituere teneatur occisor?* usque ad n. 231.

231. *Obligatio restituendi pro damno temporali, sive antecedente, sive subsequente mortem occisi, transit etiam ad hæredes occisoris.*

232. I. *Nisi moriturus ante mortem suam ei totum remisisset,*

235. (*Quod tamen probabilius justè facere non potest*)

236. II. *Aut nisi & ipse homicida extremo supplicio afficiatur, tunc enim probabiliter ejus hæredes liberantur ab omni obligatione restituendi locò ejus.*

HOmicidio vel mutilatione duplex infertur damnum: *personale*, & est ipsa vitæ, vel membri amissio: alterum *temporale*, in bonis fortunæ, quod aut ipsi mutilatio, vel occisio; aut ipsi 212

conjunctis exinde oritur, utpote jactura sumptuum, ac lucrorum. Duplex quoque homicidæ, vel mutilatori incumbit obligatio, & actio: una est obligatio & actio Justitiæ vindiaativæ ad satisfactionem injuriæ illatæ: utpote pœna talionis, seu mortis, quæ homicidæ infligitur pro morte alterius, etiam præcisè ut damnum naturale est, secluso omni alio damno temporali inde secuto]: sed hoc nihil ad nos. Alia obligatio est, & actio Justitiæ commutativæ, qua occidens, vel mutilans obligatur ad restitutionem damni illati secundùm æqualitatem Justitiæ; idque in foro conscientiæ, secluso omni judicio externo, & sententiâ Judicis. Et hoc ad nos maximè. Videndum ergò, pro quo damno quibus, & quantum teneatur restituere homicida?

ASSERTIO VIII.

213 *OMnis homicida homicidio voluntario aliquo modo, & injusto (idemque est de mutilatione aliave damnificatione corporis) obligatur in conscientia ad restitutionem, non quidem pro damno naturali, sed pro omni damno temporali, & antecedente mortem, solis hæredibus proximis damnum passis, secundùm moralem æstimationem faciendam: eaq; obligatio transit ad hæredes homicidæ, nisi occisus ante mortem totum remisisset, aut homicida extremo supplicio affectus fuisset.* Ratio hujus affectionis generaliter constat ex communi jure naturæ, & Justitiæ de compensando damno illato. Specialia minimè pauca, neque parum controversa explico.

§. I. *Homi-*

§. I.

Homicidio voluntario aliquo modo, & injusto.

NImirum I. principaliter homicidio directè vo- 214
luntario, physicè patrato, ex *Assertione* 3. II. homicidio directè voluntario, moraliter causato, mandans, consulens, suo nomine patrando consentiens, positivè auxilians, impedire omittens, cùm ex justitia tenebatur, *Assert.* 4. *tota*: omnes enim tenentur ad restitutionem saltem pro rata; & in defectum principalis patrantis ad totum, juxta dicta suo loco. III. etiam homicidio casuali mixto indirectè voluntario, sive ex causa positiva, aut licita, cum culpa gravi, omittendo aliquid ex Justitia debitum. *Assert.* 5. IV. non tamen homicidio merè casuali, etiamsi simpliciter voluntario *Assert.* 6. Eaque ratione discurrendum de mutilatione, vulneratione, aliâve damnificatione corporali respectivè. Universaliter ergò ut homicida, vel mutilator contrahat obligationem restitutionis, necesse est, ut peccarit contra Justitiam, quæ sola violata restitutionem inducit. Nulla ergò occisio, vel mutilatio justa, utpotè facta ex Justitia publica, in bello justo, ob necessariam defensionem inculpatæ tutelæ, ullam restitutionis obligationem inducit. Insuper ex sparsim hactenus dictis aliqua dubia hìc annotanda sunt.

I. Ille, qui occidit hominem volentem, & pe- 215
tentem occidi, etsi adhuc gravissimè peccet, præsertim contra Jus Dei, non tamen tenetur ad restitutionem ullam: tum quia respectu hominis vo-

lentis occidi, non peccavit contra Justitiam; cum volenti non fiat injuria: tum quia volens occidi eo ipso censetur remittere debitum restitutionis, quam remissionem de quovis debito, vel damno suo temporali, dum adhuc vixit, facere potuit, quidquid postea contradicant hæredes (de hac remissione rursus aliquid infra circa finem) intelligo tamen ratione occisionis præcisè: nam aliunde, ut si quis occideret servum, quantumvis volentem occidi, invito tamen Domino, sine dubio tenebitur Domino restituere pretium servi.

216 II. Provocatus ad duellum seu pugnam ex condicto, si acceptans vulnus, aut mortem alteri intulerat, nihil tenebitur restituere: quia provocanti, & quantum in se est, consentienti nullam intulit injuriam. Ex communi Molin. *tom.* 3. *disp.* 28. Less. *lib.* 2. *c.* 9. *dub.* 21. Layman. *lib.* 3. *tr.* 3. *p.* 3. *c.* 6. *n.* 5. Imo si duo ambo sponte conveniant in duellum, nisi occisus fuerit deceptus in aliquo, aut ad duellum coactus sit, occidens non obligabitur ad restitutionem; quia tunc invicem censentur remittere sibi obligationem. Vide Lugo *disp.* 11. *Sect.* 3. *à n.* 71. Similis est ratio de iis, qui hastiludio, vel alio periculoso ludo congrediuntur, si enim servatis legibus ludi, unus alterum sine dolo, seu formali intentione occidendi occidat, non oritur obligatio restitutionis, ex pacto remissionis, quod inter sic ludentes saltem implicitè intercedere solet, ut notat Molin *disp.* 36. *n.* 4. Insuper si talis ludus publica authoritate permissus sit, ut solet esse exercitium artis congladiatoriæ, nulla pœna homicidæ

decer-

decerni debet, nisi de dolo constet: secus si ludus esset prohibitus, ut notat *Laym. loco cit.*

III. Injustè ab alio invasus in vita, vel bonis suis, occidens eum, alioquin cum moderaminè inculpatæ tutelæ, sed eam solùm excedens, quòd, cùm facilè & sine probro potuisset, non fugerit, etiamsi Clericus esset, ad nullam tenetur restitutionem: quia non fugiendo injustum invasorem, solùm peccavit contra Charitatem: ex communi Molin. *disp.* 81. *Less. Laym. cit.* etsi contrasentiat Lugo *disp.* 10. *Sect.* 8. *n.* 170. *& disp.* 13. *Sect.* 2. *n.* 55. quem vide. Quòd si verò excessit moderamen inculpatæ tutelæ plus agendo, quàm ad sui defensionem necesse fuit: v. g. occidendo, cùm solùm vulnerando, vel mutilando se defendere potuisset, communior & in rigore verior Sententia eum obligat ad plenam restitutionem totius damni. Navarrus *c.* 10. *n.* 27. Petrus Navarrus *l.* 3. *c.* 1. *n.* 92. Vasq. *de Restit. c.* 2. §. 3. *dub.* 4. *Less. modò cit.* Ratio est: quia quicunque damnum injustè infert culpa mortali, ad integram restitutionem obligatur: talis autem excedendo limites justæ defensionis damnum mortis, vel mutilati membri intulit, non sine culpa mortali; ergò ad integram restitutionem tenetur: excepto, nisi Judex in tali casu restitutionem damni remittat, vel in pœnam injusti aggressoris, seu rixæ auctoris, vel in compensationem injuriæ, quam invasus prior acceperat. Idem tamen Lessius *eodem dubio* 21. *n.* 135. *cùm Soto, Sylv.* & aliis probabile judicat, eum teneri solùm ad partem damni compensandam secun- 217

dùm proportionem excessûs, prudentis judicio dimetiendam. *Ratio est*: quia multò minùs peccat, & injurius est, qui sic invasus occidit, quam qui sponte, & excitatus à nemine. Insuper ego cum Tamb. *l.* 6. *Decal. c.* 4. §. 2. *n.* 15. probabile judico, ad nullam omninò teneri restitutionem: Ratio sumitur ex numero præcedenti; quia ideò provocatus ad pugnam, v. g. si occidat, vel mutilet, ad nullam tenetur restitutionem, quia provocans remittere censetur: sed invadens alterum in vita, vel bonis suis, æquè censendus est remittere; cùm enim ille jam sciat invasum omnia mala contra ipsum tentaturum, & tamen adhuc invadit, convincitur omninò malis illis seu damnis consentire, cùm ergò scienti, & volenti non fiat injuria, adhuc invasus, etsi moderamen inculpatæ tutelæ exceedens contra ipsum, non peccavit contra Justitiam, nec consequenter subibit onus restitutionis, prout etiam alibi notabo; serviréque potest hæc sententia Confessario, ne se, & pœnitentem in difficili determinatione hujus restitutionis multùm torqueat.

218 IV. Probabile ergo, & in praxi tutum est, quòd qui ob acceptam injuriam justo dolore, vel ira commotus alterum vulneravit, vel occidit, v. g. maritus deprehensum adulterum, in foro conscientiæ, etsi absolutè obligetur, justè tamen posse denegare restitutionem, donec ad Judicem debitâ causâ cognoscatur, & decernatur, utrum in pœnam delicti, & injuriæ compensationem restitutio remittenda sit, nec ne: est enim justa exceptio, si de-

si debitum exigatur ex eadem causa, ex qua etiam debitori jus agendi competit: secùs, si ex diversis causis ut si Dominus nolit solvere stipendium famulo, quia in domo sua, vel cum filia sua stuprum commisit, audiri non debet, sed solvere cogitur, salvo interim jure suo de cætero agendi contra eundem famulum civiliter, vel criminaliter, ut ex Molin. *tr.* 2. *disp.* 81. *n.* 10. observat Laym. *cit. cap.* 6. *ante finem.* Similiter & is, cujus animal, servus, filiusfamilias &c. alteri damnum corporale intulit etiam cum sua culpa, vel negligentia in custodiendo, non tenetur compensare: neque leges præcipientes compensationem obligant ante Judicis sententiam, ut ex communi alibi notavimus. Reliqua dubia quoad homicidia, præsertim casualia, jam supra habes.

§. II.

Non quidem pro damno naturali, & personali.

219 I. SEntentia sane communis Antiquorum, & ipsorum Principum Theologorum est, pro ipso damno naturali, nimirum pro jactura vitæ hominis occisi aliquam restitutionem esse faciendam. Ita D. Thom. 2. 2. *quæst.* 62. *art.* 2. *ad* 1. Scotus 4. *dist.* 15. *quæst.* 3. *n.* 6. *Sylv. Rebellus, Azorius,* alii cum Molin. *eodem tract.* 3. *disp.* 84. Omnes hi consentiunt aliquam esse restitutionem faciendam: at qualisnam sit facienda, non conveniunt. Plerique videntur exigere pecuniariam: alii. *Adrianus, Rebellus, Molin.* Spiritualem requirunt solu-

tionem per Sacrificia, preces, eleemosynas ab homicida pro anima occisi offerendam DEO. Scotus loco cit. docet 1. *Justissimè positam esse in communibus Legem talionis*, scilicet mortis pro homicidiis: & *consequenter homicidam juste debere talem pœnam patienter tolerare.* 2. *Si alicubi non esset posita illa Lex Talionis*, consulit (non præceptum esse, vel obligari affirmat, ut ei imponit Sotus, & alii Thomistæ) ut homicida *exponat vitam suam in causa justa, utpote in bello contra inimicos Ecclesiæ per restitutionem faciendam illi, cui vitam abstulit.* 3. dicit: *qui nec tantam restitutionem velit facere, non potest omninò esse immunis à restitutione, sicut quidam fatui faciunt, qui absolvunt homicidas, non eis ostendentes restitutionem necessariò incumbentem, quasi faciliùs possit transire homicida, quàm (ut ita dicam) canicida, vel bovicida, quia si quis occidisset bovem proximi sui, vel canem, non absolveretur sine restitutione: tenetur ergo ad restitutionem spiritualem æquivalentem vitæ, quàm abstulit, sicut potest esse æquivalentia in talibus.* Hæc Scotus, loquens de restitutione quoad damnum naturale; nam de damno temporali subdit. *Nec hoc solùm, sed si interfectus sustentabat aliquos, Patrem, vel Matrem, vel propinquos, tenetur interfector omnibus illis ad restitutionem tantam, quantum illis abstulit per interfectionem illius.*

220 II. Probabile omninò est, homicidam, si non occidatur, vel pœna æquivalenti puniatur à Judice, ex Justitia obligari ad aliquam restitutionem Spiritualem

tualem ratione damni naturalis, seu ipsius mortis proximi: idque vel maximè, ob authoritatem tantorum DD. *Ratio communis est:* quia quicunque intulit damnum proximo in bonis fortunæ, vel famæ, v. g. qui occidit bovem vel canem proximi (ut ait Scotus) tenetur ad restitutionem ex Justitia, secundum omnes; & tamen bona fortunæ, vel famæ longè sunt inferioris ordinis, quam ipsa vita corporalis: ergò multò magis obligatur ad restitutionem, qui intulit damnum in bono altioris ordinis, scilicet ipsâ vitâ corporali. Deinde quando non potest reddi æquivalens, debet reddi, quod possibile est, quia juxta commune scitum, impossibilitas excusat à tanto, non autem à toto, nisi totum sit impossibile: Sic qui debet mille, & non potest, potest autem dare centum, certò tenetur: atqui licèt interfecto pro vita sua non possit reddi æquivalens, maximè in pecunia, vel bonis temporalibus, cùm vita hominis sit pretio inæstimabilis, potest tamen illi aliquid reddi, quod ei utile, vel gratum sit, utpote suffragia vel beneficia spiritualia, Sacrificia, preces, eleemosynæ; ergò obligatur eo casu homicida ex Justitia saltem ad talem restitutionem Spiritualem, in quantum in iis potest esse compensatio in commodum occisi. Si dicas: non constat, utrum ea suffragia defuncto prosint: ergo non obligatur. Contra: etiam non constat, quòd non prosint; atqui in dubio tali melior debet esse conditio innocentis injuriam passi, & piè præsumi, occisum in statu gratiæ obiisse, ideóque vel adhuc purgãdo prodesse suffragia, vel jam beato grata esse.

III. Pro-

221 III. Probabilius, & verius est, ante sententiam corp
Judicis neminem obligari ex Justitia ad ullam resti
tutionem, seu temporalem, seu spiritualem faciendam pro ipso damno naturali ex homicidio (itemque mutilatione, vulneratione) utpotè pro ipsa structura vitæ: sic docet Juris Consultus in *L. ult.* *homicidiis. Gloss. in cap. 1. de injuriis.* Navar. *cap.* 15. *n.* 22. Petrus Navarrus *lib. 4. cap. 1. de restit. num.* 80. Less. *lib. 2. cap. 9. dubio* 23. & 25. Vasquez *de restit. cap. 2. §. 3. dub.* 6. Laym. *cit. cap. 1. num.* 2. Lugo *disp.* 11. *Sect.* 1. *num.* 5. alii plurimi apud ipsos. Ratio est: quia virtus Justitiæ commutativæ (quæ sola restitutionem præcipit) effectialiter respicit æqualitatem inter jus, & jus, datum & acceptum: ergò ubi æqualitas inter aliqua jura esse nequit, cessat tota obligatio justitiæ commutativæ, & restitutionis; unde cùm solùm bona ejusdem generis, & ordinis secundùm æqualitatem inter se commensurari possint, nemo tenebitur compensare damnum in uno genere, & ordine bonorum illatum per bona diversi generis, & ordinis seu superioris, seu inferioris, si eodem genere, & ordine compensare nequit, ut modò habet communissima Sententia: atqui evidens est, damnum naturale hominis occisi (vel etiam membri abscissi) non posse commensurari, vel compensari per bonum ejusdem ordinis, nisi à solo Deo, qui occidit, & vivere facit: ergò pro ipso damno naturali, nullam teneris restitutionem facere ex justitia, neque in bonis temporalibus; cùm hæc sint longè inferioris ordinis; nam vita, & integritas corpo-

corporalis nullo pretio temporali est æstimabilis; cùm sit diversi generis, & altioris ordinis: unde Juris Consultus *L. ult. & L. 1. ff. de his, qui effuderunt.* ait: *in homine libero nulla corporis æstimatio fieri potest.* Neq; per bona spiritualia, cùm hæc sint diversi generis, & altioris ordinis, quàm vita corporalis: notus enim est ordo bonorum. 1. bonum animæ. 2. bonum vitæ, & membrorum. 3. bonum famæ & honoris. 4. bonum temporale fortunæ. Interim tamen fatentur, & consulunt omnes utriusque Sententiæ DD. quòd, sicut Judex in foro externo justè imponit mulctam pecuniariam homicidæ, si vita donetur, offenso, vel ejus hæredibus applicandam; ita Confessarius in foro conscientiæ debeat imponere homicidæ opera spiritualia, Sacrificia, Preces, Eleemosynas &c. animæ occisi applicanda in aliqualem compensationem, sive deinde ex Justitia teneatur, sive solùm ex Charitate, seu naturali æquitate. Et rectè consulit Molin. *cit. num.* 10. homicidam optimo & securiori modo posse mortem occisi compensare impartiendo ipsi, & ejus loco offerendo DEO tantum de suis totius vitæ bonis operibus, meritis, satisfactionibus, quantum Deus novit esse satis ad æquam compensationem. Cæterùm paradigma pœnitentiæ homicidæ injungendæ habes superius *cap. 3. Sect. 2. num.* 60.

IV. Hinc à fortiori rectè resolvit *Less. cit. cap.* 9. 222
dub. 25. nullam quoque esse restitutionem debitam pro bonis spiritualibus occisi, quæ fecisset, si supervixisset; bona enim illa spiritualia com-

pen-

pensanda considerantur vel quoad meritum, vel quoad satisfactionem : prius est irrecuperabile, cum meritum unius non possit dari alteri; ideóque meritum homicidæ non potest reparare vel compensare merita occisi, quæ habuisset supervivens: satisfactio autem, quamvis possit alteri dari, incertum tamen est, an occisus aliqua satisfactione privatus sit, vel utrum ea satisfactio, quam homicida offert pro illo, illi profutura sit; nec illi potest ulla certa mensura constitui, quantam homicida teneatur exhibere. Quantam ergò dabit? Certè in tanta indeterminatione nullam. Hæc ex Lessio. Vides hanc rationem æquè applicari posse de restitutione spirituali pro damno naturali occisi. Secus dicendum esset, si quo casu damnum spirituale occisi notorium, & determinatum esset. Accipe casum. Petrus testamentum condiderat, in quo disposuit ex redditibus suis vitalitiis, si vixisset, percipiendis 100. aureos dare Ecclesiæ pro 100. Missis pro anima sua celebrandis; interim occidit eum Paulus: unde exspirante censu, Missæ non sunt celebratæ: ad quid jam obligatur Paulus homicida? R. *Salonius* apud Tamb. *lib.* 6. *Decal. cap.* 3. §. 3. *num.* 21. Paulum omninò obligari ad eas Missas resarciendas, & rectè: si enim opifici à te restituendum est, quod per operas materiales tuâ causâ impeditas, minus lucratur, cur non etiam restituendum pro damno spirituali, quod quis tuâ causâ invitus incurrit: & certò tibi constat incurrisse in sua determinata mensura. Nec obstat nesciri, utrum hæc satisfactio occiso profutura; quia ut modò in simili dixi, etiam

etiam nescitur contrarium: ideo res manet dubia negativè: in hoc autem dubio melior debet esse conditio innocentis.

§. III.

Sed pro omni damno temporali, antecedente mortem.

I. DAmnum temporale homicidii antecedens mortem, dicitur omne illud, quod occasione homicidii infertur ipsi homini occiso in bonis suis: ut sunt inprimis omnes expensæ rationabiliter factæ in Medicos; & medicinas ad hominis non statim mortui, sed fortè diu languentis, curationem, vel mortem evadendam. Item jactura lucrorum, quæ eo tempote facere potuisset; sive dein mors sequatur, sive non. Item damna omnia realia simul per accidens illata in bonis fortunæ, famæ vel honoris: ut si latro hominem, vel ejus domum spoliâsset, graviter diffamâsset, si ejus domum effregisset, aliáve damna intulisset, ad hoc, ut eum occidere posset. 223

II. Hæc omnia, damna antecedentia mortem restituenda, seu compensanda sunt secundùm æqualitatem rei: eorum enim damnorum determinatè illatorum injusta causa fuit homicida, attenta semper qualitate damni; nam, ut modò dixi, restituendæ sunt expensæ curationis rationales tantùm, & moderatæ secundùm conditionem statûs talis hominis; non item irrationales superfluæ immodicæ. Item detracta illa quantitate expensarum, quas alioquin curandus eo tempore ad sui sustentationem expendere debuisset: unde si is 224

moria-

moriatur, inter damna homicidii non sunt æstimandi, nec compensandi sumptus funebres, qui alias morituro impendi debuissent: nisi ratione necis illatæ v. g. extra patriam in loco alieno majores sumptus fieri oportuisset; tunc enim restituendum erit pro excessu. Ex communi Molin. *tract. 3. disp.* 83. Petrus Navarus *lib. 4. cap. 1. num. 73.* Less. *cit. dub. 24.* etsi contra sentiat nimis strictè alter Navarrus *cap. 15. num. 22.*

225 II. Hæc omnia damna antecedentia restituenda sunt, aut ipsi homini læso morituro, aut eo mortuo *cuivis ejus hæredi*, sive necessario, sive non necessario, vel extraneo, sive ab intestato, sive ex testamento. *Omnes.* Ratio esse potest: quia hæres succedit in omnia jura defuncti: at si compensatio illorum damnorum de jure debebatur ipsi homini occiso, dum adhuc vivebat, & modò deberetur, si superviveret: ergò modò debetur cuivis ejus hæredi. At quid si nulli sint hæredes? debebitne homicida pro istis damnis restituere pauperibus, vel ad pias causas? R. omninò sic; ita enim statuitur ab Alexandro Papa *c. cùm tu, de usuris*, quod communissima DD. extendit ad quodvis debitum restitutionis ex delicto. Et ratio est: quia in similibus debitis ex delicto, censetur defunctus velle, ea in usus pios ad animæ suæ favorem distribui, & non cedere in commodum delinquentis, ut latiùs visum suo loco.

226 IV. Similiter in mutilatione, vulneratione, vel quavis damnificatione corporali damna necessariò compensanda sunt: imprimis ipsæ expensæ cura-

curationis necessariæ, & rationabiles, ut modò dictum est: dein lucra cessantia, vel damna emergentia ratione mutilationis, vel vulnerationis: ut si opifex vulneratus, sit sutor, sartor &c. Et ideò id tempus ad opus suum inutilis factus, tenetur illi vulnerans restituere lucrum operarum, quod tanto tempore interea fecisset pro se, & sua familia sustentanda, quóque interim carere cogitur. *L. ult ff. de his, qui dejecerunt.* Communis DD. Intelligitur autem compensandum lucrum cessans deductis impensis, quas scilicet in exercendo opere suo facere debuisset, secundùm omnes: itémque deduci potest aliqua æstimatio laboris, & molestiæ, quam in exercendo opere suo subiturus fuisset, ut probabiliter docent aliis cit. Molin. *de Just. tr. 3. disp. 87. conclus. 1.* Dian. *p. 3. tr. 6. resol. 53.* Quod tamen mihi probabiliùs negant Sotus *lib. 4. de Just. q. 6. art. 1.* Petrus Navar. *lib. 4. de restit. c. 1. n. 80.* Less. *lib. 2. c. 9. dub. 19.* Laym. *c. 6. n. 1.* & nos alibi de restitutione ex mora injusta: imò communis DD. Sententia, & vulgi persuasio est, quòd si quis alterum injustè impedivit à labore diurno, lucrum ei cessans integrum restituendum fore, non detracta æstimatione laboris. *Ratio est:* quia lucrum plerumque labori commensuratur; imò sæpè non æquatur; alioquin communiter parùm, vel nihil restituendum foret. Similiter si quis talem vulnerando perpetuò inutilem ad opus suum reddit, tenetur ei ad præbendam sufficientem sustentationem, juxta ejus conditionem, & suam fa-

cultatem ſecundùm arbitrium prudentis, aut ſententiam Judicis.

§. IV.

Et ſubſequente morte ſecundùm mortem eſtimationem ſolis haredibus proximis damnum paſſis.

327 I. DAmna temporalia homicidii, ſubſequente mortem, dicuntur, quæ ratione mortis occiſi, inferuntur aliis perſonis eidem conjunctis, utpote uxori, filiis, parentibus, quibus occiſus alimenta præſtabat, quíque ab ejus arte, induſtriâ, operâ, pendebant in victu quotidiano, & vitæ cõmoditatibus neceſſariis, & honeſtis acquirendis, conſervandis, vel augendis: unde univerſim ex hoc capite nihil reſtituendum erit, quando aut nulli adſunt hæredes; quia tunc nullum damnum mortem ſubſecutum eſt: non ipſi occiſo; quia hic jam extra vivos nullum temporale ſentit damnum; neque hæredibus, quia nullos eſſe ſupponimus: aut licèt adſint hæredes, illis tamen nullum damnum ex morte occiſi ſecutum eſt, utpote ſi occiſus fuit nobilis, vel opulentus ſine arte, vel induſtria, vivebat de bonis propriis ac hæredibus poſt mortem relictis, vel quia jam ſenex, decrepitus, infirmus, nihil ampliùs arte, induſtriâ, vel operâ ſuâ, ſuis comparare potuit, quin potiùs aliorum operâ indiguit, vel quia homo iners, & incurius, arte, induſtriâ, vel operâ ſuâ neglectis, ſuis nihil ampliùs comparare ſolebat, adeò, ut familia ratione ſuſtentationis, vel lucri per mortem illius nihil, vel parùm detrimenti paſ-

ti passa supponatur, quibûs casibûs aut nihil, aut tantò minus restituendum erit.

228 II. Quandò ergò adsunt hæredes inde damnum præfatum passi, tunc iis hæc damna temporalia mortem subsequentia restituenda sunt, utique non secundùm æqualitatem rei: quis enim mensurabit ea damna emergentia, vel lucra cessantia hæredibus occisi; cùm nemo divinare possit, quamdiu is vixisset, si occisus non fuisset? quantùm lucratus fuisset? quantum fuisset periculum potiùs amittendi, quàm spes lucrandi? sed restituenda, vel compensanda sunt secundùm *moralem æstimationem tantùm*, judiciô prudentis expendendam. Tantum ergò restituendum est, quantum isti hæredes pro sua necessaria sustentatione, vel commoditatibus eo supervivente juxta prudentem æstimationem ejus artis, industriæ, operæ, ætatis, virium, moraliter certò habituri fuissent, nisi occisus esset, quæque hîc & nunc in suis causis jam videbantur moraliter existere, & quasi incipere esse: quia in illis solùm certò patiuntur damnum hæredes, & licèt illa commoda in futurum non habeant omnimodè, habent tamen moralem certitudinem: quia hic & nunc illa sua arte, officio, opificio, vel labore solebat tantum lucrari, talibúsque familiam suam sustentare, & commoditates augere, consequenter tantùm potuisset etiam in futurum, si supervixisset: habita etiam ratione ætatis ac virium, utpote, quia vegetæ ætatis, & fortis, tamdiu adhuc supervivere potuisset, suósque alere probabiliter præsumeretur; tantum ergò, ac tamdiu tenetur

homicida, vel ejus hæredes compensare hæredibus occisi, quantùm, & quamdiu illi ex lucris cessantibus occisi juxta prudentem æstimationem prædictorum sustentati fuissent, & sustentari debuissent. Dubium hîc est de hæreditate spectata auctiore ab occiso, si supervixisset. Etiam pro hac restituere debere homicidam, affirmat communis DD. Abbas *in c. 1. de injuriis.* Navar. *c. 17. n. 24. Mol. Less. Laym. locis cit.* nisi occisus occisori ante mortem omnem restitutionem spontè condonârit: & omninò verum videtur, quando hæreditas auctior ex prædictis principiis certò moraliter esset sperata à supervicturo. Utpotè si ex reditibus annuis quotannis tot 100. certò seponere potuit &c. Alioquin longè probabilior est opinio negativa aliorum; cùm enim hæreditas augenda plerumque admodùm incerta sit, cùm vel ipse occisus, vel ejus hæredes aliàs potuerint mori, nomine solius hæreditatis nihil debere hæredibus occisi ab occisore. Insuper

229 III. Hæredibus *damnum passis* tantùm restituendum est; unde eatenus tantùm tenetur restituere homicida hæredibus occisi, quatenus necessarium est ad eorum honestam sustentationem, & commoditates vitæ, juxta proportionem, qua idem habuissent ab occiso, juxta paulò antè dicta. *Ratio est:* quia hæredes solùm censentur damnificari in hoc, quatenus decedit eorum sustentationi, & commoditati, quam certò habuissent ab occiso: ergò ad id solùm compensandum obligatur homicida. Quòd si ergò uxor, liberi, parentes, ob mor-

tem

tem alterius nullam patiantur necessitatem in sustentatione, vel commoditate vitæ, utpote si parentes divites sint, filii jam puberes, ad se ipsos alendos apti, uxor non egeat, vel æquè commodè nubere possit &c. ad nullam restitutionem obligabitur homicida ante Judicis sententiam; quia eo casu nihil ipsis debebatur ex Justitia ab occiso; ideóque non censentur veram injuriam per hoc passi. Insuper.

IV. Solis *hæredibus proximis occisi*, puta liberis, 230
uxori, & parentibus ita damnum passis restituendum est, Communis DD. apud *Molin.* Less. *cit. c. 9. dub. 26. n. 155. Laym. Lugo. March. passim citatos.* Ratio est: quia obligatio, & finis restitutionis est compensare damna injustè illata alteri in bonis propriis, vel sibi jure debitis: atqui solis illis hæredibus proximis, uxori, liberis, vel parentibus injustè inferuntur illa damna subsequentia mortem occisi, & quidem in bonis propriis, & sibi jure debitis; cùm hæres proximus, uxor, filius, parens adeò altè conjuncti sint occiso, ut moraliter una semper persona censeantur cum illo: unde eos solos ex Justitia in necessitate positos alere tenetur occisus: ergò solis his proximis hæredibus damna ista restituenda sunt. Unde optimè notat Less. *lib. 2. c. 9. dub. 26. n. 155.* rationem hujus restitutionis non esse, quia hæres succedit in jura defuncti; quia defunctus occisus nunquam habuit jus ad restitutionem horum damnorum; quippe cujus restitutionis obligatio primò post mortem secuta est: sed quia maritus & uxor, Pater & Filius censentur una

persona, unde invicem ex Justitia in necessitate re tenentur, & ideò, qui unum ex his occidit, rum injustè lædit, & consequenter læsus injus quatenus læsus est, ad æqualitatem per restitu rem reduci debet. Si verò non adsint ejusmo hæredes proximi, uxor, liberi, parentes, nihil bet homicida ex hoc capite restituere hæred occisi, non proximis quibuscunque etiam Fra sorori, aliisque propinquis; sed neque aliis am clientibus pauperibus, vel quibusvis aliis, q occisus non ex Justitia, sed solùm ex Charitate bat; vel eis benefaciebat, ob oppositã ration quia scilicet nec ita conjuncti sunt occiso, ut cum ipso persona censeantur respectu damni & quia ipse defunctus nihil eis ex Justitia debu sed solùm ex Charitate, vel liberalitate eis alime ministrare, vel benefacere solebat: ergò nullum jus ablatum, vel damnum illatum in bonis propr vel jure sibi debitis; sed tota injuria recidebat in o cisum. Et licèt verum sit illud: qui per vim fraudem impediat aliquem à consecutione, usurpatione alicujus boni, teneri ad ejus da compensationem: quia nimirum censetur volu & intendisse nocere alteri: secus enim esset, qu do non ita censetur velle vel intendere nocere al ri, sed sibi tantùm prospicere: atqui in propos occisor alicujus minimè potest censeri velle, & tendere nocere illis, quos occisus non ex Justitia sed solùm ex Charitate alebat, vel beneficiis fov bat: posito autem casu rarissimo, quo homicida ipsum intenderet, utique obligaretur ad compen-

satio-

sationem damni ex injusta intentione, & simul ipsa actione externa injusta causat, uti innuit Less. modo cit. *n.* 154. Unde ulteriùs ex natura sua, & in rigore loquendo omninò vera est Sententia multorum cum Molin. *tr.* 3. *disp.* 83. *n.* 8. & Laym. *cit. c.* 6. *n.* 4. homicidam teneri ad restitutionem damnorum occisi creditoribus illatorum. *Ratio* vehemens est: quia occisus arctiori obligatione Justitiæ tenebatur creditoribus, quàm ipsis hæredibus necessariis, cùm his alimenta, & hæreditas non præstentur, nisi deducto ære alieno: ergo si occisor compensare teneatur damnum, quod hæredi necessario, uxori, liberis, parenti, occasione injustæ occisionis sequitur, multò magis tenebitur creditoribus, si ob eandem causam homicidii debito suo privati fuerint in toto, vel in parte damnum compensare secundùm Justitiæ rigorem. Verùm rectè notat Laym. *ibid.* id in praxi non observari: unde contrarium absolutè docent Less. cit. *dub.* 26. *n.* 151. & Dian. *p.* 5. *tr.* 3. *resol.* 57. alii plures apud ipsos. Tandem sequitur hujus obligationis

Extensio in hæredes.

231 OBligatio homicidæ ad restituendum pro damno temporali, sive antecedente, sive consequente mortem occisi, iis, quibus juxta prædicta tenetur, cùm sit debitum, & onus reale, sine controversia transit ad hæredes occisoris, quando ipsemet non fecerat, juxta tamen vires hæreditatis, de quo alibi. *Omnes.* Verùm duæ exceptiones in Assertione adjunctæ, modò explicandæ sunt.

I. Nisi occisus ante mortem totum remisisset.

232 I. CErtum est, occisum moriturum debere homicidæ remittere offensam, non item injuriam, multò minùs damnum: consulendum semper etiam remittere injuriam; non semper damnum subsequens hæredibus, præsertim si egeni sint; unde quando morti proximus occisori ignoscit vel reconciliationem exhibet simpliciter, semper intelligitur de offensa, & injuria, non verò de damnis temporalibus; nam hæc, nisi expresè remittantur, semper debebuntur; ut cum aliis reflexè notant Sanch. *lib.* 1. *Consil. cap.* 4. *dub.* 14. Lugo *disp.* 11. *Sect.* 3. *num.* 62.

233 II. Certum quoque est, moriturum posse remittere homicidæ damna antecedentia mortem explicata, sicut & quodvis reale jus, si quid sibi debitum, cùm ipsi liberum sit disponere de rebus suis, compensatio autem illorum damnorum jam dum ipsi debebatur: unde si dicat se remittere & injuriam, & damnum sibi illatum, de hoc solo damno antecedente mortem intelligendum erit, non de subsequenti, ut ex communi notant iidem.

234 III. Quòd si denique dicat moriturus, se remittere omnia damna homicidæ, volens etiam comprehendere damna hæredum subsequentia mortem, clarum quidem erit homicidam, ejúsque hæredes liberandos ab omni obligatione restituendi hæredibus. Sed dubium, & controversum est, an moriturus possit remittere totum damnum, & homicidam liberare ab obligatione restituendi hæredibus

dibus necessariis, uxori, filiis, parenti pro damno subsecuto? posse affirmant *Sanch.* Less. *cit. c.* 9. *dub.* 26. *n.* 158. *Bannes, aliisque citt.* Dian. *p.* 5. *tr.* 4. *res.* 58. Tamb. *l.* 6. *c.* 4. §. 3. *n.* 10. Ratio est: quia quidquid debetur hæredibus illis, totum debetur eis dependenter à voluntate morituri: adeoq; non fit eis injuria, nisi quatenus fit contra occisi voluntatem; ergo si occisus ante mortem totum condonaverit, contra ejus voluntatem nulla remanebit obligatio justitiæ restitutionis homicidæ: solùm ergò occisus peccaret in raro casu, quando hæredes aliunde alimenta non haberent.

IV. Negativam tamen contrariam mihi longè 235
probabiliùs docent cum aliis Tannerus *hic q.* 6. *dub.* 4. Lugo *disp.* 11. *Sect.* 3. *num.* 63. nimirum occisum non posse justè homicidæ remittere obligationem restituendi damna hæredibus, consequenter etiam facta tali remissione, utpote invalida, & contra Justitiam, adhuc obligari homicidam ad restitutionem: *Ratio est*: quia licèt occisus possit remittere omne damnum sibi illatum, seu omne jus proprium, omnemque obligationem sibi debitam, non tamen potest remittere damnum illatum aliis, seu jus aliorum ad obligationem ipsis debitam: atqui occisus ipse de jure, & Justitia tenebatur hæredibus necessariis illis egentibus sustentationem, & commoditates vitæ procurare; ejus proinde occisione ipsi damnum proprium patiuntur, & jus proprium acquirunt ad compensationem sibi faciendam ab homicida: ergò sicut Pater vel occisus non potest remittere homicidæ injuriam,

Reipublicæ, & legis violatæ, quin adhuc Justitiâ vindicativâ puniri possit, & debeat; ita neque poterit remittere, & condonare ipsi damna illata hæredibus necessariis, ac obligationem restitutionis ipsis faciendæ, quin adhuc ex Justitia commutativa ipsis damnum compensare teneatur: juxta tamen modos hactenus explicatos.

II. Aut nisi homicida extremo supplicio afficiatur.

236 Tunc nimirùm & homicidam, & ejus hæredes liberari ab omni obligatione restituendi damna temporalia ex homicidio secuta, negant quidem DD. communiter Navar. *c. 15. n. 25. Mol. Sanct. Less. Laym.* Tamb. *cit. n.* 14. Et in rigore Juris et natura rei verum puto, ob rationem mox indicandam. Practicè tamen affirmant *Sotus & alii* apud Less. citat. *dub. 22. n. 119.* & noster March. *tom. 2. tr. 6. tit. 1. q. 5. dub. 2.* Ratio est: quia vita pretio inæstimabilis, ejusque ereptio omni alio damno spirituali majus damnum est: & quamvis vita principaliter auferatur à Justitia publica ob violatum bonum commune, & non ob damna temporalia consequentia hæredibus occisi: unde eorum compensatio adhuc in rigore exigi potest; cùm damna privata ob publicam punitionem non resarciantur; unde dixi *in rigore* negativam esse veram: quia tamen ea damna cum morte occisi necessariò conjuncta sunt, suntque magna causa aggravans homicidii, ideò Judex in sententia ferenda semper præsumitur considerâsse utrumque & mortem scilicet, & damna consequentia: ideoq; latâ sententiâ

mortis

mortis tanquam definitiva totius causæ, nulla facta mentione compensationis, vel restitutionis damnorum, censetur unà cum morte omnem prorsus obligationem rei abolevisse: unà cum crimine, & sic non tantùm reipublicæ, sed etiam parti læsæ satisfeciisse: & si putetur minus satisfactum ex parte læsa, etsi contradicat, & compensationem urgeat censetur condonatum. Dixi tamen: *damnorum precisè ex morte vel mutilatione secutorum*: & neq; hæredes teneri ad restitutionem, nisi quatenus inde ditiores facti essent: aliæ enim obligationes ex homicidio vel mutilatione non præcisè ortæ, ut si adsint furta, spolia, depositum, debita, quibus hæredes ditescerent, utique satisfacere obligabuntur: quia propter ista morte damnatus non est homicida. Vide latius Marchant *cit. in fine.*

SUBSECTIO.

De dispensatione super prædictis irregularitatibus ex homicidio tam licito, quàm illicito.

SUMMARIUM.

237. *In omni irregularitate ex homicidio tam licito, quàm illicito dispensare potest summus Pontifex.*

239. *Isq; solus Jure ordinario.*

240. Vsque ad num. 244. *Episcopi tamen, licèt non ex Tridentini, tamen aliunde probabiliter dispensare possunt*
I. *in irregularitate ex defectu lenitatis.*

244. Vsque ad num. 247. II. *præsertim contracta ex mutilatione* injusta, occulta (*non autem justa & ex justitia facta*) &

247. III. *Etiam contracta ex homicidio* occulto *casuali mixto, seu indirectè tantùm voluntario.*

240. Se-

240. *Secus si sit notorium, & ad forum contentiosum jam deductum.*

250. *Non verò dispensare potest Episcopus in irregularitate proveniente ex quocunq; etiã occulto homicidio voluntario.*

251. *Per se directè præmeditatè, & deliberatè intento, & liberè facto.*

253. *Ad illos Ordines, etiam minores suscipiendos, vel exercendos, aut beneficium simplex.*

254. *Nisi per accidens, in casu necessitatis.*

255. *Quid agendum cum Sacerdote, qui ob occultum homicidium commissum, est irregularis?*

237 IN *omni irregularitate jure ordinario dispensare solet, & solus potest Pontifex.* Omnes. Ratio clara est: quia omnis irregularitas est juris communis Pontificii, & Ecclesiæ universalis, cui solus Summus Pontifex, ceu supremus Legislator præest, omnes alii subsunt: ergò

238 I. In omni irregularitate dispensare potest Summus Pontifex. Appage Abbatem docentem irregularitatem ex homicidio voluntario esse Juris divini, ideoque indispensabilem, absque omni fundamento, in nova Lege: & quamvis in quibusdam textibus hæc irregularitas dicatur indispensabilis, id tantùm intelligitur, quia difficulter est dispensabilis, nisi ob gravissimas causas, & cum quibusdam oneribus perpetuis, v. g. ut dispensatus abstineat ab Altari adhuc per triennium: ut non celebret in loco delicti commissi: ut ingrediatur aliquam Religionem &c. Et in omnibus Privilegiis dispensandi concessis Episcopo, vel aliis, semper excipitur irregularitas ex homicidio voluntario, & bigamiâ: quod nimirum homicidium voluntarium maximè alienum sit à Christi lenitate, & mansuetudine,

quam

quam tamen minister Christi repræsentare debet: faciliùs tamen dispensatur cum profitentibus Religionem, & in ea ordinandis, ut notat Filliuc. *tract.* 20. *c.* 2. *q.* 10. *num.* 52.

II. Et solus Summus Pontifex potest dispensare 239
Jure ordinario, & nullus alius, cùm omnis alius sit Pontifice inferior in jurisdictione Ecclesiastica; nullus autem inferior jure ordinario potest dispensare in lege Superioris, nisi de ipsiusmet Pontificis commissione, sub delegatione, vel privilegio. Hujusmodi privilegium & potestas ampla fit Episcopis in *Conc. Trident. Sess.* 24. *cap.* 6. *de reformat.* his verbis: *liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, exceptâ eâ, quæ oritur ex homicidio voluntario, & eâ, quæ deducta est ad forum contentiosum dispensare.* Prælati quoque Mendicantium ampliſſimam habent potestatem dispensandi cum suis subditis tantùm (nihil quoad sæculares pœnitentes) in omni omninò irregularitate post professionem contracta, excepto homicidio voluntario, & bigamiâ tantùm, ut videre est apud Rodriquez *tom.* 1. *QQ. regular. quæst.* 24. *art.* 2. *& seqq.* Sed de his alias. Potestas tamen Episcoporum in ejusmodi dispensatione pro non rara praxi, & necessario recursu Confessariorum, per irregularitates hactenus explicatas deducenda, & explicanda est.

§. II.

Ex defectu lenitatis.

EPiscopi vi concessionis à Concilio Trident. fa- 240
ctæ certè non possunt dispensare in irregulari-

tate

tate ex defectu lenitatis, utpote in Judice, aliisque ministris Justitiæ, in milite, aliisque cooperantibus ita bello justo, & similibus sine peccato contrahi. in communis DD. Navarrus *cap. 27. num. 144. Henriquez, Avila. Filliuc.* Layman. *cit. cap. 12. num. 1. & 23.* Pasqualigus *Quæst. Moral. centur. 3. quæst. 226.* aliosque citans Tamb. *lib. 10. de Leg. tractat. 4. cap. 15. §. 17. à num. 6.* Ratio patet ex terminis Trident. concedentis Episcopis facultatem dispensandi in omnibus irregularitatibus provenientibus ex delicto occulto, excepto homicidio voluntario, atqui irregularitas ex defectu lenitatis in homicidio justo nullo modo est ex delicto: ergò hujus dispensationem non concedit, sed relinquit dispositioni antiquorum Canonum, quibus soli Pontifici reservatur. Et ratio hujus potest esse; quia vix potest esse necessitas tanta dispensandi in irregularitatibus ex defectu lenitatis tantum, quanta sæpissimè est dispensandi in irregularitatibus ex delicto; attamen etiam dispensationem in defectu lenitatis facilè concedere, & quandoque aliis committere solent Pontifices: imò quandocunque Papa alicui concedit licentiam militandi in bello justo, censetur etiam dispensare vel potius amovere periculum irregularitatis incurrendæ; ut ex communi suo loco *cap. 2.* notandum est.

241 Contra tamen Episcopum etiam in hac irregularitate dispensare posse docent, DD. minimè pauci. Decem & octo recitat, sed non sequitur, *Pasqualigus loco cit.* inter quos *Covarruv.* suo loco laxus; & simili more suo probabile censet Dian.

p. 4. tract. 2. resol. 69. Ratio ipsorum est: quia in Trid. datur Episcopis facultas dispensandi in omni irregularitate, præter illam, quæ est ex homicidio injusto voluntario, sed irregularitas ex defectu lenitatis non est ex homicidio injusto voluntario, ùt patet: ergò de illa datur facultas dispensandi.

Certè nimis torta, & omninò falsa est major: 242
aperi oculos, & revide textum allegatum: non dicit Concilium in omni irregularitate simpliciter, sed in omni irregularitate proveniente *ex delicto occulto*, qualis certè non est irregularitas ex defectu lenitatis. Diana tandem *p. 11. tr. 5. resol. 6. in fine* citans Lessium (sed malè) eam facultatem concedit Episcopis per Epicheiam: sed profectò nimis gratis fingitur Epicheia universalis circa concessionem ejusmodi dispensationis, quia universaliter non admodùm est necessaria; Epicheia autem solùm in particularibus, & in solis quibusdam casibus necessitatis locum habet, juxta communem Doctrinam in materia de legibus.

Dixi autem *ut concessionis Tridentini*, nam aliun- 243
de Episcopus, vel alius habens à Pontifice privtlegium dispensandi in omni irregularitate (excepto homicidio voluntario) probabiliùs etiam potest dispensare in homicidio ex defectu lenitatis. Ita Navarrus *c. 57. num. 240. Henriq. Avila. Rodriq. Filliuc. cit.* ac Laym. *c. 12. num. 4.* & communis Theologorum contra Toletum *lib. 6. c. 22.* eoque teste, communem Canonistarum, qui volunt nomine homicidii voluntarii, etiam intelligi justum, quod non necessitate, vel casu contingit. Sed

præ-

præferenda est Sententia Theologorum. *Ratio*
quia nomine homicidii voluntarii, & indispensabi-
lis, cujus scilicet dispensationem Papa in omnibus
privilegiis concessis sibi reservare solet, intelligunt
solum homicidium voluntarium injustum: hoc
enim solùm est simpliciter voluntarium: non e-
gò comprehendit homicida justa cogente lege, &
Justitia facta. Unde inferunt DD. citt. talem pri-
vilegiatum posse etiam dispensare cum Clerico
pugnante, & occidente propriis manibus in bello
justo, etsi enim homicidium esset illicitum con-
tra Canones prohibentes Clericis bellare, non ta-
tamen homicidium injustum. Ulterius talis di-
spensare poterit in irregularitate proveniente ex
homicidio casuali indirectè tantùm voluntario.
Item ex homicidio facto ob defensionem, cum
excessu tamen moderaminis inculpatæ tutelæ, ut
mox etiam dicam de Episcopis.

§. II.

Ex mutilatione.

241 EPiscopus certè potest dispensare in irregulari-
tate ex mutilatione injusta occulta. Ita com-
munissima DD. Filliuc. *tract.* 20. *c.* 2. *q. ult.* Laym.
c. 12. *num.* 1. *Et* 25. recitans *Barbosa* in allega-
tionibus ad Concilium Tridentinum. *Sess.* 24. *c.*
6. *de Reformat.* Ratio est: quia Concilium Tri-
dentinum citatum, concedens Episcopis facultā-
tem dispensandi in omni irregularitate ex delicto
occulto proveniente, solùm excipit irregularita-
tem ex homicidio voluntario, etiam occulto:
exceptiones autem seu restrictiones facultatis or-
dina-

ordinariè concessæ, non sunt extendendæ ultra verborum proprietatem, ut notat Finellus *casu* 3. *n.* 26. Atqui mutilatio simpliciter non est homicidium: ergò sub illa exceptione non comprehendenda: & licèt homicidium, & mutilatio æquiparentur in Jure quantùm ad causas incurrendi irregularitatem, non tamen quoad cætera omnia.

245 Contrarium tamen docent Sanch. *lib.* 1. *Decal.* c. 10. *n.* 49. *Henriquez*, & quidam alii, hac ratione: quia in mutilatione illicita adest etiam defectus lenitatis, in quo Episcopi non possunt dispensare. Sed facilè respondetur: Concilium Tridentinum cùm absolutè concedit Episcopis facultatem dispensandi in irregularitate ex delicto, non excepta mutilatione, eo ipso etiam debet censeri concedere facultatem dispensandi in irregularitate ex illo defectu lenitatis, qui in illo delicto imbibitur, alio quin frustranea esset Episcopis illa facultas. Adde, non constare, quòd in delicto homicidii, vel mutilationis injustæ, etiam imbibatur irregularitas ex defectu lenitatis: & cum aliis probabilissimè negat Tamb. *cit. hic* c. 4. §. 5. *à n.* 16. & Ratio est sæpè dicta; quia nulla est irregularitas, nisi in Jure expressa: ubi autem in Jure Canonico exprimitur irregularitas ex defectu lenitatis, annexa etiam delictis homicidii, vel mutilationis: sanè novum, & mirum est cognoscere duas irregularitates ex eodem actu simplici provenienter.

246 Dixi autem in omni irregularitate ex mutilatione *illicita occulta*: non enim possunt Episcopi dispensare in irregularitate ex mutilatione justa ex Justitia

publica; quia hæc est simpliciter ex defectulenti-
tis: neque in irregularitate ex malitia illicita publi-
ca, vel jam ad forum contentiosum deducta: quia
jam esset delictum publicum: ex solo autem de-
cto occulto, concedit Tridentinum dispensandi fa-
cultatem Episcopis. Ubi tamen diligenter not.
quòd quantumvis publicus sit effectus, vel defectus
membri mutilati, utpote manus, brachii &c. a
alio, vel se ipso abscissi, dummodo ipsum delictum
mutilationis factæ sit occultum, adhuc potest
Episcopus dispensare. Ratio est: quia Concilium
etiam dat Episcopis facultatem dispensandi in om-
ni irregularitate ex omni delicto occulto, excepto
homicidio voluntario: cur autem hæc potestas,
alioquin amplè interpretenda, adeò limitanda sit,
ut non satis sit, ipsum delictum esse occultum, sed
requiratur etiam defectum mutilationis esse occul-
tum, non apparet: præsertim cùm id rarissimè con-
tingere possit, nisi fortè mutilatio facta sit in parte
verecunda, uti contra *Càsirop.* rectè docet Tambur.
hic c. 8. §. 2. num. 10.

§. III.

Ex homicidio casuali.

247 I. Episcopi dispensare possunt in irregularitate ex
homicidio occulto casuali mixto, seu indirecta-
tantùm voluntario: v. g. si quis mulierem gravi-
dam incautè percussit, secuto abortu: qui alterum
iniquè verberari mandavit: mandatario excedente,
& occidente: si quis provocatus ad pugnam, so-
lùm animô percutiendi accessit, postea verò præter
inten-

intentionem nè fortè ab alio occideretur, occidit: & ita in similibus casibus supra latè allatis. Ita communis DD. Navar. *c.* 27. *n.* 240. Suarez *disp.* 44. *de Cens. Sect.* 1. *n.* 4. Henriq. *lib.* 14. *c.* 19. *n.* 2. Filliuc. *cit. tr.* 20. *c.* 3. *q.* 1. Laym. *c.* 12. *n.* 4. Tamb. hic *lib.* 10. *tr.* 4. *c.* 15. §. 17. *n.* 10. Ratio rursus est: quia Concilium solum excipit homicidium voluntarium, ejusmodi autem homicidia casualia, cùm non sint ex proposito directo, & formali, non sunt simpliciter voluntaria, sed indirectè tantùm, & velut mixta ex voluntario casuali, ut suo loco explicatum est. Oppositum tamen sentiunt *Cajetanus, Covarruvius, Molin. Azor. apud Laym. cit.* nimirum omne homicidium, quamvis directè volitum non sit, si tamen proveniat ex opere, cum quo frequenter esse solet hominis cædes, numerandum esse inter indispensabilia. Sed certè gratis dictum; licèt enim rectè doceant tale homicidium non esse merè casuale, fateri tamen etiam debent, non esse simpliciter voluntarium, & perfecte, sed solùm secundùm quid, & in sua causa, ut proinde probabile sit non esse comprehensum in exceptione Tridentini.

II. Atque eadem ratione Episcopus dispensare 248
poterit in irregularitate proveniente ex homicidio occultô causâ defensionis facto, sed cum culpabili excessu moderaminis inculpatæ tutelæ: quia tale homicidium non tenetur simpliciter voluntarium, cùm urgeat injusta aggressio, quale solùm excipitur in Consilio Tridentino. Navar. ibid. *n.* 27. *n.* 240. *& consil.* 36. *de homicid. Henriquez,*

Avila, *Laym. cit. n.* 2. Consequenter rectè docet idem *Avila* & Laym. *eodem c.* 12. *concl.* 5. eum, qui ex commiserationis affectu infirmum vexit, ut liberet eum ab angustiis mortis, morte accelerata, etsi graviter peccet, & per omnes irregularis fiat, tamen dispensari posse ab Episcopo, vel privilegiato, quia per homicidium voluntarium indispensabile certè intelligi debet illud, quod animo inimico, & maligno affectu, vel crudeli fit: hoc autem fit ex naturali commiseratione: & sæpè ob bonam fidem, & ignorantiam invincibilem etiam à peccato excusari potest: semper ergò cavendum hoc Clericis. Denique notat hic *Laym. loco cit.* hanc doctrinam etiam inservire posse Parochis, quibus reservari solet homicidium voluntarium; nam in foro conscientiæ credere possunt pœnitenti, si asserat se non voluntariè ex proposito, sed præter intentionem occidisse: v. g. se non habuisse propositum occidendi, sed tantùm rixandi, postea tamen necessitate compulsum, vel effervescente iracundiâ occidisse, ne ipsemet occideretur, hujusmodi peccatum, & homicidium non debet censeri reservatum Episcopo, præsertim si occultum sit: si autem notorium sit, saltem in uno loco, convenit plerumque, ut examini Episcopi relinquatur. Et hinc

249 III. Dixi rursus semper: *ex homicidio casuali vel culto*; si enim casus sit notorius jam ad forum contentiosum deductus, jam non poterit dispensari ab Episcopo, sed dispensatio à Papa peti debet, à quo Ordinariis committi solet, prout decernit Trid. *Sess.*

Sess. 14. *c.* 7. *de reformat.* his verbis. *Si verò homicidium non ex proposito, sed casu, vel vim vi repellendo, ut quis se a morte defenderet, fuisse commissum narretur, quam ob causam etiam ad Sacrorum ordinum, & Altaris Ministerium, & beneficia quecunque, ac dignitates jure quodammodò dispensatio debeatur, committatur loci ordinario, aut ex causa Metropolitano seu viciniori Episcopo; qui non nisi causâ cognitâ, & probatis precibus, ac narratis, nec aliter dispensare possit.* Ubi vides clarè, sermonem esse de homicidio casuali mixto, vel defectuoso in sui defensione, & publico seu notorio tantùm: nec potuit esse sermo de homicidio merè casuali simpliciter involuntario, aut facto ob defensionem vitæ propriæ cum recto moderamine inculpatæ tutelæ, cùm in his nulla incurratur irregularitas; consequenter nec Papæ, nec Episcopi dispensatione opus sit. Atque eadem ratione dicendum esse de mutilatione casuali publica, rectè observat Tamb. *ibid. n.* 28.

§. IV.

Ex homicidio voluntario.

I. Non potest ergo Episcopus dispensare in ir- 250
regularitate proveniente ex homicidio voluntario quocunque, sive publico, sive quantumvis occulto, ut habet communissima DD. & Theologorum, & Canonistarum, contra paucos quosdam nimis libertinos. *Ratio est*: quia Concilium absolutè excipit irregularitatem ex homicidio voluntario, nihil distinguens de noto, vel ignoto, publico, vel occulto: qua veritate ergó tu distinguens au-

des affirmare, prohiberi solùm homicidium publicum? deinde particula exceptiva separat ea quæ sunt ejusdem generis, ut si det tibi Episcopus facultatem absolvendi ab omni casu sibi reservato occulto, excepto homicidio: utique etiam homicidium occultum intelligeretur exceptum; ergo cùm Concilium Tridentinum Episcopis facultatem dispensandi concedit in omni irregularitate proveniente ex delicto occulto, excepto homicidio voluntario, etiam occultum homicidium exceptum esse intelligi debet. Minus audiendi sunt aliquidam volentes homicidium occultum, occultum manens, omninò non inducere irregularitatem: omnes enim Canones edicunt, omnesque Doctores clamant, oriri irregularitatem ex homicidio voluntario injusto: at nonnè homicidium occultum etiam homicidium est? ergò.

251 II. Per homicidium voluntarium à Tridentino exceptum intelligitur non tantùm illud, quod fit ex proposito, præmeditatè, præconsultò, quæsita occasione, ex industria per insidias &c. sed omne omninò homicidium per se directè intentum deliberatè, & liberè voluntarium, quod *Sect. 2. n. Subsect.* explicatum; adeoque intelligitur etiam illud, quod fit ex subita rixâ, vel occasione data, deliberatè tamen, & voluntariè, etsi in illo tantum calore intendatur, & nunquam antea inventum, vel cogitatum sit. Ita communior DD. Molin. *tom.* 4. *tr.* 3. *disp.* 79. Suarez. *de censuris disp.* 44. *Sect.* 1. *n.* 3. pluribusque citatis Dian. *p.* 10. *tr.* 11. *r.* *sol.* 19. Tamb. *c.* 15. §. 6. *n.* 5.

Con-

Contra tamen tale homicidium ex subita rixa fa- 252
ctum non absolutè voluntarium à Tridentino ex-
ceptum: sed casuale tantum, ideòque à potestate di
spensandi Episcopis concessa minimè excluſum es-
se, contendunt non pauci Recentiores, *Rodriquez, Avila, Coninch. Salcedo, Hurtadus, Leander, Perez*, alii apud *Tambur. cit.* Sed litis hujus decisio pendet ex intellectu, verborum ejusdem Trid, Sess. 14. c. 7. *de Reformat.* sic enim habet: *cùm etiam, qui per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab Altari avelli debeat* (hactenus verba favent oppositæ sententiæ: sed sequitur) *qui sua voluntate homicidium perpetraverit &c.* notas hanc rationem formalem? at qui in subitanea rixa hominem occidit, jam sua voluntate perpetravit homicidium; ergò &c. & postea: *si verò homicidium non ex proposito, sed casu fuisse commissum narretur &c.* tunc nimirum dispensatio ordinariis committitur: atqui certè, qui in subita rixa directè, & ex intentione occidit hominem, nullo modo dicitur casu occidisse, casu enim occidente, est præter intentionem, & indirectè aliud agendo occidere, ut supra de homicidiis casualibus latè explicatum, ergò illud homicidium ex subita rixa factum non potest dici casuale, sed simpliciter voluntarium, adeoque sub exceptione Tridentini comprehensum. Hæc Sententia mihi probabilior, & Concilio conformior videtur, etsi non ausim damnare Sententiam oppositam.

III. Cum ejusmodi irregulari ex homicidio vo- 253
luntario non potest dispensare Episcopus ad ullos

ordines etiam minores ſpſcipiendos, vel exe-
cendos, neque ad beneficium etiam ſimpliciter, n
non curatum. Ita contra *Henriquez* & Sa ap
Laym. mox cit. Navar. *c.* 37. *n.* 240. Sayrus *lib.*
de Cenſ. c. 7. *n.* 14. Avila *diſp.* 6. *ſect.* 5. *dub.*
Laym. *lib.* 3. *tr.* 3. *p.* 3. *c.* 13. *n.* 3. Tamb. *hic* §. 5
n. 23. *alii* apud ipſos. Ratio eſt; quia licet Trid
tinum loco cit. Videatur initio Epiſcopis limita
hanc poteſtatem diſpenſandi ſolùm quoad ordi
ſacros dicens: *nullo tempore ad ſacros ordines pr
moveri poſſit, nec illi aliqua Eccleſiaſtica benefic
etiamſi curam non habeat animarum, conferri p
ceat*: mox tamen addit. *ſed omni ordine, ac bene
ficio, & officio Eccleſiaſtico perpetuo careat. Ita* Co
cilium ea locutione omnium ordinum, minorum
etiam, receptionem, & omnium beneficiorum e
am ſimplicium, acquiſitionem comprehendere
Addit tamen *Tambur. ibid.* non improbabile eſſe,
mentem Concilii fuiſſe, ut Epiſcopus poſſet hu
irregularitati concedere uſum minorum ordinum
antea perceptorum, non verò receptionem alio
majorum, aut minorum jam perceptorum uſum
per ſe loquendo; nam quid per accidens poſſit, di
cam mox ſequenti numero. Sed vide de his plura
apud DD. cit. & ſingulariter Garſiam *de benef. p*
1. *c.* 5. *n.* 136. ubi afferens declarationem Cardina
lium, notat, penſionem hanc etiam Eccleſiaſticam,
cùm non ſit proprie beneficium, non ideò ad e
recipienda excludi homicidam irregularem.

254 IV. Poteſt tamen Epiſcopus cum ejusmodi ir-
regulari homicida occulto diſpenſare, ut in ſuſce-
pto

ptis Ordinibus etiam Sacerdotio ministret per accidens in casu necessitatis, quando non est facilis recursus ad Pontificem. Ita Sylvester *v. dispensatio n.* 15. Henriquez. *lib.* 14. *c.* 19. *n.* 1. *&* 2. Avila. *p.* 7. *disp.* 6. *sect.* 5. *dub.* 3. *conclus.* 1. Laym. *cit. c.* 12. *prope fin.* Ratio sumitur ex epichia, & rationabiliter præsumpta voluntate Pontificis, ita exigente suavi regimine animarum, ne animæ periclitentur: quemadmodum ob eandem rationem ex communi omnium Sententia Episcopus dispensat in voto continentiæ perpetuæ ad contrahendum matrimonium, quando urget periculum incontinentiæ, nec patet facilis accessus Romam; licèt & illud votum (sicut hæc irregularitas ex homicidio voluntario.) sit reservatum soli summo Pontifici, & in omnibus privilegiis dispensandi in voto etiam in Jubilæis excipi soleat. Notat tamen Laym. *ibidem in fine*, Episcopum tunc non simpliciter tollere irregularitatem, sed tantùm ejus effectum, suspensioni similem, ut nimirum interim celebrare liceat, dum culpa, & defectus in occulto manet, & donec à Papa dispensatio impetrari commodè possit. Alii tamen DD. tam aridam limitationem non adhibent; & certè sicut in dicto voto, ita & in hac irregularitate tunc Episcopum simpliciter dispensare posse, ex probatis Authoribus mihi à consilio Theologico responsum est super enormi casu unius, & alterius, ac propterea de facto à Reverendissimo Ordinario dispensatio absoluta mihi concessa fuit.

Tandem non otiosè petes. Quid ergò agendum Sacerdoti, qui occultum homicidium voluntarium 255

commisit, & irregularis factus est? (casus non rarus in puncto abortûs) sed nisi Missas celebret, solitásque functiones obeat, aut veniet in suspicionem criminis cum periculo vitæ, vel gravissimæ dispendio famæ, aut alioquin grave orietur scandalum in populo, utpotè si sit Parochus, & loco sit alterum substituere nequeat. R. Eum omnem operam debere dare, ut quàm citissimè dispensatio impetretur à Summo Pontifice (aut ab Episcopo juxta modò dicta) interim verò post peractam pœnitentiam celebrare poterit, quoties absolutè necessitas postulabit ad vitandam infamiam, aliúdve grave periculum, aut scandalum populi. Ita ex communi Navar. *c.* 27. *n.* 239. rationem reddens: quia lex naturalis & divina de defendenda propria fama (multò magis propria vita, vel scandalo proximi) præstat legi humanæ de abstinendo à Sacro in irregularitate. Idémque docent Alphonsus à Castro *lib. 2. de Lege pœnali c.* 15. Molin. *tr. 3. disp.* 9. Laym. *loco cit. ante finem.* Eadémque est ratio de excommunicatione, aliísque censuris, & irregularitatibus: ratio, inquam, à Navarro indicata est, quia quandocunque concurrunt duo præcepta incompossibilia, quorum utrumque servari non potest, cedit, & cessat obligare, quod minus est: sic in proposito præceptum abstinendi à Sacris in irregularitate, vel excommunicatione &c. humanum positivum Ecclesiasticum tantùm est: præceptum autem cavendi periculum grave propriæ vitæ vel famæ, aut scandali proximi divinum naturale est ex virtute Charitatis; ergò &c.

APPEN.

APPENDIX
AD
SEXTUM ET NONUM PRÆCEPTUM.

Remissivè.

TEXTUS.

Non mœchaberis. Et
Non concupiſces uxorem proximi tui. Exod. 20.

PRæcepta hæc formaliter, & in terminis prohibentia omnem luxuriam externam & internam, eô ipsô virtualiter & implicitè affirmativa, præcipiunt ſervandam Caſtitatem, ſeu continentiam cuique ſuo ſtatui proportionatam. Et quamvis præter obligationem negativam excludentem luxuriam, rarò ſit obligatio poſitiva actu poſitivo proſequendi Caſtitatem, ſeu Virginitatem (niſi fortè tempore gravis tentationis aliter non ſuperabilis.) tamen in honorem Angelicæ Virtutis aliqua breviter adnecto. De fœda luxuria ſatis, & ad nauſeam usque dictum *in p.* 4. Theol. *Sacram. de matr. à c.* 2. *&* 3. *per tot.* quo Lectorem remitto. 1

I. Ca-

I. Castitas, Virginitas.

2 *Castitas est virtus moralis moderans inordinatum appetitum, usúmque venereorum.* Duplex est, una perfecta, & simpliciter dicta, omnem cupiditatem, usúmque venereorum in perpetuum omnino voluntatis proposito excludens. Alia est imperfecta, & secundùm quid, quæ vel ad certum tempus illicitis voluptatibus abstinet, vel licitis voluptatibus debito modo juxta rationis præscriptum utitur. Unde est vulgaris divisio Castitatis in Conjugalem, Vidualem, Virginalem. *Conjugalis* est, quæ in matrimonio concessis voluptatibus debito modo juxta rationis præscriptum utitur, excludendo omnia alia illicita in casu, vel objecto copulæ. *Vidualis* est, quæ post matrimonium firmo proposito voluptatum usu, & appetitu deinceps abstinet. *Virginalis*, alia *temporalis*, quæ usque ad tempus debitum vel opportunum nuptiarum omnem illicitum voluptatis usum excludit: alia *perpetua ac perfecta & simpliciter* dicta Virginitas mox definienda. Virginitas est perfectissima castitas continens firmum proprositum puritatis mente, & corpore perpetuò conservandæ, gratiâ honestatis. Definit S. Aug. *lib. de S. Virginitate c.* 13. quòd sit in carne corruptibili incorruptionis perpetuæ meditatio. Differt ergo à Castitate; quòd hæc multo latiùs pareat; hæc enim in conjugatis, corruptis, viduis, vel solutis pœnitentibus locum habet; Virginitas autem non item; semel corrupta vel amissa per

per lapsum voluntarium irreparabilis. Unde triplex distingui potest Virginitas, vel Virgo integra. Prima *materialis*, vel solo corpore, non autem mente, utpote in luxuriam quandoque consentiente. Secunda *formalis* & sola mente vel proposito, non item corpore, utpote contra voluntatem vel per vim corrupta. Tertia *totalis* mente & corpore simul: puta cùm quis, vel quæ nec mente in quid turpe consensit, nec corpore quid turpe passa est. Pono breves resolutiones pro praxi monastica, Monialium potissimùm.

I. Virgo integra mente, & proposito, & solùm corpore violata per stuprum involuntarium, vel violentum, apud Deum Virginitatis laudem, meritum, & præmium retinet: quippe quæ apud Deum non nisi voluntariè amitti potest, juxta dictum S. Agathæ ad Tyrannum: *si me invitam jusseris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam.* At verò in facie Ecclesiæ humilitatis, & decoris majoris causâ perinde ac aliæ corruptæ velô consecrationis abstinere debet, quod 25. ætatis Annô Virgines professæ accipiunt, juxta communem DD. cum Navar. *lib.* 3. *de statu Monach.* Ad Prælaturam autem ascendere seu velum Prælationis accipere corruptæ, etiam per vim, sine Summi Pontificis dispensatione non possunt: ut rectè docet *Rodriquez.* 3

II. Virgo solo corpore, & violato animo per consensum in libidinem, apud Deum quidem Virginitatis meritum, & decorem amisit, quippe qui 4

cor

cor intuetur: interim tamen Virginitas sola mentis amissa, & non corpore per voluntariam copulam vel pollutionem, actâ pœnitentiâ, & apud Deum integrè recuperatur, & coram facie Ecclesiæ ita semper Virgo habetur, atque inter Virgines consecrari potest; quia Ecclesia judicat secundùm exteriora. Ex communi Laym. *lib. 3. Sect. 4. n. 8.*

5 III. Virgo mente & corpote violata per voluntariam pollutionem tantùm, absque concubitu, simpliciter quidem Virginitatem amittit, ut per pœnitentiam recuperari nunquam possit, secundùm communem DD. nihilominus probabiliter *Sylvestrinus, Armilla,* alii cum *Laym. cit. fin.* docent illam post pœnitentiam inter Virgines consecrari & velari posse. *Ratio est*: quia licèt virtute, & coram Deo virgo, & incorrupta non sit, nec Virginitatis laureolam habitura in cœlis, retinet tamen Virginitatis statum coram Ecclesia, & Virgo censetur apud homines, quia claustrum Virginitatis abextrinseco illæsum servat, adeò quidem, ut qui talem violaret, adhuc virginis stuprator censeretur: etsi contrasentiant Navar. *c. 16. Manal. n. 3.* Rodrig. *art. 3.* utraq; Sententia tuta, practicariq; potest.

6 IV. Virgo violata mente & coroore per voluntariam copulam, etiam quamvis occultam, Virginitatem irrecuperabilem amittit apud Deum, & in foro Ecclesiæ, ut deinceps inter Virgines consecrari, & velari non possit: quoad violationem notoriam est omnium sine controversia: quoad violationem etiam occultam est communis DD. S. Thom. *dist. 38.*

dist. 38. *q.* 1. *a.* 5. *Palud. Cajet. Sylv. Sa.* alii cum Navar. *c.* 16. *n.* 3. Laym. *cit. n.* 9. Ratio est: quia non levis irreverentia est in Sacramentis, vel Sacramentalibus falsum supponere; consecratio autem Virginum quid sacramentale est, sicut benedictio salis, & aquæ &c. ergò quemadmodum sacrilegiũ esset in consecratione salis, vel aquæ supponere aliquid, quod sal & aqua non est, ita multò magis sacrilegium erit, si quæ ut Virgo consecrari se patiatur, quæ tamen virgo non est: consequenter graviter peccabit talis violata, si inter sacras Virgines velum consecrationis petit, & accipit sub nomine castæ, innuptæ, Deo devotæ; atque de hoc à Confessario admonendæ sunt; & si à velo abstinere non possint sine sui diffamatione, vel scandalo, Episcopus dispensare potest, vel potiùs dispensativè permittere, ut inter Virgines consecrentur, aut mutato nomine Virginitatis in Castitatis, vel continentiæ; aut, quia etiam sic non satis consultum videtur ejus famæ, cùm plerúmque aliqui adsint talem mutationem advertentes, rectè consulit Navar. cit. *consil.* 2. *de statu Monach.* ut Episcopus hoc casu enuntiet verba consecrationis, quæ Virginem, aut Virginitatem sonant, accipienda intra mentem ea tanquam significantia Castitatem, ut & scandalum, & mendacium absit: & quamvis ad hac communi Sententia non videatur recedendum in praxi; certè tamen mihi probabilis videtur opposita Sententia RR. eò quòd Ecclesia illa sua ordinatione non videatur obligare cum tanto gravamine famæ propriæ,

priæ, ac ſcandali aliorum. Cæterùm meritò Laym. cit. *Sect. 4. num. 9. ante finem* probabilem cenſet Sententiam Rodriq. *lib. 10. q. 64. art. 3. contra Cajet.* Henriquez *cit. c. 24. lit. M.* fœminam occultè corruptam, quæ jam velum profeſſionis accepit, poſſe etiam velum conſecrationis accipere, non quidem petere ſine diſpenſatione, ut dictum, ſed tamen oblatum acceptare, ne eo recuſato ſe ipſam infamet, atque interrogatam de Virginitate reſpondere poſſet, ſe Virginem eſſe, intelligendo coram Eccleſia, ſeu quatenus attinet ad forum externum.

II. Luxuria, ejúsquem ſpecies enumerata.

7 LUxuria eſt inordinatus appetitus & uſus venereorum: adeóque vitium directè oppoſitum Caſtitati per exceſſum; quemadmodum enim Caſtitas duo includit, unum principale ſcilicet puritatem, ſeu abſtinentiam ob omni copula, vel fœmination illicita: alterum ſecundarium, & acceſſorium, ſcilicet pudicitiam, ſeu abſtinentiam ab omni actione cordis, oris, & operis, inductiva ad luxuriam; ita luxuria duo includit: unum principale, ſcilicet impuritatem ſeu ipſam copulam, ſeu ſeminationem illicitam: alterum ſecundarium, & acceſſorium, ſcilicet impudicitiam, quæ eſt voluntaria occupatio cordis, & aliarum potentiarum circa inductiva ad luxuriam, ut turpes cogitationes, aſpectus, amplexus, tactus, oſcula &c. Hinc luxuriæ univerſim novem ſpecies numerantur: ſeptem penes principale luxuriæ ſcilicet copulam, vel ſeminationem illicitam: duo quoad acceſſorium;

aut

aut enim copula est illicita, quia fit cum persona non legitima, eáque. 1. vel aliena, & est adulterium. 2. vel saltem cum non sua, & est fornicatio simplex. 3. vel cum virgine sub patris potestate constituta, & est stuprum. 4. vel non consentiente, ac invita, & est raptus. 5. vel consanguinea & sanguine juncta, & est incestus. 6. vel Deo sacrata, & est sacrilegium. 7. aut copula fit extra vas naturale, & est peccatum contra naturam. 8. aut copula est illicita non quoad substantiam, sed solùm quo ad modum, vel circumstantiâ actûs, & dicitur concubitus libidinosus conjugum. 9. denique penes secundarium & accessorium luxuriæ, dicitur impudicitia, quæ omnia, quæ, & quanta sint peccata, dicta sunt in 4. *p. Theol. Sacram. loco supra cit.*

III. Luxuria prohibita sexto Præcepto.

SExto Præcepto Decalogi naturali, & positivo simpliciter negativo, *non mœchaberis*, prohibetur primariò & principaliter quidem sub nomine mœchiæ, seu adulterii tanquam damnosissimæ speciei luxuriæ omnis species consumata luxuriæ, seu illiciti concubitus, ac seminationis: secundariò verò & accessoriè prohibetur omnis impudicitia cordis, oris, & operis ad externam luxuriæ speciem dispositiva. Certum. Sumitur ex ipsa declaratione Christi: *Audistis, quia dictum est antiquis: non mœchaberis: ego autem dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, jam mœchatus est eam in corde suo*: ubi sub mœchia hoc præcepto prohibita ponit solùm aspectum mulieris in ordine ad ejus carnalem concupi-

ſcentiam factum; ergò à minore ad majus ſub nomine mœchiæ hoc præcepto prohibentur non tantùm principaliter omnes ſpecies conſumm luxuriæ ſeu copulæ, vel ſeminationis illicitæ, etiam declarat S. Aug. q. 71. in Exod. dicens furti *nomine benè intelligitur omnis uſurpatio illi ta rei alienæ, profectò & nomine* mœchiæ *omnis i licitus concubitus, atque illorum membrorum no legitimus uſus prohibitus debet intelligi: &c. ſ etiam, uti declaravi, omnes impudicitiæ cordis oris, & operis: aſpectus, tactus & cætera ad carna lem concupiſcentiam, & luxuriam diſpoſitiva* adeóq; ſicut in quinto præcepto, *non occides*, com prehendenda, recenſenda, & examinanda ſunt Confeſſario principaliter quidem omnis genus homicidia injuſta: ſecundariò & acceſſoriè omn ad homicidium diſpoſitiva, & inductiva, vel proxi mè & opere, vel propinquè & ore, vel remotè & corde: ita ſub hoc 6. Præcepto, *non mœchaberis*, comprehendenda, recenſenda, & examinanda erunt primò & principaliter quidem omnes ſpecies luxuriæ completæ; ſecundariò & acceſſoriè verò omnes ſpecies impudicitiæ tanquam inductiva, vel diſpoſitiva ad luxuriam completam. 1. Proximè & opere, tactus, amplexus, oſcula, aſpectus impudici. 2. Propinquè & ore, turpiloquia, obſcænæ cautiones, ſectiones, & cætera provocativa ad amorem, concubitum &c. 3. Remotè & corde, cogitationes turpes, deſideria, propoſita inhoneſta, delectationes moroſæ (attamen, ut alibi notatum, cum perſonis honeſtis ordine inverſo, incipiendo

endo à minore.) Quamvis autem præcepto prohibente actum externum mœchiæ, seu illiciti concubitus, etiam per consequens censeatur prohibitus actus internus concupiscentiæ ad talem actum illicitum, tamen necessarium singulariter fuit, etiam concupiscentiam internam speciali Præcepto probiberi à Spiritu S. ob duplicem causam 1. Quia homo suapte natura, & intrinseca inclinatione, quamvis in fœminam fertur, nimium pronus est ad talem concupiscentiam tanquam communissimum peccatum, à quo non tam facilè avertitur, sicut ab actu externo turpitudinis: unde Spiritus S. singularem curam habuit, eam specialiter prohibendo: *non concupisces.* 2. Quia amor proprius facilè eam cæcitatem mentis induxisset, ut homines concupiscentias illas tam conjunctas naturæ non esse peccata crederent, quemadmodum alias multas graviores induxit; quin ipse Apostolus fatetur, se non cognovisse concupiscentiam tanquam peccatum, nisi per declarationem legis. Unde & ipse Christus, ne hoc lateret, *Matth. 5.* allato sexto Præcepto, *non mœchaberis*, statim etiam concupiscentiam interdictam inculcat, ut modò audivisti. Sequitur ergo

IV. Luxuria prohibita nono Præcepto.

NOno Præcepto Decalogi Divino naturali positivo simpliciter negativo: *Non concupisces uxorem proximi tui*: prohibetur principaliter, & in terminis omnis carnalis inordinatus affectus erga uxorem proximi, & correlativa etiam econtrà: secundariò verò omnis inordinatus affectus carna- 9

lis ad quamcunque ſpeciem luxuriæ, vel impudici-
tiæ. *Omnes.* Ratio patet in ſimili; ſicut enim
ſexto Præcepto nomine *mœchiæ* prohibetur omne
peccatum carnale cujuscunque ſpeciei luxuriæ
vel impudicitiæ ad luxuriam diſponentis; ita hic
nono Præcepto nomine concupiſcentiæ uxoris
alienæ prohiberi cenſendus eſt omnis inordinatus
affectus carnalis deſiderii, vel concupiſcentiæ
quamcunque ſpeciem luxuriæ, vel impudicitiæ
Peccatur ergo contra hoc præceptum in iis modis
& ſpeciebus, quibus peccatur contra ſextum.
Adulterio interno vel mentali, utpote efficaciter
deſiderando uxorem alterius, vel econtra mariti
pro præſenti ſtatu; & graviùs adhuc accedente
actuali delectatione moroſa venerea in concubitu
de tali cogitato; etiam addita hac conditione, ſi
libera, vel ſi ſua uxor eſſet, ſi liceret &c. quia con-
ditio talis actu non exiſtens non poteſt juſtificare
actualem delectationem carnalem de actu hoc ob-
factò cogitato in præſenti illicito, prout proba-
tum *tr.* 1. *c.* 6. *Sect.* 3. in materia de peccatis. Di-
xi autem *efficaciter*, & *pro præſenti*; nam ſimpli-
ci affectu deſiderare uxorem alterius in tempus fu-
turum, quo libera fuerit per mortem mariti, cujus
vacat, ſicut, ſi deſideraret ſolutam, ut ſi ſua uxor
2. Fornicatione interna ſimplici ſtupro, inceſtu &c.
utpote efficaciter deſiderando, ſolutam Virginem,
conſanguineam, maſculum &c. 3. Impudicitiâ in-
ternâ, deſiderando tactus, oſcula, amplexus impu-
dicos &c. aut in talibus recogitatis carnaliter obla-
ctando &c. ut omnia patent ſuo loco mox citato.

CAPUT

CAPUT IV.

In

OCTAVUM PRÆCEPTUM DECALOGI

De

Injusta læsione famæ, & honoris proximi: ac restitutione inde debita.

TEXTUS.

Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Exodi 20.

1. HOc octavo præcepto formaliter & primariò, quatenus quidem formaliter & in terminis negativum est, prohibetur, ne quis, cùm in judicio testis adhibetur, mentiatur mendacio pernitioso, quo proximo damnum injustum inferatur; & consequenter quatenus virtualiter & implicitè affirmativum est, præcipitur, ut cùm quis testis in judicio adhibetur, dicat veritatem, seu verum testimonium adferat. Virtualiter verò & secundariò eodem præcepto prohibetur omnis injusta læsio proximi in bonis famæ & honoris: & consequenter in bonis inde dependentibus. *Ita in re omnes.* Ratio est: quia ideò præcisè eo præcepto naturali ac divino prohibetur falsum testimonium, quia id proximo injustum nocumentum infert in 1

fama & honore, ac bonis inde dependentibus: ergò virtualiter & ex consequenti omnis ejusmodi injusta læsio famæ & honoris proximi eodem præcepto prohibita intelligenda est.

2 II. Fama latè sumpta definitur, *multorum existimatio de vita & moribus alterius:* sícque dividi potest in bonam, & malam famam. Sed strictè & absolutè, fama accipitur in meliorem partem, scilicet pro bona & honesta existimatione multorum de vita & moribus alicujus: definitur in Jure L. cognitionem ff. de variis, & extraord. cognit. *Fama est illæsæ dignitatis status legibus ac moribus comprobatus.* Brevius à S. Thoma 2.2. q. 103. a. 1. *Fama est opinio seu existimatio de alterius excellentia.* Alii aliis: *fama est bona de aliquo existimatio quoad aliquod ejus bonum.* Infamia ergo opposita est mala de aliquo existimatio quoad aliquod ejus malum v.g. crimen vel vitium. Infamatio autem dicitur illa actio, quâ alicui aufertur habita bona existimatio, & inducitur mala existimatio de aliquo ejus vitio vel crimine. Alioquin infamatio seu læsio famæ generaliter, & externè fit per detractionem; & specialiter per diffamationem, susurrationem, calumniam, falsum testimonium: internè verò seu mentaliter tantùm apud seipsum fit per temerarium judicium, suspicionem, vel dubium de malo alterius.

3 III. *Honor* definitur à S. Thoma loc. cit. *Significatio alienæ excellentiæ animo concepta:* adeóque erga homines non potest fieri, nisi per signa externa. Differt à fama, quæ est ipsa bona existimatio de bono vel excellentia alterius: honor autem est, quo

signo

signo aliquo externo testificamur, & notam facimus nostram bonam existimationem de bono, vel excellentia alterius. Differt etiam à cultu, quo per signa externa non tantùm nostram bonam existimationem, sed etiam subjectionem nostram, vel submissionem testamur erga alterum ob illius existimatam excellentiam. Unde cultus non potest fieri, nisi Superiori in aliquo genere excellentiæ: honor autem etiam æquali, & inferiori exhiberi potest, quin etiam ipse Deus suos honorare dicitur in Scriptura. Honoris species accidentalis est *laus*, qua solis verbis nostram existimationem de alterius excellentia, vel bono testificamur: honor autem fit quibuscunque signis, ut capitis apertione, inclinatione &c. Honoris effectus est *gloria*, quæ definitur: *clara cum laude notitia*: nam ex eo, quòd de alterius bonitate & excellentia verbis vel factis multi testificantur, clarescit ejus excellentia in notitia plurimorum; & sic evadit gloriosus. Læsio ergò honoris, seu inhonoratio alia est negativa, & fit per omissionem honoris exhibendi: alia est positiva, ac propriè dicitur contumelia, quæ fit per commissionem alicujus contra honorem alterius: idque vel verbo vel facto, signo vel scripto, per convitium, irrisionem, jocum &c.

IV. De his agemus more solito sex Sectionibus. 1. De infamatione suiipsius. 2. De læsione interna famæ proximi per temerarium judicium, suspicionem, dubium. 3. De læsione externa famæ proximi per detractionem, calumniam, falsum testimonium. 4. De restitutione famæ alienæ læsæ,

ubi etiam de audientibus detractionem. 5. De læsione honoris proximi, ejúsque restitutione. 6. De causis excusantibus à restitutione famæ & honoris. Sit in nomine Domini

SECTIO. I.

De sui ipsius Diffamatione.

SUMMARIUM.

4. & 5. *Se ipsum infamare est* per se *loquendo tantùm peccatum veniale prodigalitatis.*
6. *Solvitur fundamentum Cajetani,* &
7. *Tres aliæ objectiones.*
8. Per accidens *autem mortale esse potest multipliciter.*
9. *Verum crimen occultum de se fateri potest quandoque licitum,* & *opus virtutis; præsertim*
10. *Si fiat ex motivo* humilitatis (*discretè tamen*) *aut*
11. *II.* Charitatis, *vel*
12. *III.* Justitiæ, *ex qua etiam tenetur, in duobus tamen casibus tantùm.*
13. *Non in aliis, etiam in judicio interrogatus.*
14. Vsque ad n. 17. *Reus juridicè interrogatus, post seriam probationem probabiliter non tenetur sui mortali fateri veritatem instante certo periculo mortis.*
17. *Falsum crimen sibi imponere, vel impositum fateri nunquam licet.*
18. Vsque ad n. 21. *Resolvitur, an, & quando reus ad evitanda tormenta possit fateri crimen sibi falsò impositum?* &
21. *An quis citra mortale possit sibi sive verum nocentis, sive falsum innocentis crimen imponere ad ipsum mortem liberandum?*

ASSERTIO I.

4 SE *ipsum infamare, crimen seu verum occultum propalando, seu etiam falsum vel fictum sibi imponendo, per se peccatum veniale est prodigalitatis,*

tis, nec contra justitiam, nec contra Charitatem graviter: per accidens tamen multipliciter potest esse mortale, etiam contra justitiam. Verum crimen occultum fateri ex justa causa, sæpè potest esse licitum & opus virtutis: falsum autem sibi imponere, nunquam potest esse licitum citra peccatum saltem veniale. Tota communis.

§. I.

Per se peccatum veniale est prodigalitatis &c.

COmmunis DD. Sotus, Navarrus uterque, aliisque cit. Molina *tom.* 4. *disp.* 2. & 37. Lessius *lib.* 2. *de justitia c.* 11. *dub.* 6. Laym. *lib.* 3. *tr.* 3. *p.* 2. *c.* 2. *n.* 15. Lugo. *disp.* 14. *sect.* 10. *de just.* Ratio est: quia homo est dominus suæ famæ, sicut est dominus suæ pecuniæ; ergò sicut prodigere, vel projicere pecunias suas non est contra justitiam, nec contra Charitatem per se loquendo, sed est solùm peccatum prodigalitatis ex genere suo veniale: ita etiam projicere famam suam, seu verum, seu falsum crimen narrando, non erit contra justitiam, vel Charitatem per se loquendo, sed vitium veniale prodigalitatis tantùm, si crimen verum sit, si autem falsum, erit simul mendacium per se jocosum, ideoque etiam veniale tantùm. 5

Contrarium docuit Cajetanus 2. 2. *q.* 73. *a.* 3. esse nimirum peccatum mortale contra justitiam, non quidem respectu suipsius se infamantis, sed contra Communitatem cujus homo est pars, & in quam ejus infamia redundat. Sed contra urget eadem ratio, homo enim non minus, imò magis est 6

dominus suæ famæ, quàm suæ pecuniæ respe... Communitatis: nam Respublica habet jus seu d... minium altum in pecunias civium pro casu nece... tatis communis, non item in eorum famam pro... lo casu: sed homo absque injustitia in Comm... tatem potest prodigere pecuniam, secundùm o... nes: ergò etiam citra injuriam in Communi... tem potest abjicere famam; semper intelligen... loquendo.

7 Objicitur (1.) Eccl. 4. dicitur: *curam habe... bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri pretiosi, & magni.* (2.) D. Aug... lib. 1. de civit. Dei c. 20. relatus c. si id licet 32. q. 5. dicit: *falsi testimonii non minus reus est, qui se ipso falsum fatetur, quàm si proximo id faceret.* (3.) Homo tenetur æquè imò magis diligere se... sum, quàm proximum; nam benè ordinata chari... tas incipit à seipsa: ergo sicut mortale est infamare proximum, ita & seipsum.

℟. Ad 1. ibi sermonem esse non tam de honore & bono nomine habendo, quàm de honore & bono nomine promerendo per bona & laudabilia opera, ut benè ostendit Molin. *disp. 37. n. 34.* ideoque nihil ad rem ℟. ad 2. D. *August.* per illa verba non velle adstruere æqualē gravitatem peccati in mentiendo falsum crimen contra se, & contra proximum: cùm lata sit disparitas; proximo enim gravem injuriam facit, sed sibi ipsi injuriam facere non potest: adeoque solùm vult rationem peccati universaliter acceptam non minus convenire uni quàm alteri; quod verissimum est, sed nihil con-

contra nos, ut benè explicat *Molina ibid.* n. *ad* 3. Molina *ibid. n.* 24. hominem teneri plus diligere seipsum, quàm proximum, solùm in iis bonis, quæ ad salutem necessaria sunt non autem in aliis ad salutem non necessariis, ut manifestum est in bonis fortunæ: eademque ratio est in bonis famæ & honoris: imò & in bono vitæ; cùm homo in probabilissima Sententia semper, & in certis casibus, secundùm omnes laudabiliter possit vitam propriam postponere vitæ proximi: prout supra in 5. Præcepto visum.

§. II.

Per accidens multipliciter potest esse peccatum mortale.

SEipsum infamare vel vero vel falso crimine: utpote si referendo jactes te de vero, vel ficto crimine, illud approbando, in eo delectando ac complacendo, peccas utique mortaliter eâdem specie peccati, de quo delectaris; v. gr. adulterii, homicidii, rapinæ &c. juxta illud Psalmi 51. *quid gloriaris in malitia, qui potens es &c.* Omnes 2. Si crimen tuum manifestando, vitam tuam vel corporis integritatem sine justa causa periculo exponas, peccas mortaliter contra charitatem tui ipsius; imò & contra justitiam respectu Dei supremi & immediati Domini vitæ & mortis: vitæ enim & membrorum non est homo dominus, sicut famæ, & pecuniæ seu fortunæ, ut de iis liberè disponere possit. Dico autem; *sine justa causa.* Secus est, quando justa causa ita fateri cogit; ut juridica 8

ridica interrogatio, liberatio innocentis de eodem crimine falso insimulati &c. de quibus mox infra rius. 3. Si tua infamatio conjuncta sit cum alterum scandalo, maximè si sis Superior, magnæ auctoritatis, Sacerdos, Religiosus &c. te ipsum infamando peccabis mortaliter peccatô scandali contra charitatem proximi, juxta communem DD. cum D. *Thoma cit.* & Cajetano *loc. cit. q. 2.* Quæ sensu D. August. lib. de bono viduitatis c. 22. latus in jure c. non sunt audiendi. 11. q. 3. ait: *quis à criminibus flagitiorum, atque vitiorum vitam suam custodit, sibi benefacit, quisquis animam etiam famam, in aliòs misericors est: nobis enim necessaria est vita nostra, aliis fama nostra.* Quando tua infamatio necessariò cedit in grave damnum vel infamiam aliorum; quod maximè fit, quando tua fama, vel infamia connexa est cum fama vel infamia aliorum; peccas mortaliter in ipsum infamando etiam contra justitiam: ut si religiosus seipsum infamans toti Religioni, vel Monasterio infamiam causet, si uxor fatendo se adulteram, virum infamem, & ut vocant, cornutum reddat: si quis jactans vel referens peccatum carnis cum honesta matrona, vel virgine, complicem infamiæ, aliisque malis, & damnis exponat: talis utique peccat contra Justitiam injuste alios damno exponens; & quoad fieri potest restituere, seu damnum illatum avertere, vel compensare tenetur. Ut ex communi docent Navarr. c. 18. n. 16. *Molina. Less.* & latè Lugo *citat. sect.* 10.

§. III.

§. III.

Verum crimen occultum fateri, sapè potest esse licitum, & opus virtutis.

NImirum si fiat ex justa causa, debito fine, & circumstantiis; verum occultum crimen propalando potest esse opus multiplicis virtutis, præsertim humilitatis, charitatis, & justitiæ. 9

I. *Humilitatis*: discretæ tamen & prudentis, 10
nescilicet sequatur aliquod ex malis supra dictis: nam exempla Sanctorum in hoc aliquando admiranda potiùs sunt, quàm imitanda: multò magis, Christianæ humilitatis & patientiæ insigne est, contumeliam vel infamiam ab alio injustè illatam, nihil se defendendo, suscipere, & perferre, ut passim consulit S. Scriptura. Excipe, nisi crimen per se valdè scandalosum sit; exemplo Christi, qui plurimis convitiis toleratis, attamen dæmoniacum esse tanquam blasphemum, & contumeliosum tolerare noluit: aut si persona publica, vel talis sit, cujus infamia in infamiam Communitatis redundaret. Unde Gregorius in c. 9. Ezech. ait: *Ii quorum vita in exemplo imitationis est posita, debent, si possunt, detrahentium sibi verba compescere*: & aliquando servandum illud Prov. 26. v. 5. *Respondе stulto juxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur.*

II. *Charitatis*: quando scilicet ex infamatione 11
tui vel confessione tui criminis sequitur aliquod notabile bonum tibi vel proximo: aut quando urget necessitas evitandi tibi, vel aliis gravia damna

vel

vel tormenta : v. g. si ad proprium peccatum emendandum, aut ad proximum ob lapsum gravem desperabundum consolandum ; aut ad tollendas suspiciones, dissensiones, odia aliorum, necesse vel utile judicatur proprium occultum delictum prodere ; item ad gravia tormenta evitanda, licite prodis occultum delictum verum ; aut utsimiliter proximum innocentem à tormentis vel periculo liberes. De quo mox iterum.

42 III. *Justitiæ* : sic enim malefactor occultus licitè se sistit Judici, delicta sua occulta fatendo, justitiæ satisfiat. Nec solùm licitè quis potest, sed etiam tenetur ex justitia quis se prodere, occultum crimen fatendo, in duobus tantùm casibus. *Primus est* : quando famam per calumniam, seu falsi criminis impositionem ablatam, aliter restituere non potes, teneberis, ex justitia te infamare, fatendo te esse mentitum, vel calumniatum, ut suo loco videbitur. *Secundus est* : si causa voluntariè injusta fuisti, ut tuo occultè patrato crimine v. g. homicidio, furto &c. alteri imposito, is de vita vel fama periclitetur, & eum aliter è periculo eripere non possis, teneberis ex justitia te prodere, etiam cum æquali tuo periculo vitæ vel famæ, secundùm omnes : non item si tu in causa non fuisti, sed casu crimen à te patratum alteri impositum fuit ; tunc enim non teneberis ex justitia te prodere, imò neque ex charitate, si æquale tibi periculum immineret ; licèt adhuc ex charitate licitè & meritoriè posses, exemplo planè heroico S. Conradi Placentini, De hoc latiùs dictum *in* 5. *Præcepto* IV. *de homicidio casuali.*

IV. Extra duos hos dictos casus, nullus un- 13
quam tenetur ex justitia se infamare, occultum crimen aperiendo: neque etiam in judicio interrogatus; cùm nullus possit justè & juridicè interrogari de crimine omninò occulto, nisi crimen suum infamiâ, indiciis, vel unius saltem testimonio semiplenè probatum, adeoque saltem seminotorium sit; alioquin semper congrua restrictione mentali simpliciter, etiam cum juramento negare potest se fecisse, subintelligendo sic, ut fateri publicè tenear, vel justè interrogari possim, juxta communem in materia de juramentis, & de mendacio. Verùm hic incidit.

Quæstio difficilis.

UTrum reus à Judice ita juridicè interrogatus, 14
post semiplenam probationem teneatur in conscientia, & sub mortali fateri veritatem, certò etiam instante periculo mortis, aut alterius æquivalentis mali? Affirmativa est sanè communis Sententia DD. *D. Thom. Sotus Navar.* aliisque congestis Sanchez. *Consil. tom. 2. lib. 6. c. 3. dub, 33. & 39.* & ego alibi secutus sum. Ratio potissima est: quia quilibet tenetur obedire Superiori legitimo, justè & legitimè præcipienti: atqui in casu nostro Judex ut legitimus Superior justè & legitimè præcipit reo fateri veritatem: ergo tenetur obedire, nullo excusante metu vel periculo etiam mortis. Confirmatur, quia aliàs sequeretur grave detrimentum Reipublicæ, si hæc obligatio fatendi crimina negetur: sic enim manebunt impu-

nita

nita scelera, & hac impunitatis spe passim gra-
rentur maleficia.

15 Contrariam tamen negativam ut probabilem, & tutam docent RR. non pauci. Viginti duos citat Joannes Sanchez *in select. disp.* 43. *a n.* 32. Lug. *tom.* 2. *de just. disp.* 40. *Sect.* 1. *n.* 15. Tamb. *lib.* 1. *Decal. c.* 4. §. 3. *n.* 5. Ratio est, quia humanis nemo obligari potest ad se ipsum occidendum, cum sit de jure naturæ non solùm vitam suam tuen-
di, sed etiam ad mortem suam, quantum quis potest, non concurrere: atqui hoc fieret in proposito; nam enim fatendo veritatem, capite damnandus verè-
mè concurreret ad sui occisionem; non autem fa-
tendo capitis damnari non poterit, ut supponitur: ergò. *Confirmatur*: ex communi doctrina re-
multùm difficilis, censetur moraliter impossibi-
ad quam proinde præcipiendam nulla potestas hu-
mana se extendere potest: sed in proposito præ-
ptum Judicis reo datum de dicenda veritate hu-
num tantùm est: & tunc dicere veritatem, est-
nè plurimòm difficilis res: est enim reo supra om-
ræ vires difficile obligari ad proferendum testimo-
nium capitale contra seipsum: ergo præceptum
Judicis non potest ad id se extendere, & obligare
conscientia ad rem tam difficilem. Et hinc.

16 Ad rationem oppositæ Sententiæ communis, negatur minor, sicut & confirmatio: ad rem enim tam arduã Judex Superior legitimè præcipiens non est, interim tamen is licitè præcipit, & fateri per tor-
turam cogit; quia licitè sequitur sententiam oppo-
sitam, etiam saltem extrinsecè ob auctoritatem tot

&

& tantorum Doctorum probabilem. Neque inde sequitur detrimentum Reipublicæ; cùm absq; illa obligatione fatendi sub mortali, aliis mediis possit prospici bono Reipublicæ; utpote inquirendo testes, terrendo per torturam &c. certè experientiâ constat, timorem peccati mortalis parùm profuisse ad fatenda crimina, & terrendos sceleratos. Quare hanc sententiam tutò sequetur Confessarius, saltem, ut reo eam sequi volenti absolutionem non deneget. Plura & pulchra vide apud Lugo cit. Aliud modò est, si sub juramento interrogetur, ut tr. 3. c. 1. Sect. 3. in 2. Præcepto dictum.

§. IV.

Falsum autem crimen sibi impositum fateri vel imponere nunquam potest esse licitum &c.

RAtio manifesta est, quia mentiri est intrinsecè 17
malum, sed se ipsum infamans, falsum de se crimen fatendo, narrando, jactando, ultra peccatum veniale prodigalitatis famæ suæ, ut minimùm mentitur jocosè, quod rursus est per se peccatum veniale: per accidens autem sæpissimè mortale omnibus quatuor modis & casibus positis supra §. 2. iis enim casibus mendacium istud stolidum verè evadit pernicioſum, aut sibi ipsi contra charitatem; aut proximo contra justitiam adeoq; mortale ex genere suo. Hic rursus incidit celeberrima, & perdifficilis.

Quæstio altera.

An reus ad evitanda tormenta possit fateri crimen sibi falsò impositum?

COnveniunt I. Omnes propter evitanda tor- 18

menta levia fateri, & imponere sibi crimen fal-
sum morte plectendum, esse illicitum, imò mor-
tale contra Charitatem sui, & justitiam legalem,
pervertendo scilicet gravissimè judicium Judicis,
volentis verùm tantum, & non falsum crimen
morte plectere. Deinde quilibet tenetur vitam suam
custodire quando sine magna difficultate potest; sed
in eo casu potest reus sine magna difficultate custo-
dire vitam suã sustinendo tormenta levia: ideo enim
levia censentur, quia sustineri à te possunt: ergo.

19 II. Conveniunt DD. communiter propter evi-
tanda tormenta quævis, non esse plus, quàm venia-
le, fateri crimen falsum, quando ex confessione
sequitur solùm damnum in bonis propriis fortunæ,
& famæ, cùm enim bonorum fortunæ, & famæ
homo sit verus dominus, potest ea sine mortali
prodigere ex dictis §. 1. maxime accedente ratio-
nabili causa evadendi tormenta, præsertim gravia.
Vide Lugo *cit. Sect.* 10. *n.* 174.

20 III. Ob gravissima autem tormenta evitanda,
quibus quis meritò possit celerem mortem præcipua-
re, quale revera est tortura germanica sæpiùs su-
beunda, fateri falsò impositum crimen morte ple-
ctendum, non esse peccatum mortale; adeoque ta-
lem ante supplicium nolentem revocare, sed
absque revocatione pænitentem absolvi posse, do-
cet jam satis com̃unis, & praxi piorum recepta Sen-
tentia. *Angelus*, *Sylvester*, *Sotus*, *Toletus*, *Valen-
tia*, alii plurimi quos citant, & sequuntur Lessius
lib. 2. *c.* 11. *dub.* 6. *n.* 41. Tannerus *tom.* 3. *disp.*
4. *de just. p.* 5. *dub.* 4. *n.* 100. Ratio est, quia
non

non tenetur homo cum tanto incommodo; dolore, & cruciatu vitam suam tueri; sicut nec tenetur ad vitam suam conservandam pati abscissionem membri cum grandi dolore; præsertim magni, ut brachii, vel tibiæ; imò neque uti mediis extraordinariis nimium sumptuosis, ut alibi visum. Quam Sententiam etiam probabilem censet, & qui volet, in praxi sequi, posse, concedit Lugo *cit. n.* 174. Ipse tamen *Lugo cum Navarro, Covarr. Molina,* & aliis tenet oppositam Sententiam, utique speculativè, & re ipsa longè veriorem; nimirum talem peccare mortaliter; eò quòd per confessionem falsi criminis homo verissimè & positivè cooperetur morti suæ injustæ, quod nullo casu licet: aliud est de eo, qui non patitur abscissionem membri, vel non utitur mediis exquisitis, vel pretiosissimis ad conservandam vitam suam; hic enim nullo modo positivè cooperatur ad suam mortem, nec se interficit, sed solùm negativè se habens permittit suam mortem ex morbo vel alia causa naturaliter provenientem.

IV. Huic affinis est altera quæstio, an quis citra 21
peccatum mortale possit sibi imponere alterius crimen, seu verum nocentis, seu falsum & innocentis ad ipsum morte liberandum? Lessius *cit. n.* 41. concedit id posse fieri citra peccatum grave ad liberandum à morte innocentem v. g. parentem vel amicum; eò quòd talis nemini faciat injuriam; & etiam aliàs liceat vitam pro parente vel amico exponere, adeoque nihil hic fit, nisi mendacium officiosum. Sed negant verius Molina *disp.* 37.

n. 19. & Lugo *cit. disp.* 14. *Sect,* 10. Ratio eadem modo data: quia talis positivè verè coo raretur suæ morti, vel mutilationi injustæ, & fraudem facit, quòd judex involuntariè propt ignorantiam eum morte puniat: qualis coope tio nunquam licita est; sive ad innocentem, ad nocentem liberandum. Interim tamen cre talem ita ex mera & excessiva Charitate agent facilè excusandum à mortali propter ignorantia & bonam nimis fidem: exemplo aliquorum Sa ctorum. Sed noli moveri exemplo vulgati Emerani, id enim efficaciter confutant P. Bor nerus, & D. Adelsreüter in Annalibus Bojorum Credo hoc tempore non esse periculum talis pe cati.

SECTIO II.

De læsione interna famæ proximi per te merarium judicium, suspicionem, du bium de malo proximi.

SUMMARIUM.

22. *Qualiter inter se differant judicium temerarium, su spicio, dubium? &c.*
23. *Quando adsint motiva temerè judicandi, vel suspicandi*
25. *Judicium, suspicio, vel dubium prudens de malo pro mi per se non est peccatum.*
26. *Judicium verò temerarium mortale est ex genere suo*
27. *Ut autem in individuo hic & nunc sit mortale tres re quiruntur conditiones, I. ut sit firmum & deliberatum II. in materia gravi, & III. temerè conceptum.*
29. *Quarum una, vel altera deficiente mortale non er Exempla.*
31. *Suspicio temeraria est per se, & ex genere suo peccatum veniale tantum.*

32. *Per accidens autem sæpè fieri potest mortale. Exempla.*
33. *Solvitur objectio.*
34. *Similiter dubium temerarium positivum de malo proximi per se solùm veniale est.*
35. *Et dubium negativum omninò nullum.*

JUdicium, suspicio, dubium, in proposito differunt hac ratione: judicium temerarium est plenus, & firmus assensus vel crudelitas de vitio vel crimine alterius, absque sufficientibus motivis, vel indiciis. Suspicio temeraria est etiam assensus, sed debilis, & cum formidine oppositi de vitio vel crimine alterius, absque sufficientibus indiciis: unde alia dicitur suspicio levis; quæ assensum valde debilem, multùm verò dubitationis vel formidinis de oppositio habet: alia dicitur suspicio gravis & vehemens; quæ plus assensûs, & minus formidinis vel dubitationis de oppositio habet: alia dicitur suspicio violenta, & quasi certa, quæ plurimum assensûs, & valde parùm, vel vix aliquid dubitationis vel formidinis de oppositio continet: adeoque verè pertingit ad integrum judicium seu persuasionem ex conjecturis vel indiciis haustam, etsi non omninò sufficientibus; ideoque adhuc aliquantùm temerariam: & propriè dicitur opinio. Dubium temerarium denique nullum continet assensum determinatum de vitio vel crimine alterius, sed solùm aut positivè judicat dubium esse; aut negativè suspendendo omne judicium, vel assensum, dubium relinquit vitium vel crimen alterius, absque tamen sufficienti indicio vel ratione ita dubitandi. Contra verò, quando adsunt indicia vel motiva sufficientia, & proportionata ita 22

judicandi, suspicandi, vel dubitandi de vitio crimine proximi, non jam temerarium, sed prudens & rationabile dicetur judicium; suspicio, dubium de malo proximi. At unde dignoscatur indicia aliqua esse, vel non esse ad hoc sufficientia vel proportionata? Hæc tradi potest.

REGULA,

23 QUandocunque indicia illa ex se, vel communi usu hominum sunt indifferentia, aut raro cum juncta cum tali effectu malo, dicentur improportionata & insufficientia: si verò sint ut plurimum conjuncta cum tali effectu malo, de quo judicas, suspicaris, vel dubitas, proportionata erunt, & sufficientia. v. g. Vides hominem noctu accedere domum suspectam vel infamem, aut inde exire: indicium sufficiens & proportionatum est judicandi, vel suspicandi malum ex sexto præcepto. Si vides virum honestum, & aliàs bonæ famæ, circa die transire talem domum, vel plateam, ubi femina infamis habitat: nequaquam indicium sufficiens erit, illum esse adulterum. Similiter si vides hominem noctu admotis scalis tentare aperire feneſtram domûs, indicium sufficiens est ad suspicandum, vel judicandum, illum esse furem. Econtra, vides aliquem clara die coram vicinis parare inscensum domûs; si prudens es, non judicare, vel suspicari debes furem; sed potiùs ejusdem clavem propriæ domus amisisse: & ita in similibus.

ASSER-

ASSERTIO II.

Judicium, suspicio, dubium prudens de vitio vel malo proximi per se nullum peccatum est. Judicium temerarium mortale ex genere suo. Suspicio temeraria per se veniale tantùm; sæpè tamen per accidens mortale: idemq; est de dubio positivo temerario: dubium autem temerarium merè negativum, ex se nullo modo peccatum est. Ita DD. citandi. 24

§. I.

Judicium, suspicio, dubium prudens &c.

NImirum judicare, suspicari, dubitare de alterius malo, vitio, vel crimine, prudenter & ex sufficientibus motivis, quæ scilicet moralem aliquam connexionem habent cum tali modo, vel actione mala, per se loquendo nullum peccatum est. Communis DD. apud Layman. *lib. 3. tract. 3. p. 2. cap. 2. num. 4.* Lugo *disp. 14. sect. 2.* Ratio est: quia proximus amittit jus suæ famæ, & bonæ existimationis respectu illius hominis, cui ejus vitium vel crimen sufficientibus indiciis proponitur; ut si quis videatur noctu è prostibulo exire &c. & in exemplis allatis: ergo tunc malum de ipso judicando, vel suspicando, non infertur ipsi injuria. Ubi semper multò majora, & evidentiora indicia requiruntur ad prudenter, & licitè judicandum, quàm solùm ad suspicandum, & dubitandum, de malo vel crimine alterius: & sæpe evenit, ut licèt opus exteriùs apparens ex genere, suo mortale sit, v. g. ebrietas, blasphemia &c. 25

utrum tamen defacto mortale sit, & non fortè excu-
setur, per ignorantiam, præcipitantiam, aliamve
rationem, adhuc dubitare, & judicium cohibere
debes: sed nec curiosè inquirere in acta alterius,
nisi tibi ex officio incumbat ejus correctio; aut si
necessarium sit ad evitandum aliquod malum:
tunc enim prudentiæ, & cautionis officium est.
Inquirere indicia mali apparentia, quantùm pro-
babilitatis habeant; ut veritate cognita remedium
adhiberi possit, aut ipsi personæ delinquenti, aut
alteri tertio, vel tibi, aut communitati: ut recte
explicant Molina *tom. 5. tract. 4. disp. 14.* & Lu-
sius *lib. 2. cap. 19. dub. 4.* Hinc prudentum dic-
tum est: *ordine prudentiæ & cautelæ præsumenda
esse pejora; ordine verò Charitatis & justitiæ me-
liora.* Huc spectat illud axioma & regula juris
in 6. *semel malus, semper præsumitur malus*: quæ
telligendum est cum duplici limitatione: in eo-
dem genere mali, & quamdiu ex indiciis emenda-
tio colligi non potest. Ratio regulæ est: quia qui
semel voluntatem deliberatè inclinavit in aliquod
malum peccati, in eo velut captus est, donec ani-
mum mutet: quòd quis autem animum mutave-
rit, in dubio non præsumitur, sed probari, vel in-
diciis ostendi debet: adeoque licèt tunc certum
judicium ferre non possimus de perseverantia in
malo, seu peccato tali, possumus tamen prudenter
suspicari, vel dubitare; quousque emendationis si-
gna videantur, v. g. Si quem in deliberato men-
dacio semel deprehendimus, ejus fides postea me-
ritò suspecta esse solet: & si scimus aliquem forni-

ca-

catum esse, de ejus probitate semper dubitamus, quoad usque emendationis signa prodat; & etiam ex levibus indiciis in oppositum ostensis facilè suspicamur, vel etiam judicamus de novo delicto. Idque maximè locum habet, quando agitur de cavendo alieno incommodo: ut qui semel perjurus deprehensus est intra vel extra judicium, iterum non admittitur ad testimonium ferendum. c. *testim de testibus.* Et alia exempla habentur in utroque Jure.

§. II.

Judicium temerarium mortale ex genere suo.

NImirum absque sufficientibus indiciis temerè & firmiter judicare de vitio vel crimine proximi, est peccatum contra justitiam, ex genere suo mortale. Communissima DD. cum ipso S. Thoma, 2. 2. q. 60. a. 3. Docétque Christus Matth. 7. Luc. 6. *Nolite judicare, & non judicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini.* Ubi de judicio temerario sermonem esse, patet ex contextu: *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est* (certum peccatum) *non consideras*? Ratio est: quia quisque habet jus ad famam seu bonam existimationem sui apud quemcunque hominem, donec de ejus crimine innotescat, juxta illud: *Quisque præsumendus est bonus, donec demonstretur malus*: atqui temerè, & sine sufficientibus indiciis judicans alterum de aliquo crimine vel vitio, privat eum apud se famâ, & bona existimatione sua, antequam 26

innoteſcat, vel demonſtretur eſſe malus: ergo
injuriam infert temerè & graviter lædendo
jus famæ, & exiſtimationis: conſequenter pec
contra juſtitiam ex genere ſuo graviter oblig
tem; adeóque ex genere ſuo mortaliter. Id
verum eſt, ſive crimen temerè judicatum ſubſiſt
ſive non ſubſiſtat in proximo: ſemper enim
ximus noſter retinet jus bonæ exiſtimationis
apud nos, donec ejus malum ſufficienter innoteſc

27 Cæterùm ut in individuo hîc & nunc mor
ſit, tres requiruntur conditiones. 1. Ut ſit judici
firmum, & deliberatum cum pleno conſenſu v
luntatis; ſi enim judicium firmum, & quaſi m
raliter certum conceptum non ſit, erit ſolùm
ſpicio, de qua infra: rursùs ſi judicium delib
tum non ſit cum pleno conſenſu voluntatis, e
vel prima apprehenſio de malo proximi, ut ſi v
deas hominem egredientem è domo aliena, ſub
apprehendas eſſe furem; nihil adhuc judica
ſolùm tibi proponitur objectum illud, de quo
judicandum: aut erit actus judicii imperfecti,
primus motus: neuter autem poteſt eſſe pec
tum, ſaltem grave, ut apud omnes in confeſſo
2. Ut ſit materia gravis ſpectatis circumſtantiis
ſonæ, de qua temerè judicatur malum, ita ut ſi
conſtaret, tale de ſe judicium temerè concipi, m
ritò cenſeret gravem injuriam, ac læſionem exi
mationis ſuæ, juxta dicenda *ſect. ſeq. de* materia
ſius detractionis: ut ſi de viro magnæ auctoritat
aut Religioſo judicares non ſolùm grave aliquod
peccatum, ſed etiam eſſe mendacem, ſpurium, ex

hæreticorum familia &c. quia inter homines probos hæc multùm æstimantur. 3. Conditio est ipsa temeritas, quòd nimirum quis firmum assensum, ac judicium concipiat de malo gravi alterius propter indicia insufficientia, quæ scilicet non habent moralem connexionem cum tali malo, ut initiò explicatum est.

His ergò conditionibus positis graviter & ini- 28
què læditur alterius jus famæ & bonæ existimationis suæ, cùm enim illa indicia de se non sint sufficientia ad movendum intellectum ad ita firmiter judicandum de malo proximi, & sic iniquè privandum eum jure suæ bonæ existimationis, patet, quòd sola prava voluntas ita moveat intellectum ad firmiter judicandum malum de proximo, sicque eum iniquè privandum jure bonæ existimationis suæ, in re gravi. Ubi obiter nota, quòd judicium temerarium, sicut & hæresis, blasphemia &c. licèt sit actus intellectûs eliçitivè, & ea ratione peccatum esse non possit; est tamen simul actus voluntatis imperativè, quatenus voluntas intellectui tale judicium temerarium eliciendum imperat, aut elicienti consentit, vel non impedit deliberatè; & sic rationem peccati sortitur.

Contra verò, dictis conditionibus, vel earum 29
aliquâ, deficientibus, judicium temerarium saltem mortale non erit. Excusatur ergò judicium temerarium à reatu mortali, & veniale solùm evadit. 1. Ex imperfectione actûs, si solùm sit apprehensio, vel judicium imperfectum ex præcipitantia intellectûs sine plena deliberatione, & consensu voluntà-

luntatis. II. Ex parvitate materiæ, spectatis circumstantiis personæ; ut si judices cauponem vel mercatium mentiri, militem velle furari, aut impudicam juvenem malo animo talem domum ingredi &c. hujusmodi enim non censentur gravem injuriam pati, cùm plerumque de talibus non erubescant, sed gloriari soleant. III. Quando indicia de malo vel crimine proximi essent valde apparentia, adeo ut fermè ad prudens judicium movere possint, & suspicionem vel præsumptionem violentam gererent: tunc enim cessat temeritas, etsi non omni adhibita diligentia, non omninò prudens & justum judicium formetur.

30 *Dices.* Secundùm multos, & bonos Doctores valdè probabiliter non est mortale, etiam sine causa, occultum crimen proximi uni, vel alteri prudenti, & non ulteriùs evulgaturo viro manifestare, ut infra videbimus: ergo multò minùs mortale erit, si apud te solum, nemini manifestaturus, temerariè malum grave de proximo judices. R. Transf. *ant.* nego *conseq.* nam ille in priori casu verum dicit, & quia uni vel alteri tantùm non evulgaturo dicit, potest censeri non inferre gravem injuriam proximo. At in nostro casu tu de proximo apud te falsum judicas, saltem practicè; cùm certò judices malum grave inesse proximo sine sufficientibus indiciis; quod vi illorum indiciorum omninò falsum est: & sine dubio gravem injuriam proximo inferres, si malum sic temerè à te judicatum, saltem uni quantumvis prudenti viro, manifestares tanquam certum, sicut tu judicas. Quod valdè nota.

§. III.

§. III.

Suspicio temeraria per se tantùm veniale.

NImirum suspicari temerè de proximi malo, 31
vitio, vel crimine, ex genere suo est peccatum veniale tantum. Communis DD. cum D. Thoma *cit. q. 60. a. 3. Cajetanus ibid. Navarrus uterque*, aliisque cit. *Mol.* Less. *cit. dub. 8.* Laym. *cit. n. 6.* & indicat S. August. tr. 90. in Joan. dicens: *si suspiciones omninò vitare non possumus, quia homines sumus; judicia tamen, id est, definitivas, firmásque sententias continere debemus.* Ratio est: quia per suspicionem temerariam, etsi aliqualiter lædatur fama proximi, non tamen simpliciter, & graviter, sed secundùm quid, & leviter tantùm: nam fama non est una solùm actualis & transiens existimatio bona de proximo, sed potiùs est habitualis & permanens de altero benè existimandi dispositio: atqui hanc habitualem de altero benè existimandi dispositionem simpliciter quidem tollit, & graviter lædit judicium temerarium oppositum de malo, vel vitio proximi, & reponit in animo contrariam dispositionem habitualem malè existimandi de proximo, id est, famam malam, gravi utique injuria; at verò suspicio temeraria solùm secundùm quid minuit, & leviter lædit eam dispositionem benè existimandi; cùm enim solùm sit levis assensus de malo proximi cum actuali dubitatione seu formidine de opposito, non omninò tollit, sed solùm diminutam relinquit adhuc habitualem dispositionem benè existimandi de proximo; si ni-

mi-

mirum veritas appareat: adeóque non reponit in animo contrariam dispositionem malè existimandi, sive malam famam de proximo: ergo per se ex genere suo non infert grave damnum famæ proximi; consequenter plus, quàm peccatum veniale esse non potest. Dixi tamen meritò

Sæpè per accidens mortale.

32 PEccatum fit suspicio temeraria; utpote 1. Si oriatur ex maligno affectu vel odio, aut conjuncta sit cum gravi odio, vel contemptu proximi: ut si quis suspicans malum de proximo, etsi judicet rem fortè ita non esse, tamen ex odio delectetur de malo proximi, vel ideo eum graviter contemnat, ac si reverà illud malum commisisset. 2. Si quis ex tali temeraria suspicione in effectum externum malignum, ac damnum proximi procedat: ut si ex illa suspicione Judex reum condemnaret; Superior subditum puniret, aut ab officio amoveret; si ratione talis suspicionis alicui suffragium in electione neges, aut eum à consecutione alicujus boni notabilis impedias. 3. Si quis suspicionem suam malam de proximo aliis manifestet cum infamia, vel gravi damno ipsius: experientiâ enim constat, cùm homines aliquem suspectum de malo audiunt, etsi dubitent, tamen facilè eum contemnere, et detrahere beneficia, officia, & honores denegare. Quòd si tamen quis uni tantùm viro timoratæ conscientiæ suam patefaciat suspicionem, unde is prudenter censeatur non adesse tale periculum, excusabitur utique saltem à mortali: manifestare au-

autem iis, quibus potest, & debet, v. g. Superiori ad inquirendum, avertendum, vel præcavendum malum, nullum esse peccatum, dubium non est. 4. Addunt *Sotus. Medina. Molina. Lessius*, & alii apud Layman. *cit. n.* 6. etiam mortale fore, si quis ex levibus indiciis vellet pertinaciter suspicari de enormi malo vel scelere personæ gravis, honestæ, religiosæ v. g. incestum, sodomiam, hæresin, proditionem &c. Rationem dant: quia sicut suspicio temeraria eò gravius peccatum est, quò plus assensûs, & minus formidinis habet de opposito; eò enim gravius minuit bonam dispositionem benè existimandi de proximo; ideóque gravem injuriam inferre; ita graviter suspicans, præsertim personæ tam dignæ & honestæ. Oppositum tamen cum aliis meritò probabilius judicant, ipse Laym. *cit. n.* 6. & Tamb. *lib.* 9. *Decal. c.* 1. *n.* 16. Si enim adhuc est suspicio, semper manebit ex genere suo levis, ob rationem datam.

Dices. Homo honestus libentiùs amitteret de- 33
cem aureos, quàm bonam famam, & existimationem suam, etiam apud unum, per talem suspicionem leviſſimam, præsertim de malo enormi; cùm fama sit majus bonum, & altioris ordinis, quàm pecunia; ergo si amittere decem aureos censetur meritò grave, etiam amittere famam per suspicionem malam, grave erit, & materia gravis peccati. R. Negando antec. cũ consequentia: homo enim per suspicionem non amittit famam simpliciter, sicut amittit pecuniam; sed tantùm secundùm quid, cùm maneat formido de opposito; ipsáque habi-

tualis

tualis dispositio benè existimandi de ipso, ut ex
catum est: ideo nullus prudens libentiùs amitte
pecuniam, quam famam per solam suspicionem
quæ ex nostra fragilitate evenit, etiam adversùs
nestissimos, imò sanctos quósque: est quidem
ma majus bonum, quàm pecunia: tamen etiam
suo ordine potest esse leve, ut ejus læsio solùm
nialis sit, sicut è contra pecunia in suo ordine
test esse bonum grave, ut ejus læsio mortalis
non ergò valet in moralibus argumentari ab
ordine ad alium; alioquin sequeretur, quòd
cere hominẽ in levissimum peccatum veniale,
modicam crapulam, esset gravius peccatũ, quàm
occidere corporaliter: & levissima læsio
vel famæ, gravius esset, quàm auferre mille
quod utique falsum.

§. IV.

Idemq; est de dubio temerario positivo.

34 NImirum positivè temerè dubitare de vitio
crimine alterius, per se loquendo, solùm
niale est. Comunis DD. apud Lessium *lib.*
29. *dub.* 8. Laym. *cit. n.* 6. Ratio est eadem, quæ
pra, à fortiori: minùs enim lædit famam
dubitans solùm, num sis malus, quàm etiam
cans, te esse malum; etenim temeritas dubii
stit in hoc, quòd quis habitus sufficientibus
ciis, cùm possit, & deberet aliquem judicare
num, vel innocentem; ille omisso hoc judicio
aliis leviusculis motivis positivè dubitet, seu
esse dubium & incertum, sitne bonus, vel

nocens, vel innocens in aliquo vitio vel crimine tali: & sic quasi in quæstionem adducat, & tanquam dubiam examinet bonitatem, vel malitiam proximi: atqui hoc non tollit simpliciter, sed leviter admodum minuit bonam famam, seu dispositionem habitualem benè existimandi de proximo; neque magnam ex parte dubitantis malitiam continet, cùm vix unquam desint indicia sufficientia ad dubitandum de proximo: ergo per se nec gravem injuriã infert proximo, nec gravem culpam continet per se loquendo: etsi per accidens gravis culpa fieri possit iisdem modis, quibus modò suprà de suspicione dictum.

Dubium autem negativum nullo modo peccatum est.

NImirum dubitare solùm negativè de malo vel crimine proximi: utpote oblata cogitatione de bonitate vel malitia, innocentia vel culpa proximi, omne judicium suspendendo, vel se avertendo, rem dubiam relinquere, nullo modo peccatum est: ut contra *Sotum* docet comunis DD. apud cit. *Ratio est*: quia ei nulla prorsus infertur injuria. Et dictum illud comune ex D. Aug. lib. 2. de sermon. Dom. in Monte c. 15. *Dubia in meliorem partem interpretanda sunt*, non debet intelligi affirmativè, & absolutè, quasi existentibus sufficientibus motivis ad dubitandum, non possit quis suspendere judicium, sed positivè judicare, vel existimare debeat, proximũ esse bonum vel innocentem à tali crimine vel vitio: id enim nulla lege præceptum est: nemo quippè obligatur, ut er-

roris periculo se exponat; eò ipso autem, quo h
bes sufficientia motiva ad dubitandum de alter
probitate, non sine erroris periculo inclinas int
lectum ad alteram partem etsi benigniorem. D
bet ergo intelligi dictum illud aut negativè t
tùm, ita nimirum, ut quamdiu res dubia est de
nocentia vel culpa alicujus, judicium vel senten
non feratur in deteriorem partem; cùm in tali d
bio melior sit conditio possidentis suam fam
& quamdiu aliquis non demonstratur nocu
præsumendus est innocens. Aut intelligi debe
firmativè ex hypothesi; ut nimirum stante dub
& æqualibus utrinque motivis, pro hominis in
centia, & culpa, si judicium ferre velis, potius
clines intellectum in partem benigniorem; quia
in dubio satiùs est falli benè opinando de prox
quàm malè opinando, vel semel decipi: ille e
error est speculativus tantùm, hic autem esset p
cticus, cum proximi injuria conjunctus. Ratio
sumitur ex communi axiomate & regula juris in
Cùm partium jura obscura sunt, reo favendum
potiùs, quam actori.

36 Denique stante dubio merè negativo, cùm n
la omninò appareat ratio ad positivè dubitand
suspicandum, vel judicandum de alicujus
vel crimine, etsi tunc nefas sit, positivè judica
vel dubitare, esse vitiosum; adhuc tamen licit
tes ex hypothesi, vel suppositione, si fortè vitio
esset, rebus tuis, vel proximi, vel communi
prospicere: v. g. pecunias occludere, quia
potest, quòd famuli, vel hospites tui fures sint;

liæ interdicere, ne cum certo juvene conversetur, quia fieri potest, ut ab eo seducatur: arma expedire in sylva, occurrente homine, præsertim aspectu horrido, quia fieri potest, ut latro, & te invasurus sit. Et his similia sexcenta. In quibus casibus, nec judicas, nec suspicaris, neç dubitas positivè, defactò esse tales, sed solùm supponis posse esse tales, quod utique verum est, & nulli injuriosum; ac ex ea suppositione prudenter tibi tuisque caves; nec ullam illis infers injuriam, quia revera possunt esse tales. Unde est cujusdam Principis sapiens dictum: *In ordine prudentiæ ad cavendum malum, tantùm peiora supponenda sunt; secùs in ordine justitiæ & Charitatis ad exequendum.* Hæc valde notanda sunt pro praxi frequentissima maximè pro scrupulosis.

SECTIO III.

De injusta læsione externa famæ proximi per detractionem, calumniam &c.

SUMMARIUM.

37. & 39. *Detractio, seu alienæ famæ injusta ablatio, vel diminutio est ex genere suo peccatum mortale.*
39. *Detractio alia formalis, alia materialis.*
40. *Alia directa,* 41. *Alia indirecta.*
42. *Contumelia.* 43. *Diffamatio,* & 44. *Susurratio quid?*
45. *An, quando, & qualiter peccet revelans secretum sibi commissum?* &
46. *Quæ sunt justæ causæ revelandi illud?*
47. & 48. *Detractio pura, & calumnia quid?*
49. *Falsum testimonium octavo Præcepto prohibitum quid?*
50. & 51. *Quando, & qualiter quis obligetur dare testimonium proximo?*
52. *Quæ causæ excusent à dando testimonio?*

55. *Ut detractio sit mortalis, debet esse I. voluntaria per[se]*
56. *II. In Materia gravi.*
57. *Quæ censeatur materia gravis? &*
58. *Quæ levis?*
59. *Regula generalis, quando graviter, & quando l[evi]*
peccetur in detractione.
60. *Dicere aliquem superbum, avarum, pigrum &c. qu[ando]*
peccatum grave, quando leve?
61. *An, & quando peccetur, referendo crimen, non nom[inatâ]*
tâ personâ?
62. *Item; quando, & qualiter quis peccet referendo cr[imen]*
ab aliis auditum?
63. *Quale peccatum referre crimen uni tantùm, vel a[liis]*
illud ulteriùs non evulgaturo.
64. *Etiam defuncto detrahere in re gravi mortale est [contra]*
justitiam.
65. *Ut detractio sit mortalis III. requiritur, ut res adu[cta]*
occulta.
66. *Notorium duplex, Juris, & facti.*
67. *Quando res censeatur jam notoria, vel adhuc occ[ulta]*
69. *Crimen notorium notoreitate juris, seu per sen[tentiam]*
judicis publicatum licitè ubique evulgatur.
70. *Sicut & crimen notorium notoreitate facti tantùm [in]*
aliqua communitate, vel vicinia, citra mortale [in]
ejusdem communitatis, vel vicinia adhuc ig[norato]
manifestari potest.
71. *An, quando, & qualiter crimen notorium in uno [loco]*
loco liceat referre, vel transscribere ad alia [loca]
72. *Postquam infamatus crimen suum emendavit, & [famam]*
recuperavit, non licèt illum denuò de illo infa[mare]
73. *Ut detractio sit mortalis IV. requiritur, ut [non] fiat [sine]*
justa causa. Causæ autem justæ revelandi [sunt] bonum ipsius referentis. 2. Bonum audientium. Bonum ipsius delinquentis, & 4. Bonum communitatis, vel Reipublicæ.
74. Vsque ad n. 82. *Quando, & quibus casibus licea[t]*
has causas alterius crimen, vel defectum occu[ltum]
aliis revelare?

ASSE

ASSERTIO III.

37 *Detractio est alienæ famæ ablatio, vel diminutio injusta, seu animo nocendi facta, ex genere suo peccatum mortale: levius quidem homicidio & adulterio: sed cæteris paribus gravius furto: variè dividitur.* 1. Ex parte voluntarii *in materialē, & formalem.* 2. Ex parte modi detrahendi, *in directam & indirectam.* 3. Ex circumstantiis *in contumeliam, diffamationem & susurrationem.* 4. Principaliter ex parte materiæ, *in detractionem puram, & calumniam.* Est tota communis. Definitio patet ex terminis infra explicandis.

38 Ratio peccati generatim per se clara est: quia omnis actio privans alterum injustè bono sibi debito, adeóque injustum proximo damnum inferens, est peccatum contra justitiam commutativam ex genere suo mortale; eóque gravius, vel leviùs, quo majori vel minori bono injustè privat: atqui detractio injusta privat proximum magno bono sibi debito, scilicet famâ & bona sui æstimatione habita: quod licèt sit minus bonum, quàm vita, & pudicitia, ac fides matrimonialis &c. est tamen multò majus bonum, quàm bona externa fortunæ, juxta Illud Proverb. 22. *Melius est bonum nomen, quàm divitiæ multæ.* & Eccl. 41. *Curam habe de bono nomine; hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri pretiosi magni.* Adde, quòd detractio homini etiam in aliis bonis corporis, animæ, & fortunæ sæpe gravia damna inferat, ut experientiâ nimis notum: ergo detractio est

peccatum mortale ex genere suo, & gravius [illegible]
& in suo etiam genere gravius, vel levius, quo [illegible]
gis, vel minùs lædit famam proximi, ex parte [illegible]
teriæ, voluntarii, circumstantiarum &c. [illegible]
variæ illæ sunt detractionis divisiones, quarum [illegible]
mini nunc explicandi sunt distinctè per §.§. [illegible]
quentes.

§. I.

Detractio formalis, & materialis.

39 DEtractio *formalis* est, quæ fit cum directa [illegible]
tentione alteri nocendi, seu alienam fa[illegible]
denigrandi. *Materialis* autem detractio est, [illegible]
fit quidem absque directa intentione & volun[illegible]
alteri nocendi, vel ejus famam denigrandi, [illegible]
tamen cum præviso, vel prævideri debito per[illegible]
nocumenti, seu infamiæ alterius; adeóque [illegible]
sine indirecto voluntario, & intentione nocen[illegible]
Utraque peccatum mortale est ex genere suo, [illegible]
injustum damnum proximo illatum, ad quod [illegible]
ficit etiam voluntarium indirectum, & interp[illegible]
tativum, ut suo loco, & hactenùs sæpissimè pa[illegible]
Longè tamen gravius peccatum est detractio [illegible]
malis, utpotè voluntarium injustum perfect[illegible]
continens, verámque malitiam, quàm detra[illegible]
materialis tantùm, quæ voluntarium longè imp[illegible]
fectius habet, & frequentissimè ob actûs imp[illegible]
fectionem, indeliberationem, vel inadvertent[illegible]
à culpa mortali excusatur: ut infra videbim[illegible]
& ex *D. Thoma cit.* rectè notat Layman, *lib.*
tract. 3. p. 2. cap. 3. num. 4. addens oppor[illegible]
ido

ideo quæri ex pœnitente detractiones confitente, utrum odium vel desiderium nocendi gesserit adversùs personam, cui detraxit: seu utrum sua locutione intenderit ei nocere, an saltem præviderit posse sequi nocumentum, an defacto secutum fuerit? &c. ut nimirum possit confessarius judicare de gravitate peccati, & obligatione restituendi.

§. II.

Detractio directa, & indirecta.

DEtractio *directa* dicitur, quâ directè & positivè læditur fama proximi: fitque 4. modis. 40
1. imponendo alicui crimen falsum. 2. verum vel falsum crimen vel defectum exaggerando, & augendo. 3. crimen vel defectum occultum verum manifestando. 4. opus rectè factum sinistrè interpretando, seu temerè exterius judicando; quo modo etiam læditur fama proximi apud audientes, quibus notitia nova ingeritur circa intentionem proximi non rectam, quam antea non habebant. Quos modos indicat versus. *Imponens, augens, manifestans, in mala vertens.*

Detractio *indirecta*, qua solùm indirectè & quasi 41
negativè læditur fama proximi, fit etiam 4. modis
1. Negando alterius bonum, vel dotes. 2. bonum vel dotes alterius extenuando, vel elevando cum damno proximi. 3. bonum vel dotes alterius malitiosè reticendo vel silendo, quando quis manifestare deberet ex justitia, tunc nimirum, quando alicujus silentium haberetur pro tacita confessione, vel approbatione, aut assertione defectùs alterius:

& maximè, si signo externo ostendat; ut si alios minem laudantibus, vel commendantibus tu tem, vel os contrahas, aut dicas, ego taceo &c. pacto sufficienter manifestas oppositam tuam stimationem malam de homine. Item cùm alios mini detrahentibus, vel vituperantibus, tu sine splicentiæ signo taceas, tacens consentire, & miam alterius approbare censeris. 4. Ita laudando, ut laus tua potiùs cedat in dimin nem famæ alterius, ejúsve vituperium, juxta Gellii lib. 19. *Turpius est exigue atque frigidè dari, quàm insectanter & graviter vitupe* Quos modos indicat versus. *Qui negat, nuit, tacuit, laudátque remisse.* Utrobique peccatum mortale ex genere suo ob injustè l vel diminutam famam proximi: gravius tamen se loquendo est detractio directa, quâ sicut dir ita graviùs læditur fama proximi; quàm detr indirectè facta, qua ordinariè minùs læditur alterius, quamvis per accidens fieri possit, ut ob malitiam detrahentis non audentis directè mam alterius arrodere, vel ob graviorem mal am, vel ob majus damnum inde secutum hom læso apud alios, multò graviùs peccet indirec quàm directè detrahens: utpote qui solùm neg ret aliquem esse castum, utique graviùs peccat, infamat, quàm qui directè assereret hominem ebriosum, lusui deditum &c.

§. III.

§. III.

Contumelia, diffamatio, ſuſurratio.

COntumelia eſt detractio facta coram aliis in 42
præſentia illius, cui detrahitur; cùm ſcilicet alicui præſenti & audienti crimen falſum vel verum occultum palàm quaſi in faciem objicitur. Eſt peccatum mortale graviſſimum, & duplò gravius detractione ſimplici facta in abſentia perſonæ diffamatæ: quia præter læſionem famæ, etiam continet læſionem honoris, & confuſionem faciei, & perſona præſens longè magis eſt invita ad ſui diffamationem, quàm abſens & non audiens. Sed de contumelia infra latiùs *Sect.* 4.

Diffamatio eſt detractio famæ alterius publica, 43
ſeu coram multis facta; & cum directa vel indirecta intentione alterius infamiam in publicum propalandi. Eſt peccatum mortale longè gravius, quàm detractio famæ alienæ privata coram uno & altero, vel inter privatos tantùm parietes facta: quia eò graviùs extenſivè eſt peccatum detractionis, quo fit coram pluribus audientibus; quia eò plures partiales famas, ſeu bonas exiſtimationes alterius apud alios injuſtè aufert, vel minuit; imò virtualiter & æquivalenter ſunt quaſi totidem detractiones & læſiones famæ partiales, quot ſunt perſonæ audientes, ideoque pluralitas, & quoad fieri poteſt numerus audientium tanquam circumſtantia augens malitiam ſubſtantialem actûs, ſecundùm comunem & noſtram ſententiam explicari debet in confeſſione detractionis.

44 *Susurratio est detractio, vel quævis obloc*
prava de proximo, ad occultè & injustè solven
vel ladendam amicitiam, discordiamq; semin
dam: ex D. Thoma quæst. 74. art. 1. Est ut
peccatum mortale ex genere suo, juxta illud
28. *Susurro & billinguis maledictus: multos*
turbavit pacem habentes. Et ad Rom. 1. *susu*
nes, & detractores dicuntur *DEO odibiles.*
cæteris paribus longè gravius peccatum, quàm
tractio simplex: nam præter injustam læsion
famæ alterius contra justitiam, etiam intend
solvere, vel lædere habitam amicitiam, pac
concordiam cum aliis, privando illum injust
gno bono: quia Eccl. *Amico fideli nulla est*
paratio: ideoque specialiter etiam repugnat C
ritati proximi; estque multorum malorum
vissimorum causa, ut experientia nimis not
Huc referenda breviter & explicanda.

Revelatio secreti commissi.

45 QUi I. *Secretum expressa vel tacita conven*
ne tacendi sibi commissum revelat, peccat
viter contra fidelitatem, & justitiam ex gener
mortaliter (pro ratione materiæ, aut damni se
non minùs, quam qui depositi fidem violat. C
munis cum Navar. *cap.* 18. *n.* 26. Molina *t*
4. *disp.* 5. & 6. Layman. *lib.* 3. *tract.* 3. *ca*
num. 1. Et indicatur Proverb. 11. *Qui ambu*
fraudulenter, revelat amici consilium. R
est: quia obligatio justitiæ ex genere suo est
mortali: sed qui secretum expressa vel tacita con-

ventione teticendum in se susceptit, tenetur ex justitia servare fidem: ergo revelans peccat contra Justitiam, ideoque & ex genere suo mortaliter: intellige nimirùm, nisi imperfectio actûs, levitas materiæ, aut modicum, vel nullum inde secutum detrimentum excuset. 2. Quoad expressam conventionem res clara est. Tacita autem conventione secreti servandi obligantur inprimis Consiliarii Principum, & Officiales belli, quibus Reipublicæ vel exercitûs secreta consilia committuntur: deinde Juris Periti, Advocati, Medici, Chirurgi, Obstetrices &c. quibus consilii vel remedii capiendi causâ secreta revelantur, & probabiliter etiam amici & propinqui, quibus amicitiæ vel propinquitatis jure consilii, auxilii, vel solatii capiendi causâ secreta aliqua committuntur, hi nimirum omnes eo ipso, quod talia secreta suscipiunt, seclusa alia expressa conventione tacendi, tacitè censentur se obligare ad secretum.

Justæ autem causæ secreti revelandi sunt. I. Si 46
secretum cedat in Reipublicæ detrimentum, vel certæ personæ injuriam: ut si Titium ab occulto tibi revelato proposito civitatem prodendi, vel hunc hominem occidendi &c. aliter revocare non possis, potes, & debes etiam manifestare, quantũ opus est ad avertendum malum, iis quorum interest. Communis cum S. Thoma 2. 2. *quæst.* 70. *art.* 1. *Molina.* Laym. *cit. num.* 2. Ratio patet: quia ex lege & ordine Charitatis quilibet obligatur liberare innocentem ab injuria nocentis, etsi cum aliquo nocentis damno fieri debeat. II. Quando

secre-

secretum cessurum esset in grave nocumentum ipsius, qui tibi comisit; ut si quis occulto impedimento dirimente tibi revelato à matrimonio vocari non possit, nisi canonicè denuntietur, fiet denuntiatio secreti, ob Sacramenti reverentiam, & ad peccatum vitandum. Communiter DD. cum Navar. *cap.* 18. *num.* 55. Sanchez, *lib. de matrim. disp.* 13. *Molina, Laym. cit. III.* Quando ipsemet, cui secretum commissum est, grave damnum incurrere debet, nisi secretum revelet: ut si Titius revelâsset tibi homicidium à se commissum, & postea tu de eodem homicidio inspectus factus, ipsemet jam de vita periclitaretur, nisi reveles, licitè revelabis. Ex comuni Molina *citt. disp.* 37 Lessius *lib.* 2. *cap.* 11. *dub.* Laym. *citt. num.* 2. Ratio est: quia sicut alia rum debitorum, ita & secreti naturalis obligatio cessat, quando sine maximo detrimento proprio vitæ, & famæ servari non potest, nemo enim promittendo secretum, censendus est id etiam in talem casum extendere voluisse; sed potiùs presumitur quisque ex ordine Charitatis propriam columitatem alienæ anteponere velle. IV. At quid si aliquis expresè promisisset se servaturum ejus secretum, etiam cum discrimine propriæ vitæ? Dubitem adhuc obligari censet Molina modò cit. Quia talis promissio objectum honestum habeat. Sed probabiliùs cum aliis negat Laym. *cit. num.* 3. Quia secretum comittens, obstante ordine Charitatis non potest alterum obligare cum tanto onere; sed ipse potiùs minus incomodum sub-

nere debet, ne alter in periculum mortis veniat. Quòd si tamen aliquis notitiam secreti per vim, vel fraudem assecutus fuisset, v. g. furtivè aperiendo alterius litteras, & maximè legendo alterius confessionem scriptam, neque mortis vel tormentorum metu revelare poterit; præsertim quando alter ex revelatione æquale vitæ discrimen subire deberet. Ita Navar. *c.* 28. *n.* 54. Molina *cit. Concluſ.* 10. Laym. *cit. n.* 5. alii apud ipsos. Ratio est: quia quicunque injuriam intulit, tenetur eam tollere, seu non continuare: ergo qui alterius secretum injuriosè acquisivit, tenetur illud semper supprimere, aliàs quocunque casu revelet, injuriam renovabit, & continuabit. Neque obstat utriusque æquale discrimen: nam in pari causa semper melior est conditio innocentis seu injustè læsi, quàm nocentis & lædentis injustè. Scio hîc mirabiles contingentias sed omitto.

§. IV.

Detractio pura, & calumnia.

DETRACTIO *pura seu revelans tantùm dicitur* 47
qua alterius verum, sed occultum crimen proditur animo nocendi, seu denigrandi famam. De hujus injustitia, conditionibus, & excusatione, necessariò seorsim dicâ speciali assertione sequenti.

Calumnia, seu detractio calumnians est, qua 48
crimen falsum alteri affingitur, seu imponitur. Peccatum mortale gravissimum, & plus duplò gravius detractione pura seu revelante tantùm, teste Navar. c. 18. n. 36. Quia qui mendacio pernicioſe

cioſo falſum crimen imponendo alicui famam
trahit, tam dominio, quàm poſſeſſione famæ
ſpoliat, innocens enim & verum dominium
juſtam poſſeſſionem ſuæ famæ habet; qui aut
crimen verum occultum prodit, privat homi
non dominio, ſed tantùm poſſeſſione famæ:
minoſo enim reſpectu talis criminis comiſſi,
ſe & ſecundùm veritatem fama debita non eſt,
ſolùm per accidens propter publicam ignora
nem illius criminis: ſicut enim tua probabilis
rantia, & bona fides efficit, ut alienum equ
v. g. juſtè poſſideas, injuriamque tibi inferat,
eripit, antequàm liquidò conſtet, tuum non
ita publica ignorantia tui criminis efficit, ut
apud alios poſſideas famam, ſeu bonam tui
mationem, injuriamque tibi inferat, qui eripit,
tequam liquidò conſtet, tuam non eſſe; quia
ca ignorantia tui criminis facit, ut juſtè apud
acquiſita fama, ſeu bona tui exiſtimatio
ret, injuriamque tibi inferat, qui eam deſtru
antequam publicè innoteſcat, tibi re ipſa debita
non eſſe. Hoc tamen notando diſcrimine: qu
tibi alienum equum poſſidenti bona fide injuri
non inferam, ſi de hoc verum dominum cer
rem faciam; quia is damnum & injuriam ſalt
materialem patitur, qua eum juſtè liberare poſſ
at verò tibi occultè criminoſo apud alios fam
ſeu bonam exiſtimationem poſſidenti, injuria
adhuc infero, ſi eis veritatem indicem, & ab illo
rore liberem, quia illi nullum inde damnum,
injuriam patiuntur, quòd de occultè crimino
bona

bonam opinionem gerant; neque enim ille aliquid possidet ad istos spectans; consequenter injuriosè privatur possessione famæ suæ. *Deinde* crimen falsum alicui imponere semper illicitum est: nam est mendacium pernicioſum intrinsecè malum, & repugnans præcepto negativo: *non dices falsum testimonium*: at verò crimen verum occultum alterius manifestare, non est semper illicitum, sed ob certas & varias causas licitum esse potest, ut mox patebit assertione sequenti. Denique multùm augetur malitia calumniæ, quando fit publicè in judicio: utpote de falso crimine accusando, vel testimonium perhibendo scienter. Huc ergò propriè spectat, & breviter explicandum est, octavo præcepto specialiter prohibitum.

Falsum testimonium.

I. Utpotè in judicio, vel aliàs, aut falsum affir- 43
mando, aut verum negando, aut amphibologia aliqua eludendo contra apertam mentem judicis interrogantis, semper est illicitum, & peccatum mortale ex genere suo, cum obligatione revocationis & restitutionis omnis damni inde secuti innocenti, ut Sect. 5. patebit. *Ratio clara est*: quia nimirum est mendacium pernicioſum contra justitiam cõmutativam injustissimè lædens proximum in bonis famæ per se, & consequenter etiam plerumque fortunæ, aut ipsius vitæ: ergo mortale ex genere suo cum onere revocationis, & restitutionis. Adde cum Nayarr. *c.* 25. *n.* 40. & Layman. *l.* 3. *tr.* 6. *c.* 4. *n.* 8. Etiamsi testis

per

per errorem, oblivionem, aliámve causam excusa-
tem falsum deposuerit, cognito errore adhuc te-
netur suum dictum revocare ante latam sententiam,
imò & postea, si sperat ei prodesse posse; saltem
ad hoc, ut non habeatur testis integer, vel omni
exceptione major: ut habetur *c. 6. præter*
de testibus.

50 II. At verò nolle testimonium dicere, subter-
gere, dissimulare, tunc solum peccatum est, quan-
do quis ex Charitate obligatur testari: & inde
nulla oritur in omittendo obligatio restituendi,
juxta dicta in materia de *restitut. ex causa negativa.*
Ratio est: quia testis positivè testimonium dicere
non obligatur ex justitia commutativa respectu
hominis judicandi; hic enim nullum habet jus
alterum, ut pro se testari, ejusque commodum
procurare teneatur: ideoque non testando non in-
fert ei damnum, quod suum est auferendo, sed
solùm obligatur ex charitate respectu ipsius, & ex
justitia legali respectu judicis justè præcipientis, ut
testetur: ex quarum virtutum violatione non oritur
tur obligatio restituendi, juxta dicta suo loco: ergò
gò licèt talis gravissimè peccet contra Charitatem
non testando, vel obedientiam seu Justitiam le-
lem, nullam tamen inde contrahit obligationem
restitutionis.

51 III. Obligatur autem omnis homo idoneus
mortali testimonium dicere, ex Charitate quidem
& sponte sua, quando proximus in gravi necessita-
te de vita, fama, vel bonis fortunæ periclitatur, &
malum testando impediri potest; omnium con-
sen-

sensu in materia de Charitate. Ex justitia verò legali seu obedientia tenetur solùm testis à competente Judice legitimè citatus & interrogatus; juxta communem DD. cum D. Thoma 2. 2. q. 70. a. 1. n. 2. Scoto in 4. d. 15. q. 3. Ratio est; quia justo legitimi superioris præcepto in re gravi parendum est sub mortali: atqui justum est præceptum legitimi Judicis juridicè interrogantis: & testimonium exigentis; nimirum in casu, quo hominis infamia, justa accusatio, vel denuntiatio criminis, cum semiplena probatione, vel aliis indiciis sufficientibus ad testes examinandos præcesserunt, Secus esset, quando Judex non legitimé interrogaret, aut homo aliunde à testimonio ferendo excusatus esset, ut in sequentibus casibus.

IV. Causæ excusantes à testimonio ferendo 52
sunt hæ sequentes 1. Si quis crimen, vel id, de quo testandum est, novit ex sola confessione sacramentali, ejusque sigillo in tota sua latitudine. 2. Si crimen occultum est, ita ut nulla publica de eo indicia adsint; quamvis fortè duobus vel tribus privatim cognitum esset: talis etiam interrogatus non tenetur testificari, nisi crimen esset perniciosum Reipublicæ: de quo vide latè Petrum Navar. lib. 2. c. 4. n. 219. 3. Si criminis notitiam accepit sub secreto naturali ad honestum finem: utpote Advocatus, Medicus, Chirurgus, vir Doctus, vel valde amicus &c. ad consilium, auxilium, vel remedium adhibendum miserò criminoso, non tenetur postea testificari de eo. *Navar.* uterque. *Molina Lessius, Laym. cit. n. 8.* Excipe, nisi

Judex sciens, talem hanc notitiam ex secreto ac
pisse, & nihilominus crimen Reipublicæ pernic
sum interroget: aut si secretum commissum
esset ad talem honestum finem; sed merè spe
Vide cit. 4. Si quis notitiam delicti, alteriùs
creti per injuriam accepit: v. g. litteras aperie
vel hominem per vim cogendo. (Adde etiam
ebrietatem inducendo) ad sibi revelandum:
enim nec Judici interroganti quidem prodere
stè potest; cùm injuria semel illata non sit
denda. Ut cum aliis docent Molina & Lay
modò citt. 5. Si scias factum hominis, de
interrogaris, à crimine & pœna alienum
ut si quis ex ignorantia hominem pro fera occi
rem alienam abstulit, sed in gravissima neces
te, vel ad justam compensationem &c. Non
neris de eo testari; imò factum simpliciter neg
potes; sicut & ipse reus, etiam addito jurame
quia Judicis interrogatio procedit ex præsumpt
culpæ comissæ, seu de facto criminoso, qual
ctum rectè negas, etiam juratus Navarr. c. 15.
115. *Lessius*, Laymt *cit. n.* 9. 6. Si ex testi
tione tibi, vel tuis notabile damnum immin
non teneris testari, nisi crimen Reipublicæ pe
cioſum sit; ut proditiones &c. & alia ratione
pediri non possit. *Navar. Lessius.* Laym. *cit.*
Parentes contra liberos, liberi contra paren
nec cogi, nec admitti possunt in testimonium.
5. *C. de test.* Exceptis criminibus atrocissimis v.
hæresis, læsæ majestatis, proditionis, venef
&c. 8. Personæ exemptæ aut privilegiatæ non

cogu

coguntur esse testes: utpote Clerici coram Judice sæculari; volentes tamen admittuntur; & in aliorum defectu etiam coguntur; sed coram suo Judice Ecclesiastico tantum; aut eo consentiente, coram sæculari, juxta communem doctrinam & praxim. Hæc compendio congesta latiùs vide apud cit.

Dictis casibus, & quoties Judex non legitimè interrogat, licitum est testimonium recusare, subterfugere: aut si omninò respondendum sit, veritatem dissimulare, aut aliqua licita amphibologia, vel reservatione mentali eludere, circa quod notanda est generalis regula communiter tradita in materia de juramentis & perjuriis. Quotiescunque quis non tenetur respondere interroganti, & ex rationabili causa non expedit veritatem prodi, nec comodè possit, licitè potest dissimulare veritatem amphibologiâ vel reservatione mentali, dumodò responsionis sensus correspondeat cum intentione interrogantis, quàm habere debet: v. g. consiliarius interrogatus de actis in Concilio: Confessarius de peccatis auditis &c. licitè respondet, nescio, intelligendo: sic, ut tibi possim dicere, vel notitia utili aut licita ad publicè dicendum. Testis rogatus de facto inculpabili v. g. homine pro fera, occiso à venante &c. potest simpliciter negare factum esse; intelligendo scilicet culpabiliter, & tale factum, de quo Judex interrogare tantùm debet. Veniens ex loco falsè diffamato de peste, licitè negat, imò jurat, se venire ex illo loco; intelligendo ut peste infecto, de quali

solùm interrogatur, vel interrogari deberet. ita in similibus.]

ASSERTIO IV.

54 *DEtractio etiam pura verum, sed occultum crimen revelans, peccatum mortale est; quatuor concurrentibus conditionibus: nimirum. 1. adsit voluntarium perfectum. 2. Materia gravis. 3. Res occulta & 4. injustitia revelandi. His conditionibus, vel una earum deficiente veniale evadit, aut etiam à peccato omninò excusatur, nunquandoque cohonestatur.* Sic omnes passim, patebit declarando singula.

§. I.

Voluntarium perfectum.

55 DEtractio ut mortalis sit, omninò requiritur voluntarium perfectum & deliberatum, directum, vel indirectum, ut nimirum quis plena ratione utens vel directè intendat, vel saltem advertat, aut advertere debeat, suam locutionem nocere, vel denigrare famam proximi, juxta dicta supra §. 2. Excusat ergo à mortali, & veniale reddit, sicut in cæteris omnibus peccatis, imperfectio actûs, vel ob ignorantiam, aut inadvertentiam ad nocumentum proximi, vel ob vehementem passionem, aut præcipitantiam mentis & linguæ: nisi enim ejusmodi causas dicatur, detractionem sæpissime excusari à mortali, totum genus humanum periclitabitur; adeò vulgare est hoc vitium, ait Laym. *lib. 3. tr. 3. p. 2. c. 3. n. 3.* Etenim lingua modicum membrum est, sed volubile, & inquietum malum

quod nullus hominum damnare poteſt. Quare regula P. Marchant. tom. 2. tribun. tr. 9. tit. 4. q: 4. reg. 4. *Qui ex levitate animi, garrulitate, conſuetudine nimia gravia peccata proximorum effugiunt, ſaltem ratione periculi infamandi proximum, cui ſe exponunt, mortaliter ut plurimum peccant:* intelligenda eſt: ſi ipſi advertant, vel advertere debeant ejusmodi periculum infamiæ proximum; quòd ſi enim faciant ex naturali impetu pravæ conſuetudinis & loquacitatis absque omni advertentia ad damnum proximi, non poterunt peccare mortaliter in ipſo actu, licet benè in ſua cauſa, ſcilicet ipſa mala conſuetudine voluntariè contracta & retenta: juxta generalem regulam traditam in materia de peccatis ex conſuetudine. Ut ſunt maximè blasphemiæ, perjuria, & detractiones. Sic qui frequentatis actibus detrahendi, blasphemandi, pejerandi, advertit ſibi generari habitum malæ conſuetudinis, quia poſtea difficulter abſtinere poterit, ab ipſo puncto, quo cum tali advertentia inſuper actum detractionis exercet, peccat mortaliter, & eſt in peſſimo ſtatu, quamdiu eam pravam conſuetudinem absque conatu emendandi, & pœnitentiâ, culpabiliter tetinet: adeò ut talis homo tamdiu verſetur in continuo ſtatu peccati mortalis omiſſionis emendandi, & omnes actus vi talis pravæ conſuetudinis voluntariè & culpabiliter retentæ ſecuti imputentur ei in peccatum mortale, tanquam indirectè voluntarii in ſua cauſa mala, ſcilicet conſuetudine voluntariè retenta. At verò poſt pœnitentiam, & moralem adhibitum conatum

tum emendandi, actus detractionis &c. ex natura
prorsus impetu pravæ consuetudinis seu loquacita-
tis erumpentes, defectu voluntarii, peccata, le-
tem mortalia esse non possunt: sic enim nulle mo-
do sunt amplius voluntarii: non in se, ut suppo-
mus, neque in sua causa, scilicet mala consuetu-
ne contracta; quippe jam tibi merè involunta-
remanente.

§. II.

Materia gravis.

56 DEtractio ut mortalis sit, requiritur materia
gravis, spectata non tantùm in se absolu-
sed habita etiam ratione circumstantiæ perso-
quæ injustè læditur. Si levis sit materia, sive a
absolutè, sive habita ratione circumstantiæ per-
næ, utique excusabitur a mortali, & venialem
det ex parvitate materiæ, sicut in omnibus a
peccatis versantibus circa materiam divisibi-
v. g. furto, intemperantia &c. juxta commu-
doctrinam in materia de peccatis.

57 Materia autem gravis detractionis censetur o-
nis & solus defectus vel in se, vel respectu perso-
læsæ graviter probrosus: qualis ordinariè
dem est crimen mortale, at certè non solùm,
ratione circumstantiæ, statûs, vel conditionis p-
sonæ, & damni secuti, sæpe etiam defectus ve-
lis; imò & naturalis, ut si prodas virum hon-
stum, boni nominis, vel magnæ auctoritatis, e-
mendacem, bibulum, illegitimè natum, vel in-
cti generis &c. inde enim ei grave nocumentum
fam-

famæ & honoris, vel impedimentum alterius boni oriri potest, Communis DD. Navar. *c.* 18. *n.* 25. Lessius *lib.* 2. *c.* 11. *dub.* 3. Molina *disp.* 33. *fin.* Laym. *cit. n.* 3.

Contra verò materia levis detractionis est, omnis, & solus defectus vel in se, vel habita ratione circumstantiæ personæ parùm probrosus; quales sunt inprimis defectus naturales animæ, vel corporis, ut esse rudem, duri ingenii, gibbosum, luscum spurium, filium Clerici &c, item vitia venialia & quotidiana, ut jocosè mentitum, temulentum fuisse, lusisse excessivè &c. item etiam crimen de se mortale relatum de persona vili, vel ita affecta, ut crimen commissum non multùm probrosum vel magno dedecori sibi ducat: v. g. germanum fuisse ebrium, militem habere concubinam, furatum esse, duellâsse &c. ita communis citt. Ad casus ergò particulares & in praxi frequentissimos expediendos benè notanda, & semper præ oculis habenda est hæc clara & facilis. 58

(Regula Generalis)

Quoties notabiliter fama alterius læditur, sive defectus narratus, sit mortalis, sive venialis, sive naturalis tantùm; toties peccatur mortaliter. Quoties verò leviter solùm læditur fama, peccatur venialiter, quando nihil læditur, quidquid dicatur, nihil peccatur ex hoc capite. Nam si de viro probo, vel Religioso dicas, amare puellam, fixatum esse, vel duellâsse, aut quid simile; graviter lædis ejus famam, ideoque peccas graviter: si idem 59

dicas de juvene nobili, vel milite, leviter, vel m
famam lædis; cùm de talibus non erubescere, i
gloriari soleant, ideoque etiam leviter, vel n
peccabis in materia detractionis. Jam pono
sus aliquot speciales ambiguos.

I. *Dicere aliquem superbum, avarum, pigrum &c.*

60. QUia hæc, & ejusmodi vel inclinationem
lùm naturalem, vel etiàm peccatum mo
le significare possunt apud audientes, judicand
est ex circumstantiis, & æstimatione audientu
plerumque enim audientes interpretari soleut
naturali propensione tantùm ad ejusmodi v
& sic dicere peccatum veniale non excedet. S
vester *V. detractio. q. 1. Lessius, Laym. cit.* P
terdum tamen tales possunt esse circumstan
ut aliis grave peccatum interpretantibus, ex
matio hominis tali de se prolato judicio gravi
lædatur: & sic dicere, à mortali excusari non p
terit: Ut benè notat Navar. *c. 18. n. 34. Lessius*
alii apud Laym. cit. Qua ratione sæpiùs etia
alios defectus naturales referendo, peccata occu
gravia significando, utique graviter peccas
ut si dicas aliquem laborare morbo gallico, n
statim addas causam illius morbi fuisse naturale
v. g. ex infectione; ex loco frigido, vel cohabi
tione contagiosa &c. significas eum deditum fu
veneri illicitæ: si ergo dedecus illud grave ju
fuisse mæchatum, utique peccabis graviter: sec
si dedecus illi non sit, ut si sit miles, adolescens

famis, tunc enim famam ejus graviter non lædis, ut modò dictum.

II. Referre crimen non nominatâ persona.

61 SI quis referat crimen occultum factum non nominatâ personâ, dummodò absit periculum, quòd audientes occasione illius narrationis deveniant in notitiam personæ criminosæ, ordinariè non est peccatum, saltem grave; quin etiam ex justa causa cohonestari potest, juxta dicenda §. 4. At verò si persona occulti criminis, etsi non nominata, ita tamen describatur, ut facilè cognosci possit, vel aliquando agnoscenda sit: ut qui dicit primam suam filiam confessionis adulterium confessam esse &c. vel saltem in talis personæ familiam, ordinem, Monasterium, gravis infamia redundet: ut qui dicit; Religiosum talis Monasterii, vel Ordinis, hominem talis familiæ, tale vel tale crimen commisisse &c. quantùm est ex parte materiæ, mortaliter peccat, cum onere restitutionis, imò tantò gravius peccat, qui bono nomini Comunitatis detrahit, quantò majus & comunius bonum violat: quamvis enim Congregatio vel communitas aliqua re ipsa non maculetur ex unius hominis scelere vel perfidia, sicut nec Collegium Apostolorum ex proditione Judæ, maculatur tamen quoad homines simplices & imperfectos, quibus id sæpè multiplici scandalo esse solet; de quo pulchrè D. August. *Epist. 137. ad Clerum Hipponensem. Molina. Navar. Laym. cit. 3. n. 12.*

III. Referre crimen ab aliis auditum.

62 QUi crimen alterius occultum simpliciter re-
fert, vel narrat, se audivisse ab aliis, sine ad-
ta propria asseveratione, approbatione, vel confir-
matione, aut nocendi proposito: siquidem tales
circumstantiæ concurrant, ut credibile sit, nem-
nem audientium crediturum esse, non peccat, sal-
tem graviter: quia tunc abest periculum notabilis
damni inferendi. Quòd si verò à tali persona, a-
liis circumstantiis crimen narretur, ut vi ipsius
narrationis audientes moveantur ad credendum,
vel saltem sinistrè suspicandum, peccabit utique
graviter contra justitiam, cum onere restitutionis
ob rationem oppositam. Comunis DD. cum Sa-
to *in* 4. *d.* 17. *q.* 4. *a.* 1. Navar. *c.* 18. *n.* 36. &
50. Molina *disp.* 30. Lessius *cit. c.* 11. *dub.* 5.
Laym. *cit. n.* 7. & rectè monet, & Tamb. *lib.* 3.
Decal. cap. 3. §. 2. *n.* 5. Plerumque adesse tale
periculum, quòd audientes aliquam fidem adhibe-
ant cum læsione famæ proximi: aut saltem fama
ejus, aliàs antehac certa, ponitur sub dubio apud
audientes, quod ipsum gravis læsio est. Deinde un-
versaliter, sive hoc sive alio casu, si crimen alterius
ita referas, & eo modo, ut prudenter non sit tibi fi-
des adhibenda, advertas tamen audientes, non qui-
dem ex vi narrationis tuæ, sed propria animi levita-
te, vel temeritate credituros, aut sinistrè suspicatu-
ros esse, non peccas quidem contra justitiam, ut cum
S. Antonin. Cajet. Sylvestro. aliisq; docent *Lessius*
Laym. Tamb. modò cit. quia sic non tu tua nar-
ratio-

ratione nihil movente, sed propria audientium levitas vel temeritas causa est malæ alterius famæ vel existimationis; peccas tamen contra Charitatem pro ratione materiæ graviùs, vel leviùs, dupliciter; & respectu audientium; & infamati: quia scandalum ponis audientibus temerè credentibus, cum jactura famæ alterius.

IV. *Referre uni, vel alteri tantùm.*

63 QUi occultum & infame crimen personæ aliàs bonæ famæ, sine causa manifestat, etiam uni vel alteri tantùm homini prudenti & fidissimo, ulteriùs minimè evulgaturo, eum adhuc peccare mortaliter, docet communior & in rigore verior Sententia DD. *Sotus*, *Molina Lessius*, *Laym. sæpè cit.* & Lugo *disp.* 14. *n.* 51. alii apud ipsos. Ratio est: quia revera & rationabiliter plerique etiam hanc famæ suæ jacturam magni æstimant, & graviter sentiunt, si de gravi scelere infamentur, etiam apud unum virum prudentem & gravem.

Contrà verò à mortali probabiliter excusant *Cajet. Petrus Navar. Reginaldus*, aliisque relatis Lessius *lib.* 2. *c.* 11. *dub.* 11. *n.* 70. Tamb. *cit. l.* 9. *c.* 3. §. 2. *num.* 7. Ratio in oppositum est; quòd modicum nocumentum censeatur, famam perdere apud unum tantùm hominem, si nullum aliud damnum exinde timeatur, imò moraliter perinde esse, ac si crimen omninò taceatur. Excipit tamen meritò *Lessius cit.* casum, quo prudenter quis judicatur omninò rationabiliter nolle, ut fama sua apud illum unum denigretur: prout est in Religioso,

gioso, Clerico, subdito, qui mallet crimen [illegible] occultum sciri à centum aliis, quàm à Prælato Domino, vel Benefactore, à quo multùm depe- det. Eadémque ratione *Lugo cit.* & alii à mor- li excusant inprimis conjuges, virum & uxorem qui inter se de occultis alterius criminibus con- bulantur, modò absit periculum, ne alteruter con- jux, uxor maximè ulteriùs evulget. Item pa- tentes eos, qui in Confessione, etiam ad solum- um solatium, complicem revelant, aut de ma- factis alterius occultis conqueruntur: aut ad co- silium capiendum à viro prudenti. De quo m- iterum §. *sequenti.*

V. Detrahere defuncto.

54 ETiam defuncti occultum, & grave crimen propalare, mortale est contra justitiam, cum onere restitutionis. Ex communi Molina d. 28. Laym. *cit. n.* 13. Ratio est: quia defuncta corpore, sicut animâ, ita etiam famâ manet qua- damodò vivus in hominum memoria & exi- matione, adeoque possessionem bonæ famæ & gloriæ retinet; quâ si illum injustè spolies, dam- num inferre censeris; ideóque compensare obli- gaberis. Sicut tamen tunc minus damnum infer- tur, ita etiam minus peccatum committitur, qui in detractione vivorum. Unde & Historici, etsi ipsi contra justitiam peccent, occulta hominum crimina propalando, tamen quoad crimina publi- ca, vel oblivione abolenda, vel uno tantùm loco cognita, evulgenda ad posteritatem, multò plus [illegible]

lis licèt, quàm aliis hominibus. Ut notant DD. cit. *Molina. Tann. Laym.*

§. III.

Res occulta.

DEtractio ut mortalis sit, requiritur, ut crimen 65
omninò occultum, & non notorium sit; nam crimen jam notorium referre apud illos jam scientes, vel sine dubio aliàs brevi scituros, secluso alio maligno affectu vel effectu malo, ad summum veniale, & actus otiosus est; & sæpè nullum peccatum. Quoad alios verò non scientes adhuc crimen aliàs notorium, diligenter notandum est duplex esse notorium, Juris, & facti.

Notorium juris, vel, ut ajunt, notoreitate juris 66
dicitur id, de quo aliquis in judicio vel condemnatus, vel confessus, vel sufficientibus signis, vel probationibus convictus est: unde qui de aliquo crimine extra judicium notoriè infamatus est, vel confessus, vel in judicio semiplenè tantùm convictus, nondum potest censeri notorius notoreitate juris, sed facti tantùm. Communis apud citandos. *Notorium facti*, vel notoreitate facti dicitur id, quod plurium hominum conspectui expositum, vel notitiâ constat ita evidenti, ut nulla tergiversatione celari possit. Glossa *in c. vestra de cohabit. Clericorum & mulier.* Idque notorium facti, aliquando fit ab ipso criminoso: ut qui crimen admisit, publicè coram multis in foro, in caupona &c. aliquando fit à fama orta ex aliorum relatione, præsumptionibus, indiciis sufficientibus &c. Rursus

aliquando est notorium respectivè tantùm, scili
respectu unius domûs, Collegii, Communitat
Viciniæ &c. aliquando est notorium absolutè
respectu omnium, eandem saltem regionem vel
vitatem incolentium.

67 At quotnam numero hominibus debet cog
tum esse crimen vel defectus alterius, ad hoc u
possit dici notorium notoreitate facti, & ide
aliis ex eadem communitate nondum scient
narrari, seu revelari possit? Res admodùm per
xa est. Aliqui apud *Sylvestrum v. notorium q.*
existimant sufficere, si decem personæ comm
ter ex communitate qualibet cognoverint; q
decem personæ faciunt plebem. Gloss. *in c. n*
10. *q.* 3. P. Navar. *c.* 25. *n.* 73. & alter Nav
lib. 2. *c.* 4. *n.* 291. nimis strictè requirunt, ut
tota communitas, vel ejus major vel potior p
crimen intellexerint; ut si communitas consta
decem, ex quibus vel septem, vel tres aut quatu
potiores crimen sciant. Sed regulam certam
universalem, physicam seu arithmeticam assigna
est impossibile. Placet ergo regula moralis trad
ta ab Abbate *in cit. c. vestra num.* 16. Molin. *di*
31. Laym, *c.* 3. *n.* 8. Lugo *disp.* 24. *Sect.* 6. Et
hæc.

68 Quando res limites secreti & occulti ita ego
ditur, ut attenta quantitate communitatis, qua
tate hominum, & humana imbecillitate, prudent
arbitrio censeatur impossibile cohibere, quò m
nùs ulteriùs diffundenda, atque in aliorum co
habitantium, vel vicinorum notitiam deveniat
si;

sit, tunc censebitur respectu illius communitatis vel viciniæ notoria & publica; ideóque fama amissa illius, de quo agitur. Unde in prava cõmunitate regulariter sufficit quarta pars: in magna quinta, vel sexta: in maxima etiam vigesima, trigesima, & amplius: v. g. si domus vel Monasterium constet viginti incolis, omninò sufficiet octo cognovisse, & loqui de tali crimine, ad hoc ut respectu illius loci notorium censeatur. Si centum inhabitent, sufficit quindecim vel viginti cognovisse. In oppido continente quadraginta domus, satis erit, octo vel decem diversarum domorum incolas crimen perspectum habere. Si civitas 500. habitatores contineat, satis erit, triginta vel quadraginta per civitatem dispersos de crimine loqui, ut notorium seu famosum censeatur, ac de eo ulterius apud adhuc ignaros loqui liceat. Ita ferè exemplificant *Molina, Laym. Lugo cit.* His ita prænotatis pono breves.

RESOLUTIONES.

1. *CRimen notorium notoreitate juris, postquam per Judicis condemnatoriam sententiam publicatum est, omnibus aliis ejusdem ac diversorum locorum per totum mundum, sine injuria licitè vulgari potest.* 69 Cõmunissima, meíque citati omnes. Molina. Lessius. Laym. *n.* 10. Lugo & alii apud ipsos. *Ratio est*: quia sicut Magistratus in criminis vindictam reum corporis & fortunarum, vel vitæ, ita etiam famæ, bonis spoliandi jus habet; idque re ipsa facere decernit, quando reum publicâ sen-

sententiâ coram populo condemnat; adeò ut re
tunc amittat omninò jus ad famam & existima
nem bonam respectu illius criminis apud omnes
de quo condemnatus est: ergò tale crimen evu
gans non facit illi injuriam, consequenter non
peccat contra justitiam. Sed neque contra ca
ritatem delinquit, per se loquendo, & seclusis
malo affectu, ut contra *Sotum*, *Petrum Navar.*
alios probabiliùs docent *Molina*. *Lessius*. *Laym.*
quia utitur jure suo & licentia sibi à Magistratu
stè concessa ad evulgandum ulteriùs crimen,
tem in locis eidem Reipublicæ subjectis, vel
vicinis, vel comercio conjunctis (ut quidam
restringunt.) imò etiam in locis remotissimis
ideò enim damnatur facinorosus, ut sit exem
aliis, etiam remotissimis: uti cum *Lessio*. *Dic*
stillo advertit Tamb. *cit. c.* 3. §. 2. *n.* 11. Unde
quitur non esse peccatum loqui de causâ, ob quam
quis publicè incarceratus, vel aliâ pœnâ punitus
At verò ante Judicis sententiam, quando crimen
intra cancellos judicii tantùm notorium facti
est, vel per solam rei confessionem, vel per testes
depositionem, aliásve probationes, non potest
ne injuria evulgari. Ex comuni Molina *disp.*
Laym. *c.* 3. *n.* 9. Ratio est: quia tunc crimen
judicio notorium censetur solummodò in ordine
ad ipsum Judicem, ut reum condemnare possit,
nondum in ordine ad populum, ut de eo loquantur
nisi primò post latam sententiam condemnatoriam.
Quòd si tamen crimen paulò post per sententiam
publicandum sit, tunc criminis infamiam antever-

tere non erit gravis injuria; imò omninò nulla, si justam ob causam fiat: quâ ratione CHRISTUS peccatum occultum Judæ postea brevi consumandum manifestavit dilecto discipulo Joanni. c. 13. *qui intingit &c.* Quemadmodum & Petro postea prædixit trinam negationem sui.

II. Etiam crimen notorium notoreitate facti tantùm in aliqua Communitate, vel vicinia manifestare aliis ejusdem Communitatis, vel vicinia adhuc ignaris, non est peccatum, saltem grave. 70
Communissima DD. cum Scoto *in* 4. *d.* 15. *q.* 4. *a.* 1. Navar. *c.* 18. *n.* 10. *Molina. Laym. cit.* Lugo *disp.* 14. *sect.* 5. (contra Adrianum, Sylvestrum, & alios nonnullos, volentes talem adhuc graviter peccare contra Charitatem, detrahendo criminoso alias particulares famas, seu bonas existimationes sui apud alios homines sui criminis adhuc ignaros) sed contra. *Ratio est:* quia criminosus censetur tunc spoliatus & jure & possessione famæ suæ, eo ipso, quo crimen ejus adeò manifestum evasit, ut moraliter reputetur impossibile, quin in aliorum cohabitantium notitiam deveniat; idque non tantùm, quando crimen notorium factum est evidentiâ facti ab ipso criminoso, quippè qui eo ipso, quo crimen publicè commisit, censetur cessisse juri & possessioni famæ suæ; sed etiam, si crimen factum est notorium ex publica præsumptione, suspicione, infamiâ, seu relatione aliorum. V. g. Sacerdotem alere personam suspectam, adeò ut possit quis aut ipsum factum publicum, aut illam defacto publicam præsumptionem vel infa-

miam (absque majori tamen propriâ asserti-
ne, vel confirmatione) aliis ejusdem loci, vel vi-
niæ referre, absque peccato saltem graviori. P
mum enim imputare debet sibi ipsi; alterum n
putet suo infortunio. Confirmat. Lugo cit. n.
dicens: quia expedit ad bonum publicum, u
unusquisque ab aliis cognoscatur, qualis publ
est, ne alii in ejus convictu, commercio, vel a
actionibus humanis decipiantur. Confirmat
sius cit. c. 11. *dub.* 11. *num.* 75. ex consuetu
totius Orbis, nunquam enim homines putant
injuriam facere, si publica crimina aliis referan
vel litteris perscribant, historiis commendata
gant, & referant &c. Quæ rationes sanè p
bant, crimen ita notorium aliis referendo, non
lùm non peccare contra justitiam, sed neque co
tra Charitatem, saltem graviter, per se loquen
ut cum aliis notat Tamb. *cit. n.* 12. Cæterùm
omnes in confesso est, si fiat ex gravi odio, v
dictâ, vel novo damno illius proximi, esse mor
nullus dubitat: si fiat ex merâ loquacitate, ve
le: nullum autem peccatum erit, si fiat ex
bono, vel ad alium finem bonum. Denique
quimur semper de crimine vero, ita notorio
cto, etiamsi per injuriam aliorum propalatum
(exceptô semper, nisi emanâsset ex sigillo C
fessionis. Crimen autem falsum, de quo alig
per injuriam diffamatus est, scientes aliis nefor
tibus narrando ulteriùs divulgare peccatum
contra justitiam ex genere suo mortale, secund
omnes. Quia innocentem infamare per se ma

& semper injustum est, quo injuriæ peccato se maculat non tantùm, qui primus crimen falsum imponendo, infamiam causavit, sed etiam, qui aliis narrando infamiam auget, & ulteriùs diffundit. *Ratio hujus est:* quia innocens injustè infamatus de crimine falso; semper retinet jus intrinsecum fundatum in sua probabiliter innocentia, ne falsum de se dicatur, vel infametur. Nocens autem in tali crimine, quantumvis initiò injustè diffamatus, nullum tale jus intrinsecum retinet, ut ex se patet.

III. *Crimen notorium notoreitate saltem facti* 711
in uno tantùm loco, potest quidem absque peccato saltem gravi aliis referri in locis vicinis, vel commerciorum consortio ita conjunctis, ut ad illa loca citò & facilè, & quasi moraliter idem rumor sit perventurus, tunc enim moraliter rem æstimando fama hominis amissa in hoc loco, etiam in loco tam vicino & conjuncto amissa censeri potest; ut habet communis DD. apud cit. *At verò ejusmodi crimen notorium in uno loco tantùm referre in alio loco sive vicino, sive ita disjuncto, ut ad illum vel ex natura rei non debebat, vel ob distantiam aut incommunicationem incolarum moraliter non poterat notitia ejus facti pervenire, peccatum ex genere suo mortale est, etiam contra justitiam;* juxta communem DD. Sotus *lib. 5. q. 10. de just. a. 2.* Molina *disp. 31. & 32.* Pet. Navar. *à n. 291.* Tann. *tom. 3. disp. 4. de just. q. 8. dub. 7. n. 142.* Laym. *n. 8.* Ratio est: quia quantumvis infamatus in uno loco, in alio tamen loco, quò notitia sui criminis

vel non debet, vel non potest pervenire, adhuc
possidet famam suam apud nescientes: ergo
referens injuriam ei infert contra justitiam. U
si crimen in tua tantùm domo notum sit, non
potes manifestare aliis ex vicinia: vel si in tua
cinia tantùm notum sit, non ideò potes manife
re aliis in remotioribus partibus amplæ civi
quia respectu tuæ domùs, vel viciniæ nondum
sufficienter notorium, ut aliis nescientibus ma
stari possit; vel si in tota tua civitate notum s
non ideo potes manifestare in loco remoto,
tu extraordinariam occasionem habes, & fi
notitia criminis eò nunquam perveniret. H
sententia uti communior & tutior, ita probabi
mihi omninò placet. Nec tamen displicet di
ctio Cardinalis de Lugo *cit. Sect. 6. à num.*
latè. Quando nimirum res est notoria abs
in aliqua civitate vel loco communi, posse
sine ullo peccato saltem gravi referri in aliis
remotis, vel litteris eò scribi. Ponamus
scelus Titii esse absolutè notorium in hac civi
Passavienſi, & veniat ad te hospes ex loco rem
nónne potest illi res tota narrari, sicut aliis i
urbe commorantibus, fortè adhuc insciis, q
vis peregrinus ille rediens in suam patriam no
am illam secum delaturus sit? cur ergo eide
patria commoranti non poterit id ipsum per
ras scribi, vel eidem ibidem narrari, si quis a
sum ibi perveniret? Secus est, quando res no
notoria absolutè, sed cum limitatione intra cer
privatam Comunitatem, Collegium, Mon
ri

rium, familiam, scholam, tunc omninò fatendum est peccari contra justitiam alibi referendo: nam quæ ità limitatè notoria, in uno v. g. Monasterio circa crimen alicujus Religiosi, non sunt ita publica vel notoria, ut possint referri cuilibet sæculari hospitii vel visitationis gratiâ ad illud Monasterium venienti, sicut quæ absolutè notoria vel publica sunt in aliqua tota Communitate, civitate &c. ut dictum est. Quare consentiunt ferè omnes, injuriam mortalem inferre eum, qui crimen alicujus aliis extra talem locum degentibus manifestat: non enim crimen notorium est absolutè, sed respectivè & limitatè ad hunc locum, ideóque criminosus retinet jus ad famam suam extra talem locum. Adde, tunc injuriam inferri non tam privatæ personæ criminosæ, quàm ipsi Communitati, Collegio, Monasterio, familiæ &c. cùm enim Collegium vel Monasterium moraliter reputetur ut una persona politica, ideo malum unius inhabitantis redundat in malum & infamiam alterius, qualis conjunctio non est in Communitate publica, civitate, vicinia tota. Quare à mortali excusari non possunt neque jam illi tabellarii & feritarii, qui crimen religiosi, v. g. etsi in hoc Conventu notorium, aut etiam ad emendationem vel vindictam publicatum, attamen intra terminos hujus Conventus sepeliendum, ad alios Conventus sine ulla causa per modum novellarum perscribunt, vel referunt, imò quandoque exaggerant, &c. &c.

IV. *Infamato de aliquo crimine notorio notorietate* 72

tate juris, vel facti, postquam per pœnitentiã & te emendationem famam suam recuperavit, in riam mortalem infert cum obligatione restitu nis, qui cum de præterito & oblito crimine & sine causa infamat: ut contra *Lessium* doc *communis DD.* Toletus *lib. 5. cap. 65.* M *disput. 33. Laym. Lugo cit.* apud ipsos. Ra *est:* Quia sicut malis moribus infamia co hitur, ita contrariis moribus infamia aboletur bona fama recuperatur; ergò eâ semel recup apud homines prioris sceleris oblitos, injur spoliatur recensendo prius ejus crimen. Co mat optimè *Lugo n. 85.* Quia res illa per obli nem reducta est ad eum statum, quem habebat tequam esset publica: ergò sicut tunc publ non potuit, ita nec postea poterit: nam antea notoriam fuisse facit quidem, quòd tunc fuerit p lica; non tamen facit, ut nunc publica sit. *Lugo.* Cæterùm à mortali minimè excusa sed vana detrahentium effugia, vel præteri sunt, quando quis aliquẽ suâ detractione infa tum in uno, in alio facto laudat, aut post narra crimen mox addit pœnitentiam ab eo actam. M tò minùs infamatum jure vel facto de uno tan vel altero etiam graviori crimine, absque im mortali poteris infamare de alio occulto etiam nori scelere, sive ejusdem sive diversæ speci dummodò de se sit materia sufficiens detractio mortalis; ut si furem condemnatum ob certa ta publicata, prodas etiam alia quædam furatu aut etiam adulterum fuisse: si adulterum infame

sed correctum, notoriè prodas denuò relapsum esse &c. ut contra *Padud. Sylv.* alios rectè docent *Pet.* Navar. *lib.2. c.4. n.226.* Less. *cit. dub.* 14. Laym. *n.*11. Tanner. *n.* 141. Ratio est: quia quantumvis infamis de uno hoc crimine, adhuc tamen apud homines famam possidet respectu alterius criminis, vel relapsûs omninò occulti; ergo eâ famâ injuriosè spoliatur. Secùs dicendum esset, si crimen aliud esset valdè affine vel annexum cum altero notorio, ut si infamatum de adulterio prodas, etiam semel fornicatum esse: aut si contingat hominem ita esse prostitutæ famæ, ut parum ipsi accedat infamiæ, si aliud crimen etiam disparatum de eo dicatur: ut si de variis & repetitis criminibus infamem præsertim ejusdem speciei v. g. notorium usurarium, concubinarium, meretricem de novo lapsu insimules, sic, ut ei leve valdè detrimentum famæ accedat, tunc enim non peccabis, nisi venialiter ob parvitatem materiæ & nocumenti personæ, ut benè docent *Navar. Azor. Lessius*, alii apud *Laym.*

§. IV.

Injustitia revelandi.

73 DEtractio ut mortalis sit, requiritur denique maximè injustitia revelandi, ut nimirum fiat absque ulla justa causa necessitatis, vel utilitatis gravis præponderantis damno infamiæ alterius. Causæ autem Justæ revelandi verum crimen ocultum alterius multifariæ, commodè ad 4. capita reducuntur. 1. *Bonum ipsius referentis.* 2. *bonum audientium.* 3. *bonum ipsius delinquentis.* 4. *bonum Communitatis, vel Reipublicæ.*

I. Bonum ipsius referentis.

74 PRima causa licitè revelandi crimen occultum alterius, vel defectum est bonum revelantis vel personæ valdè conjunctæ. Sic

75 I. Licitum est peccatum proximi, vel injuria in se admissam aperire viro prudenti, amico, Confessario, consilii vel auxilii, imò etiam in suæ afflictione solatii & levaminis capiendi gratiâ. Communis DD. apud cit. omnes. *Ratio est*: quia valdè difficile & maximum gravamen esset, si in mea injusta afflictione non possem auxilium, vel consilium quærere, sed sine ulla quærimonia afflictio concoquere deberem: atqui nemo cum tanto proprio incommodo tenetur studere famæ alterius injustè lædentis, præsertim cùm vix ullus proximus talia audiens attendat ad infamationem alterius, sed potiùs ad consilium, solatium vel levamen exhibendum homini suas miserias quærimonias. Rectè tamen monent, & limitant *Less.* & *Lop.* ut quoad possibile est, cum minimo alterius detrimento fiat, adeo ut si sufficiat unus ad consilium vel solamen, non manifestetur pluribus; si id sufficienter capi possit, non nominatâ personâ, non nominetur. Et Marchant. hîc tract. 9. tit. 4. q. reg. 3. addit: *Modò non mentiatur iniquitatem & sine pravo, aut cum multis mendaciis, suspicionibus & judiciis temerariis id non fiat, ut fit frequentissimè maximè à mulieribus.* Huc spectat, quod docet *Joannes de la Crux* apud Tamb. *cit. cap.* §. 2. *num.* 27. etiam justam querelam excusari a mortali, dicens: si persona secretò graviter injuria-

ta, non valens se à dolore cohibere, in querimonias prorumpit publicas, non illicò de peccato mortali damnatur, si injurians infametur; durum enim videtur, sic afflictum animum cohibere, ne in querimoniam prorumpat, cùm hoc naturalissimum sit. Hæc ille; ego tamen cum *Tamb. cit.* talem potiùs excusarem ex imperfectione actûs, primis motibus, voluntario imperfecto.

II. Ad sui vel proximi innocentis, præsertim 76
conjuncti justam defensionem, licitum est alterius infamantis, vel persequentis crimen occultum aperire, quatenus necessarium est ad minuendam ejus authoritatem, V. G. dicendo, eum mentiri, sæpiùs in simili mentitum esse &c. servato semper moderamine inculpatæ tutelæ, ne plus noceas, quàm ad defensionem opus sit. *Ratio est*: quia si pro nostra defensione etiam famæ, vitæ, vel fortunarum licet alteri eripere vitam, cur non etiam famam? Communis DD. cum Navar. *c.* 18. *num.* 48. Item ut officium vel beneficium tibi, tuisvè dignis assequaris, non est illicitum, saltem graviter, competitoris non dignioris notum vitium collatori aperire: imò etiam occultum, quo ad tale officium vel beneficium inhabilior redditur. *Sa V. infamare.* Navar. *in cap. inter verba. num.* 854. Tol. *lib. 5. cap. 65. &* alij.

III. Eadem ratione à fortiori in judicio, si ac- 77
cuseris de crimine, quod ab accusatore juridicè probari non potest; non solùm potes negare crimen objectum, aut dicere accusatorem mentiri, & calumniari (qui enim accusat de crimine, quòd

probare non potest, calumniator est, & suo se
mentitur) verùm etiam potes eidem accusatori (
similiter testi falso) ad eorum fidem superandam
verum occultum crimen objicere & revelare,
alia viâ te tueri non possis: quilibet enim jus hab
se defendendi, præsertim eodem genere armorum
quibus impetitur, & impugnatur: attamen se
per cum moderamine inculpatæ tutelæ; si enim
aliâ viâ te tueri possis, aut saltem minus crimen
vel unum tantùm objiciendo satis tibi consulere
utique manifestando majus flagitium, vel plura
crimina, peccares contra justitiam, eadem ratio
ne, quâ ille, qui in tuenda vita sua moderamen
inculpatæ tutelæ excederet; juxta dicta suo loco.

78 IV. Insuper ad evadendam mortem, vel gra
tormenta v. g. ob crimen occultum alterius in
falsò impositum; & multò magis si ad crimen
terius occultum, tibi cognitum, manifestandum
metu mortis vel torturæ adigaris, licitè mani
stas crimen occultum alterius verum, quod ex
sigillum Confessionis sacramentalis novisti. Ca
munis DD. Navar *c.* 18. *n.* 54. Molina *tract.*
disp. 37. Lugo *disp.* 14. *sect.* 7. *num.* 95. Mi
autem eo casu (etiam multò minus in præced
tibus) licet crimen falsum imponere proximo
centi, ut contra *Sylvestrum*, *Petrum Navarr.*
Lessium, docet item communis DD. & benè p
bat Lugo cit. *a num.* 98. Etenim ab Innocen
XI. damnatæ sunt hæ duæ propositiones 43. *Q*
ni non nisi veniale sit detrahentis auctoritate
magnam sibi noxiam falso crimine elidere?

44. *Pro*

44. *Probabile est, non peccare mortaliter, qui imponit falsum crimen alicui, ut suam justitiam, & honorem defendat. Et si hoc non sit probabile, vix ulla erit opinio probabilis in Theologia.* Ratio autem utriusque est: quia innocens habet jus strictum & universale ad suam veram famam veris virtutibus & innocentiæ debitam, ut á nullo ullo unquam casu licitè lædi possit; nisi id necessarium esset ad tuendam alterius vitam (alia ratio de bonis fortunæ alibi patuit) At verò revera nocens non habet ita strictum & universale jus ad suam famam; quippe non fundatam in vera bonitate & innocentia, sed falsa & æstimata tantùm, ut non possit ejus verum occultum crimen aliquando ob justam & urgentem causam publicari (in proposito autem revera est causa urgentissima) sed solùm habet, ut sine justa causa non possit suâ famâ apud homines adhuc ignaros possessâ spoliari. Ut latè & docte prosequitur *Lugo ibid.*

II. *Bonum audientium.*

79 LIcitum, & sæpè meritorium est, proximi peccata vel defectus etiam occultos referre, ad audientium vel instructionem, ut à malis avertantur, simili lapsu, vel occasione caveant, vel ad cautelam, ne hypocrisi, pravis moribus, vel societate malorum seducantur, vel decipiantur, vel ad informationem ad propulsandum aliquod malum aliis per impios inferendum: patet exemplis Christi, & Sanctorum in Sacra Scriptura Luc. 12. *Attendite à fermento Pharisæorum.* Matth. 5. *Nisi abundaverit justitia vestra plùs, quam scribarum*

rum

rum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum
lorum. Item Math. 23. & alibi latè eorum vi
depingit ad audientium cautelam & inſtructio
Et Apoſtolus 1. *ad Timoth.* 1. aperit vitia Hy
næi, & Alexandri, quos dicit ſe tradidiſſe ſa
ut diſcant alii &c. Ratio eſt: quia ſalus &
num, præſertim ſpirituale innocentis, or
Charitatis præferendum eſt famæ nocentis, q
damnum aliorum injuſtè famam poſſidere
tur, cùm verè famæ fundamentum non hab
virtutem. Simili ratione, quem novi eſſe fur
poſſum manifeſtare iis, quibuscum habitat. Q
novi imperitum Medicum, Advocatum, C
feſſarium, artificem &c. poſſum ad cautelam
nifeſtare iis, quibus damnum inferri ex eorum
peritia poteſt. Quem novi eſſe homicidam
furem occultum, poſſum indicare Judici, ut
centem eo crimine accuſatum liberem. Si qu
novi habere occultum impedimentum dirim
poſſum indicare Parocho, ne matrimoni
invalidè vel ſacrilegè celebretur, & ita in ſim
bus. Imò in hujusmodi caſibus aliquando
manifeſtare debes ex charitate; nimirum qu
innocenti majus malum proveniret, quàm noc
ti ex manifeſtatione ſui occulti criminis. D
modò ſemper abſit pravus finis vel affectus:
ex publicatione alterius peccati gravius mal
non timeatur, quàm bonum ſperetur, ut ſæp
evenire ſolet.

III. D

III. Bonum ipsius delinquentis.

NAm præter præceptum correctionis fraternæ, quo quis tenetur peccatum non emendatum proximi, si secreta correctio vel adhibita nihil profuit, vel adhibenda nihil pro futura speretur, denuntiare Superiori ad correctionem, juxta communem doctrinam in materia de Charitate, etiam licitum est per se loquendo, ex compassione amicabili, vera tamen & charitativa, etiam aliis pandere defectus occultos alicujus, eo fine, ut audientes pro eo orent, vel aliàs ad ejus correctionem collaborent: juvat etiam quandoque ejusmodi denuntiationem criminoso comminari: aut in præsentia criminosi coram aliis amicis fidelibus & charitativis ejus crimen referre, ut communi omnium adhortatione saltem rubore confusus ad emendationem compellatur: ubi magna discretione opus est. Ratio eadem à fortiori est: quia multò magis salus & bonum spirituale ipsius delinquentis præferendum est ejus famæ, quando sine hujus aliquali læsione procurari commodè non potest, ut hic supponimus ex communi cum Marchant. *cit. reg.* 2. Dixi tamen dummodò semper fiat ex *vera & charitativa compassione*, sæpissimè enim res aliter se habet. Lege, quæso, D. Bernardum *sermone 24. in Cantica.* præclarissimè depingentem eos, qui sub titulo compassionis fratribus detrahunt, & inter plurima sic ait: *Alii quodam simulatæ verecundiæ fuco conceptam malitiam, quam retinere non possunt, adumbrare conantur. Videas al-* 80

as alta præmitti ſuſpiria, ſicque quadam cum gra-
tate & tarditate, vultu mæſto, demiſſis ſuper-
& voce plangenti egredi maledictionem, & qua-
tantò plauſibiliorem, quantò creditur ab his
audiunt, corde invito magis & condolentis affe-
quàm malitiosè proferri. Doleo, inquit, verbo-
ſer pro eo, quod diligo eum ſatis, & nunquam
tui de hac re corrigere eum. Et alius: mihi
dem, ait, benè compertum fuerat de illo iſtud,
per me nunquam innotuiſſet: at quoniam per a-
rum patefacta eſt res, veritatem negare non p
dolens dico, revera ita eſt. Et addit: gra-
damnum &c. Hæc ille.

IV. Bonum commune Reipublicæ vel Communitatis.

81 REgula univerſalis hæc ſit. Quilibet licitè p-
teſt, & plerumque ex Charitate tenetur ap-
rire etiam occultum crimen vel defectum alter-
quoties ita neceſſe eſt ad impediendum ma-
damnum vel ipſius Communitatis, vel privatæ
juscunque perſonæ innocentis; cùm quilibet co-
ne Charitatis teneatur magis avertere ma-
damnum Communitatis vel perſonæ innocen-
quàm perſonæ nocentis. Communiſſima D.
cum Navar. *c.* 18. *n.* 31. Molina *diſp.* 24. Leſſ.
c. lit. c. 11. *dub.* 9. Laym. *c.* 3. *n.* 5. Exempla ſu-
ſi quis moliatur crimen pernicioſum Reipublicæ
hæreſin, homicidia, furta, proditionem &c. qu-
aliter impedire non poteſt, tenetur aperire iis, qu-
rum intereſt. Si quis aſſumendus ſit ad ſtatum

quem indignus, & Reipublicæ, vel privatis personis pernicioſus futurus, v. g. homo improbus, & ineptus ad officium, beneficium, vel Parochiam promovendus cum ſubditorum damno temporali vel ſpirituali: Medicus imperitus ad corporis curationem accerſendus: Perſona in matrimonium aſſumenda, unde mali exitus timeantur &c. poteſt & debet conſcius vitium perſonæ, quo inhabilis fit, aperire, ſi aliter revocare non poſſit. Quo etiam ſpectat, ut jam indicatum, ſi innocens ſuſpicione falſi criminis de vita & fama periclitetur, tuque conſcius eum liberare poſſis, indicando verum auctorem criminis, teneris ex Charitate indicare, prius tamen monendo alterum, ut ſibi conſulat, ob eandem rationem. *Mol. Layas. loco cit.* Item ſi bos, domus, legatum, eleemoſyna conferenda ſint pauperi, qui tamen pauper non eſt, poteſt ejus occulta ſimulatio detegi, ut alteri vero pauperi obveniat. Quòd ſi tamen dos conferenda eſſet puellæ virgini, quæ occultè vitiata eſt, conſcius non poteſt aperire ejus vitium, neque opus eſt; quia in foro & politia externa pro virgine habetur & inſignibus virginum v. g. ſerto geſtando gaudet. Ut benè reſolvit Laym. *cit. n.* 5.

SECTIO IV.

DE

Reſtitutione famæ læſæ alterius.

SUMMARIUM.

82. *Injuſta læſio famæ inducit obligationem juſtitiæ, tam*
84. 1. Perſonalem, *reſpectu lædentis, & læſi. qua lædens tantùm, non ejus hæres, ſoli infamato obligatur, quàm*

85. II. Realem *compensandi damna realia ex diffa*
ne secuta.

86. *Pro ratione materiæ, & culpæ commissæ, gravi*
levem.

88. *Reparandi famam ablatam.*

89. *Crimen falsò impositum apertè retractando, etiam*
æquali infamia, vel periculo damni.

90. *Aut veri occulti criminis evulgati opinionem pru*
ter corrigendo.

91. Vsque ad n. 96. *Qualiter seu quo modo hæc corre*
vel reparatio fieri possit, & debeat?

96. & 97. *Si reus in judicio non juridicè interrogatus,*
gando crimen, infamiam causet accusatori,
testibus, pro illa eis ad nihil tenetur;

98. *Secus, si juridicè interrogatus negando eos in fa*
læsit.

99. *Infamans obligatur restituere famam apud omnes a*
dientes immediatos

100. *Ac etiam mediatos, si crimen aperuit audientibus*
mediatis ea intentione, jussu, suasu &c. ut ea
aliis manifestarent, qui sic audiunt mediate.

101. *Aut si prævidit homines garrulos id ulteriùs*
gaturos.

102. *Videtur tamen modò praxis contraria, & sufficere*
restituere apud audientes immediatos solum;

103. *Præsertim si non judicabit, nec cogitavit, an ma*
evulgaturi sint, nec ne:

104. Vsque ad n. 107. *Quando & qualiter peccet audi*
detrahentem? &

107. Vsque ad n. 110. *Quando audiens teneatur monere*
corrigere detractorem, ut desistat;

ASSERTIO V.

82 *INjusta læsio famæ proximi per detractionem, ca*
lumniam &c. inducit obligationem justitiæ per
sonalem restituendi ipsam famam; insuper & ob
lem compensandi alia damna realia inde secuta

pro ratione materiæ, & culpæ commissa, efficaciter, utpote crimen falsò impositum apertè retractando, aut veri criminis occulti evulgati opinionem prudenter corrigendo apud audientes immediatos omnes: atque etiam mediatos alios, si causa voluntaria fuit, ut audirent. Communis & certa omnium doctrina, ut patebit explicando per singula.

§. I.

Inducit obligationem justitiæ.

83 RAtio manifesta est: quia quisquis alterum injustè læsit in bonis alicujus momenti, ex justitia commutativa obligatur compensare damnum illatum: sed lædens alterum in fama per detractionem, vel calumniam, utique lædit in bono magni momenti, & majoris ex genere suo, quàm sit bonum fortunæ: ergò læsio illa inducit obligationem justitiæ restituendi ipsam famam. Sed dico

Personalem.

84 OBligatio enim restituendi ipsam famam læsam personalis est, tam respectu lædentis, quàm respectu læsi, adeó ut ipse tantùm infamans, non item postea ejus hæres vel successor (nisi intercedente aliquo speciali pacto,) & ipsi tantùm infamato vivo vel defuncto, non autem hæredibus vel successoribus defuncti infamati (nisi ad ipsos etiam infamia redundâsset) famam restituere teneatur. Communis DD. Lessius *cit. lib. 2. c. 11. dub. 21.* Lugo *disp. 15. Sect. 1. n. 8.* Ratio est: quia sicut ipsum jus famæ personale est, & propri-

um personæ habentis, ut nulli alteri debeatur, n
ipsi, ita & læsio injusta famæ, & consequent
ejusdem restituendæ obligatio personalis & pro
est personæ lædentis, sic ut nullum alium obli
re possit, nisi interveniente speciali pacto: ut si m
ribundus filio vel amico committat munus resti
endi alicui famam à se læsam, quo tamen casu co
missarius non suo, sed defuncti nomine fam
restituet; etsi nulli alteri ea restitutio debeatur, n
si ipsi personæ læsæ, ac iis, in quos ejus infami
dundat: ut si parentem diffamâsti pro concub
rio, rebelle &c. teneberis restituere defuncti li
ris, consequenter pro spuriis habitis, aut bo
omnibus privandis. Et sic in similibus. Add
tamen

Insuper & realem compensandi damna realia secuta.

85 INfamans alterum, sive crimen falsum imp
nendo, sive verum crimen occultum pand
do, ex Justitia non tantùm tenetur restituere ip
famam, modis mox explicandis; sed etiam q
vis aliud damnum reale ex sua diffamatione se
tum infamato, si illud intendit, vel prævidit,
prævidere debuit: ut si ideo infamatus offic
dignitate, bonis suis privatus, vel punitus fuit,
bet facere integram compensationem arbitriô v
prudentis & probi: quia quisquis scienter ded
causam injusto damno alterius, tenetur ex just
illud compensare, quoad facere potest. Co
munis DD. *Navarrus* uterque, aliisque conge

Mo

Molina *disp.* 45. Lessius *dub.* 19. Laym *lib.* 3. *tr.* 3. *p.* 2. *c.* 7. *n.* 4. Et quidem si crimen falsò impositum sit, certum est apud omnes, deberi integram compensationem damnorum: si autem crimen verum occultum evulgatum sit, existimat Sotus *lib.* 4. *de just. q.* 6. *a.* 3. diffamantem non teneri ad integram restitutionem damni; cùm illud damnum potiùs crimini vero illius, tanquam causæ adscribi debeat; evulgatio autem sit solùm conditio sine qua non illius damni: ideoque diffamans tenebitur solùm pro parte arbitriò boni viri. Sed contrarium in juris rigore verum est, & tenetur à citatis, & aliis communiter: quia crimen occultum per se non habet ullam vim inferendi damnum, sed accipit per evulgationem: ergo evulgator tota causa moralis damni secuti existit; sicut si quis ignem latentem sub cineribus erueret; & stramini applicaret, is utique tota causa orti incendii meritò diceretur, ait *Lessius cit.* Idémque dicendum, si aliquem ejusmodi injusta infamatione impediviſti à lucro seu bono aliquo consequendo, juxta generaliter dicta de restitutione ex injusta damnificatione negativa. Insuper hæc actio & obligatio restituendi damna ex injusta diffamatione secuta transit ad hæredes diffamantis & diffamati: quia est actio, & obligatio realis habens ordinem ad bona infamatoris, ex quibus damnum resarciri debet: atqui hæres repræsentat personam defuncti quoad omnes actiones reales concernentes bona defuncti, in quibus succedit: non item in obligationibus merè personalibus, quæ non trans-

grediuntur personam defuncti obligati; quali
etiam obligatio restituendi ipsam famam, ut ac
DD. cit. & jam supra dictum.

§. II.

Pro ratione materiæ, & culpæ comm

86 NImirum I. Sub mortali erit obligatio ju
ad restituendam famam, si in materia g
& culpa mortali famam alterius læsisti. 2.
materia levi & culpa solùm veniali, sive ex pa
te materiæ, sive ob imperfectionem actûs, ex
vertentia, vel præcipitantia solùm veniali, au
causam excusantem à mortali læsisti; non
obligatio restituendi, nisi solùm sub veniali:
ex culpa solùm levi & veniali in damnificando
ximum, non possit oriri obligatio gravis
mortali restitutionis, saltem in foro consci
ut suo loco probatum est. Vide benè Lug
disp. 15. *Sect.* 1. *n.* 7. & alios apud ipsum.
omninò inculpatè, imò justè læsisti ob justam
sam excusantem, juxta dicta Assert. præcedent
certum est, nullam adesse obligationem resti
nis. Hæc tria certa & plana sunt. 4. At quid
sisti inculpatè materialiter tantum sine pecca
injuria formali, utpotè ob indeliberationem,
cipitantiam, ob errorem inculpabilem, au
bona fide credidisti crimen proximi jam esse
rium, cùm tamen reverà esset occultum, & fa
aperuisti? Certum est, non adesse tunc obliga
nem restitutionis ex capite injustæ infamatio
idq; quamdiu in eo statu materialiter inculpat

manes: at verò postea animadverso errore tuo, & damno proximi in fama sua, omninò adhuc teneris restituere, & quidem ex justitia, juxta communem DD, Molina *disp.* 40. *n.* 3. Lessius *cap.* 11. *dub.* 22. Laym. *c.* 7. *n.* 1. Lugo. *disp.* 15. *Sect.* 1. *n.* 4. Ratio est: quia justitia non solúm obligat ad non inferendum damnum proximo, seu ne quis det causam injusti damni proximi; sed etiam obligat, ut illam causam damnosam fortè, quo quo modo à se positam, postea auferat: adeoque quicunq; causam posuit, unde postea intelligit alteri damnum injustum oriturum, is ex justitia obligatur causam à se positam tollere, si adhuc utiliter & sine gravi suo incomodo possit: si enim causam à se positam, cùm facilè possit, non removeat, censetur adhuc, & de novo velle effectum & damnũ illud, quod ex causa posita oriturum prospicit. v. g. Si bona fide, etiam per omnimodam & inculpabilem inadvertentiam alicubi ignem posuisti, ex quo postea intelligis incendium domûs vel ædis oriturum; si similiter inculpatè homini venenum propinâsti &c. si tamen errorem tempestivè agnoscas, quando adhuc incendium, vel mors hominis impediri potest, utique teneris sub mortali impedire, si absque gravi tuo incomodo possis: idque ex justitia; quia saltem materialiter tu causam posuisti damni (ex Charitate enim teneretur quicunque alius facilè impedire potens, qui nullam posuisset causam,) alioquin certè, si non impedias, tanquam incendiarius, aut homicida condemnaberis quoad pœnam & restitutionem.

Sic ergo in proposito nostro, si etiam inculpat
tulisti damnum famæ alienæ, & causam dedis
justæ infamiæ, quasi ignem applicuisti, venen
propinâsti, crimen proximi aut verum occul
aut falsum narrando, vel etiam in judicio de
ando &c. postea errore cognito, & damno pr
mi, teneris ex justitia eam causam tollere, & t
reparare: si nimirum sine tuo notabili incon
possis, nam bona fides tua prima, & inculp
lis actio aliquid omnino debet demere de ob
tione, ut saltem non cum tanto tuo incon
tenearis, quantò tenereris, si à principio mal
& cum culpa gravi damnum intulisses, vel
sam damni dedisses: ut notant *DD. citt.* n
Quod si non feceris, cùm facere posses, jam m
tò injustus alienæ famæ denigrator censeberis;
insuper obligaberis ad compensanda omnia
damna realia inde infamato secuta, ab eo tem
re, quo advertisti errorem tuum, quo proxim
injustè diffamâsti: non autem illa damna, qua
te hanc advertentiam, te adhuc in bona fide & e
re inculpabili persistente, secuta fuerunt; pro
enim in nulla culpa fuisti; quamdiu errorem tu
non advertisti; ut pro illis postquam error
cognovisti, si, cùm facilè possis, culpabiliter n
gas impedire infamiam proximi, & damna in
sequentia, jam incipis esse in gravi culpa contra
stitiam: ideoque ex justitia obligaberis compe
re ista damna ex graviter culpabili mora tua in
mato consequentia, ut ex cõmuni optimè decla
Lugo cit.

Eadem

Eadem ratione resolvendum est in casu, quo de- 87
traxisti coram aliis graviter Petro, narrando grave quoddam ejus facinus; sed audientes per errorem intellexerunt de Paulo, & ideo Paulus apud eos detrimentum famæ patitur, si postea errorem & damnum Pauli intelligas. Lessius *ibid. cit. n.* 119. vult te obligari ex Charitate tantùm corrigere, & auferre errorem audientium, non ex justitiâ: eò quòd narratio tua non sit causa directa infamiæ Pauli, sed erronea audientium intelligentia. *Molina* autem & *Lugo citt.* rectiùs censent teneri te etiam ex justitia ob rationem supra datam: reverà enim ex tua narratione occasionaliter saltem sequitur iste error audientium, & consequenter infamia Pauli apud audientes.

§. III.

Efficaciter.

DEtractor nimirùm obligatur famam ablatam 88
resarcire & reparare cum effectu, quantùm in se est, hoc est, debet facere, ut infamatus correcta mala de se opinione apud audientes bonum nomen, & decus suum re ipsa & in effectu recuperet: idque etiam cum suo incomodo majori vel minori, juxta proportionem delicti. (Hoc opus, hîc labor est.) Nimirum.

Crimen falsò impositum apertè retractando.

QUi scilicet famam læsit, alteri scienter falsum 89
crimen imponendo, tenetur postea apertè retractare apud audientes. Certum apud omnes. Hac tamen differentia. 1. Si vir magnæ auctoritatis detraxit, vel infamavit, V. G. Episcopus,

Supe-

Superior, Prælatus, Senator &c. sufficiet dic
apud audientes, se errore deceptum dixisse fa
&c. non tamen tenetur dicere, se mentitum e
faciendo jacturam famæ suæ cum detrimento
publicæ: nam ex una parte talibus ita retract
bus facilè creditur: ex altera autem parte m
malum esset, talem infamari, quàm alterius i
mati. Ex comuni Petrus Navarr. *lib.* 2. *cap.*
375. Lessius *lib.* 2. *c.* 11. *dub.* 20. Molina *tr.* 3.
41. *n.* 2. Tanner. *disp.* 4. *de just. q.* 6. *dub.* 6. *n.*
Laym. *cit. c.* 7. *n.* 1. & alii apud ipsos. 2. Ali
tem comuniter tenentur etiam fateri se men
esse, & sibi imputare debent probrum, qui
culpa fuerunt. Insuper quia homines prope
res sunt ad credenda mala, quàm bona de pro
mo, quòd si audientes nollent credere simplic
retractanti suum dictum, tenebitur detractor etia
adhibere juramentum: ut ex Soto, Banne, u
que Navarro, aliisque docet *Tannerus cit. n.* 1
Non tamen tenetur adhibere testes: si enim e
juranti nolunt credere, ipsis jam imputari debe
injuria falsæ & vanæ credulitatis: si enim ho
retractans sit tam parvæ fidei apud ipsos, eò
minus debebant credere infamanti. 3. Retra
tio falsi criminis omninò fieri debet, non obst
infamia æquali, & periculo damni incurrendi
si quis alterum per calumniam accusavit, aut c
tra alium falsum testimonium scienter dixit, ex
illi mors imminet, manet obligatus calumnia
ad retractandum suum dictum, etiam cum æqu
infamiæ, & mortis periculo: quia in pari ca
se

semper melior est conditio innocentis, quàm nocentis. Tenetur quidem quilibet ordine Charitatis magis diligere suam vitam, famam, pecuniam &c. quàm alterius; sed salvo jure alterius, quod nulli potest eripere Charitas: in proposito autem innocens habet integrum jus ad famam, vel vitam suam: nocens autem ipso facto, quo suâ calumniâ alterum infamiæ & mortis periculo exposuit, censetur amisisse jus ad conservandam vitam vel famam suam, cum tanta injuria proximi innocentis. Est communissima & certissima DD. Sententia, meisque citati omnes, & optimè Bonacina *in 8. Præceptum disp. 10. q. 3. propositione 3. n. 16.* rectè addens, talem calumniatorem teneri etiam admonere alios, quos ad falsum testimonium ferendum induxit, ut falsum retractent: & iis recusantibus tenetur Judici fraudem aperire; quamvis sibi periculum vitæ immineat: dummodò semper credat se profuturum; quia credens se nihil profuturum, non tenetur retractare; cùm nemo ad opus inutile obligetur: tenebitur tamen restitutionem aliorum damnorum facere, cùm illorum causa injusta fuerit. Hæc *Bonacina*. Sed addit meritò Tamb. *lib. 8. Decal. cap. 1. §. n. 6.* Semper juvare, & prodesse, saltem per hominem gravem admonere Judicem de falsitate prædicta: nam certè tunc judex majorem diligentiam adhibebit exquirendi veritatem pro reo. 4. Denique etiam ignotus infamator vel auctor calumniæ, etsi ordinariè non teneatur se prodere ad reddendam proximo famam ablatam; quia ordinariè resarciri

potest proximi fama per interpositas persona
etiam per Confessarium, sine notitia persona
primò infamavit, vel calumniata est; obliga
tamen se prodere in certo casu, quando alit
sarciri non potest fama injustè infamati, ma
per calumniam; & omnium maximè in
Item quando alius pro auctore calumniæ hab
de famâ vel vitâ periclitatur, non obstante a
suo periculo.

Aut veri occulti criminis evulgati opinio
prudenter corrigendo.

901. QUi alium infamavit, verum illius occul
crimen evulgando, certum est, eum deb
adhibere omnia media, quæ utilia putantur ad
ceptam criminis opinionem abolendam, famam
bonam existimationem de proximo læso apud
dientes redintegrandam, quatenus facere pote
mendacio, & sine majori damno proprio, qua
illud, quod infamatus patitur. Certè nunquam
periculo mortis propriæ; esto infamatus à se
vero occulto crimine morte condemnandus
Lessius. Sanch. Petrm Nav. aliisque citatis *Co*
Palaus apud Tamb. *cit. n. 6. fin.* Ratio est:
jam sententia erit justa pro vero crimine: erg
licèt peccaveris contra justitiam crimen illud occ
tum evulgando, non tamen fuisti causa mortis
stæ: ergo non est ratio, cur ad liberandum reum
tam tuam exponere obligeris; etsi alia damna
ta compensare obligatus maneas. Cæterùm
cultas tota est, quænam de facto sint illa media
lia ad hunc finem reparandi famam proximi in
propositò?

II. Ca

II. Certum est detractorem tunc nec debere, nec 91
posse dicere absolutè, se mentitum fuisse, vel falsum dixisse simpliciter, sine aliqua æquivocatione: hoc enim ipsum esset mendacium, quod in nullo casu, & nulla de causa licitum esse potest. Poterit ergò, &, si ad reputandam famam sufficere videatur, debebit dicere, se malè & injustè locutum, injuriam illi fecisse, non rectè advertisse, se errâsse, deceptum esse &c. Sic enim non mentitur, sed verissimè dicet; cùm omnis peccans erret, vel decipiatur deceptione practica, seu practicè, aut à dœmone, aut à propria passione, vel levitate. Ita communis DD. cum D. Thoma 2. 2. q. 62. a. 2. & Scoto suprà *cit.* in 4. d. 15. q. 4. a. 2. Navar. c. 18. n. 45. Molina *disp.* 44. Lessius *cit. dub.* 20. n. 110. Lugo *sect.* 2. *num.* 30. Layman. *cit. lib.* 3. *tr.* 3. *p.* 2. *c.* 7. *n.* 2. Quòd si ejusmodi loquendi formulâ non speres, te apud alios conceptam criminis opinionem tollere posse, præsertim apud peritos, vel astutos, qui intelligentes, talem esse modum restituendi famam, potiùs in concepta criminis opinione confirmantur: tunc

III. Poteris, &, si profuturum speres, etiam 92
debebis uti congrua & prudenti aliqua æquivocatione, seu restrictione mentali: V. g. dicendo: reflexi me, erravi: ipse hoc crimen nunquam patravit; subintelligendo: publicè, & tali modo, ut de eo licitè apud alios loqui possimus; aut eodem sensu: falsum, vel non verum dixi, intelligendo: non verum veritate publica, quæ sola manifestari potest in tali materia: quemadmodum Confessarius

sarius interrogatus de aliquo crimine sibi con negare potest, sibi dictum esse tale crimen nitente, omnium consensu. Ita contra Les & alios Sanchez *lib. 3. moral. cap. 6. n. 12.* *eodem n. 30. ad finem.* Quod si verò neque modus sufficiat, vel profuturus videatur ad randam famam, aliqui volunt posse, & debere am dicere, se mentitum esse: intelligendo: contra mentem suam vel opinionem specula de veritate rei, sed contra dictamen, & noti practicam, qua novit crimen occultum pro non posse licitè dici apud alios. Et hunc mod esse licitum, fatentur etiam *Lessius & Laym.* At verò esse necessarium, negant DD. comm cum *D. Thoma & Scoto cit.* etsi aliqui affirm *Ratio est:* quia iste modus restituendi difficil est, quàm ut à persona, præsertim gravi, & m magis à simplici exigi possit. Denique si dictorum succedat.

93 IV. Obligaberis infamato aliquam æquiva tem compensationem famæ facere: utpotè, ties occasio se præbet, eum vel in eadem ma in qua diffamâsti; vel in alia materia ob alia tes, laudando, honorem ei deferendo, de eo bo rificè loquendo, vel cum eo honorificè ag coram aliis, apud quos antea diffamaveras; usque tantum moraliter famæ & honoris ei per accedat, quantum detraxeras, prudentis arbitr fama enim læsa resarcienda est, quocunque m dem modo moraliter possibili. Communis D cum *Laym. & Lugo cit.*

Dic

Dices. Si diffamatum à te in una materia, v. g. 94
Castitatis, laudes in alia materia, v. g. pietatis, justitiæ &c. nullo modo restituis famam ablatam, sed remanet is æquè infamis in castitate, sicut antea: ergò iste modus nihil conducit ad restituendam famam. R. N. conseq. licèt enim non sit eadem numero fama, quæ redditur, est tamen in eodem genere bonorum, ita ut videatur æquivalere famæ amissæ, sicut si alicujus singularem pretiosam gemmam in flumen abjecisses, deberes restituere ejus pretium, licèt is eo pretio nec eandem, nec similem gemmam comparare posset: quia ad usus humanos jam habet æquivalens, ita in casu nostro.

Contra: Qui diffamatum de aliquo crimine 95
solùm honorat coram audientibus, nec famam restituit, nec aliquid æquivalens in eodem genere; honor enim & fama non constituunt idem genus bonorum, sed diversa: ergò talis modus non sufficit, nec consequenter debetur: ideò enim dicemus *Sect. seq* non posse, nec debere famam ablatam pecuniâ compensari; quia sunt in diverso genere bonorum. R. N. conseq. & paritatem cum pecuniâ: quia licèt in rigore speculativo honor sit diversum genus bonorum à famâ, est tamen ita affine & adeò connexum cum fama, ut ad humanos usus pro eodem ferè reputetur; licèt enim honor non sit fama, est tamen famæ seu bonæ existimationis de proximo testificatio: ideóque per honoris augmentum coram aliis, etiam fama censetur resarciri, & augeri, etsi non eadem numero, tamen in æquivalenti: alia longè est ratio de pecunia,

nia, quia pecunia ad usus humanos nullo modo
quivalet famæ, vel supplet pro fama amissa, ne
ad idem deservit, ut ex se constat.

Dubium incidens.

96 QUi crimen verum sibi in judicio objectum
gat, & sic indirectè dat causam infamiæ
cusatori, vel testibus, quippè qui exinde de fal
te & calumnia notantur, & infamantur, ten
túrne is restituere famam sic ablatam? Com
nis DD. Sententia sic distinguit.

97 I. Si reus in judicio non juridicè interroga
ita neget crimen objectum, ad nihil tenetur ac
satori, vel testibus. Communissima cum Sc
cit. q. 4. a. 5. Ratio est: quia reus non juridicè
terrogatus post infamiam vel indicia sufficienti
non tenetur confiteri crimen occultum, & obj
ens, vel accusans, aut testificans de crimine occ
to sibi ipsi imputare debet, si sibi infamia seq
tur ex eo, quòd incautè alteri objiciat crime
quod sufficienter probare non potest, ut opti
declarat Scotus ibid. a. 6. addens autem. *Sed re
manet difficultas, si peccat mentiendo pro se? d
rum videretur, quòd quilibet accusatus in pub
ab uno statim teneretur de necessitate salutis in p
blico confiteri illud, & sic statim exponere se pati
in judicio sanguinis, sed habendo oculum non ta
tùm ad pœnam, sed ad honestum, & inhonestum
non apparet, quòd iste honestè & secundùm rect
rationem debeat confiteri corã tali judice, quia i
plusquàm quicunque alius accusans singularis, a
ferret sibi famam, quia confitenti contra se inju*

cio creditur. Quid ergò? canta est responsio Juristarum: nego proposita, ut proponuntur, & hæc quidem sine mendacio possunt dici in proposito, quia proponuntur in publico, & ut publica, & publicè probanda: sic autem negare ea potest quis, si scit, ea non posse probari in publico. Hæc Scotus. Facilè ergò mendacium vitabis negans, congrua & notissima restrictione mentali, v. g. non feci; intelligendo: eo modo, ut de hoc publicè interrogari possim, vel respondere tenear.

II. At verò si reus juridicè interrogetur à Judi- 98
te, post infamiam, vel semiplenam probationem; & tamen crimen negat, communis sententia affirmat, eum debere modo competenti restituere famam accusatori vel testibus inde in fama sua læsis. Ita pluribus citatis Molina *tr.* 8. *disput.* 43. Ratio est: quia tunc tenetur reus fateri veritatem: ergo negando crimen objectum, injustam causam præbet infamiæ accusatoris, vel testium; consequenter restitutioni obnoxius fit. Oppositam tamen negativam cum aliis optimè docet Lugo *tit. disp.* 15. *sect.* 1. *n.* 14. Ratio est: Tum quia communiter ex ea negatione ordinariè non sequitur grave damnum vel infamia accusatori, vel testibus, omnes enim supponunt reum voluisse se defendere, si quo modo posset, negando suum crimen: nemo enim ferè est, qui sponte confiteatur, nisi plenè convictus, vel tortura coactus ad confitendum. Tum maximè: quia reus negando crimen, non est causa positiva infamiæ accusatoris; sed negativa tantùm, quatenus eum non adju-

adjuvat fatendo, ad veram faciendam ejus accu-
tionem, & defendendum eum ab infamia, q
posset; ad quod certè ipse non tenetur ex justi
ideóque negando non infert accusatori, vel te
bus injuriam: in hoc ergò casu infamia, si que
tur accusatori, vel testibus, non oritur à reo,
ab accusatione non probata: qua reus negat,
priè loquendo; sed quia accusator propos
quod plenè non probatur. Vide latius *Lugo*
& ab eo citatos.

§. IV.

Apud audientes immediatè omnes; a etiam mediatos &c.

99 CErtum apud omnes, infamantem obl
prædictis modis restituere famam pr
apud omnes immediatos audientes, coram
bus ipsemet famam proximi notabiliter læs
tractione vel calumnia: apud hos enim infam
immediata causa fuit infamiæ & damni pro
At quid si primi immediati auditores tui, quo
dinarie fit, auditum crimen, seu falsum, seu
rum occultum, etiam aliis referant, & no
faciant; sicque infamia propagata fuerit, n
berisne tu primus infamans, etiam apud ho
diatos audientes famam proximi resarcire? N
gant aliqui absolutè cum nostro Philippo Fabe
4. d. 15. q. 3. Quia cùm verba in infinitum p
mulgentur, aliis referentibus, impossibile est,
tractorem apud omnes satisfacere. Nos dicim
quòd sic, cum hac limitatione.

Si voluntaria causa fuit, ut alii audirent.

I. CErtum apud omnes esse debet, si detractor 100
alterius crimen detegit ea directa intentione, aut etiam jussu, suasu, alióve simili modo ad hoc movit audientes, ut etiam aliis manifestarent ad propagandam infamiam proximi, teneri eum ex justitia (saltem in defectum primorum suorum audientium,) famam restituere apud omnes, ad quos criminis notitia pervenerit: quia ipse ex directa intentione causa principalis fuit; alii verò solum quasi ejus instrumenta fuerunt totius infamiæ propagatæ, ut ex se patet. Unde & tenebitur ad eum finem à primis audientibus inquirere, an aliis, & quàm multis, ac quibus dixerint? ut notat Lugo *tit. disp. 15. sect. 2. n. 15.* Contra verò certum quoque est apud omnes, si detractor nullo modo intendat, ut primi audientes crimen auditum aliis evulgarent; utpotè, quia dixit alicui, vel aliquibus sub secreto, seu prævia adstipulatione silentii, vel talibus personis bonis & gravibus communiter reputatis, quas prudenter judicabat rem ulteriùs non evulgaturas, eæque contra omnem suam opinionem aliis evulgent; tunc non teneri detractorem restituere famam coram aliis mediatis audientibus, sed sufficere apud ipsos tantùm immediatos audientes retractare: quia tunc respectu tui per accidens est ipsorum révelatio; & infamia ulterior infamati ipsorum malitiæ, vel imprudentiæ imputanda est.

II. Si sine secreti stipulatione aperuisti crimen 101

alterius hominibus leviculis & garrulis, qu
prævides aliis & aliis facilè evulgaturos, omn
teneberis detractor etiam coram illis aliis medi
auditoribus famam resarcire, in defectum imm
diatorum audientium, & ulteriùs evulgantium.
Ita communis, & re ipsa verissima Sententia D.
Petrus Navar. *lib.* 2. *c.* 4. *n.* 443. Lessius *lib.*
c. 11. *dub.* 20. *n.* 111. Lugo *cit. sect.* 2. *num.*
Ratio urgentissima est: quia tunc detractor da
num futurum prævidit, vel prævidere prude
omninò debuit, ideóque indirectè saltem vol
atque adeò totum illud damnum & infamia ub
rior subsequens est ex formali injuria detracto
primi: ergò tenetur resarcire apud omnes to
damnum; quippè cujus totius injusta causa fu
Quòd si sit impossibile resarcire apud omnes, u
dixit noster Faber supra, per accidens erit, &
tenus detractor excusabitur per impotentiam:
terim per se obligatus manet, & non excusatu
sarcire apud eos, apud quos potest: sicut qui de
mille, & solvere non potest, non excusatur
vendis centum, quæ solvere potest. Ait L
cit.

202 III. Verùm licèt hæc Sententia speculativè
stando in vi rationis verissima sit, in contrarium
men videtur stare praxis, tam pœnitentium doc
ctorum, qui abundè credunt se satisfeciisse, si
men falsum, vel verum occultum à se evulgat
retractent coram immediatis primis suis audito
bus, quàm etiam Confessariorum proborum
doctorum, qui ad hoc solùm obligant pœniten

ut apud eosdem retractent, apud quos primò dixerunt; nisi directè ulteriùs evulgare voluissent: nec unquam memini, me aliquid ampliùs exegisse in hoc casu frequentissimo, nisi fassi sint, se ita intendisse, & voluisse, ut res ampliùs evulgetur. Et certè fatendum est in praxi, defacto communiter detrahentes excusari ab hac obligatione resarciendi famam apud alios mediatos audientes: tum propter impotentiam moralem, ut dicebat Faber: tum maximè, quia eo ipso, quo detractor apud immediatos audientes retractat suam detractionem, vel calumniam, censetur implicitè iis committere, & ipsi (si nihil contradicant,) in se suscipere, ut & ipsi hanc suam retractationem apud alios evulgent, quibus ipsi dixerunt, ut optimè declarat Lugo *cit. num.* 16.

IV. Cæterùm si denigrâsti famam proximi co- 103
ram audientibus, quos nec probos, vel graves, & tacituros, nec improbos, leves, ac garrulos judicâsti, abstrahendo, an ulteriùs propalaturi sint, nec ne, ut sanè sæpissimè fit in praxi; meritò censet Tamb. *lib.* 9. *Decal. c.* 3. §. 5. *n.* 5. te non teneri restituere famam, nisi apud istos immediatos audientes; non item coram aliis, quibus ipsi rem evulgârunt: cùm enim nemo sit præsumendus malus, vel malè locuturus, si tu ita præscindas, non censeberis cooperari cum ipsorum peccato, & ulteriori damno ac infamia proximi; ideóque immunis esse ab hac obligatione restitutionis ulterioris. Denique sermo semper fuit de obligatione justitiæ: nam si quis videat, ex sua prima infamatione, præ-

sertim de crimine falso, aliquem apud alios pal
traduci, auditoribus suis immediatis non refer
entibus famam, utique tenebitur ex Charita
modo aliquo convenienti, hoc proximi damn
impedire: imò probabiliter etiam ex justitia, q
revera à parte rei primus injustam causam det
ejusmodi injustæ diffamationis propagatæ: id
certissimum est, si apud primos audientes non
retractavit, iique crimen illud verum, vel non
um putantes, licitè se evulgare existimant.

Dubium incidens.

Quid de audientibus detractionem?

204 CErtum apud omnes, injustè detrahentes v
luntariè & sine justa causa audire, & cùm
cilè possis, non impedire, esse peccatum mort
ex genere suo; aliquando contra justitiam: a
quando contra Charitatem tantùm. *Commun*
Et constat ex Scripturis Proverb. 4. *Remove à te*
pravum, & detrahentia labia sint procul à te. E
ad Roman. 1. de detractoribus, aliisque pecca
ribus subjungit Apostolus: *Quoniam qui ta*
agunt, digni sunt morte: & non solùm qui ea fa
unt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Ad
omnis voluntariè & sine justa causa auscultans
trahenti, eo ipso directè, vel indirectè consen
detrahenti: ergò similis peccati reus est. Un
nervosè D. Bernardus lib. 2. de considerat. ad E
gen. *Detrahere, vel detrahentem audire, utru*
horum detestabilius sit, non facilè dixerim. D
autem 1. *Voluntariè*: non enim potest pecca

qui contra voluntatem suam coactus debet interesse detrahentibus, nec impedire potest, ut maximè famuli inservientes mensis, ancillæ &c. 2. *Sine justâ causâ*: nam ob causam rationabilem, & bonum finem detrahentem audire, apud omnes culpâ vacat. 3. *Est peccatum ex genere suo mortale*; juxta dicta de ipsa detractione. 4. *Aliquando contra justitiam; aliquando contra Charitatem tantùm*: ad hoc dignoscendum, quando sit peccatum mortale contra justitiam, vel contra Charitatem tantùm, pono breves & claras.

RESOLUTIONES.

I. AUdiens detrahentem coram aliis, ita ut positivè cooperetur ad detractionem faciendam, vel continuandam, inducendo, provocando, interrogando, adjuvando, annuendo, laudando, adulando, vel approbando, ita ut ejus laus, approbatio, vel complacentia vera causa sit detractionis factæ, vel auctæ, peccat mortaliter contra justitiam, ac ad restitutionem obligatur respectu infamati; quia positivè ad illius damnum cooperatus est: insuper peccat mortaliter peccato scandali contra Charitatem respectu detrahentis, quem positivè ad peccatum inducit, vel confirmat. *Omnes cum D. Thoma cit.* Eóque sensu verissimè dixit D. Bernardus modò relatus. Excusari tamen à mortali convenit, si quis ex curiositate vel levitate ab alio privatim crimen alterius expiscetur, absque intentione aliter lædendi: aut si putet detractionem exiguam vel levem fore, & præter ejus opinionem detractor in gravem infamiam erumpat, ut ex *Molina* notat Laym. *cit. c.* 3. 105

II. Qui

106 II. Qui audit detrahentem solùm consentiens, approbans, gaudens, complacens in detractione & injustam infamationem alterius, absque tamen omni positiva cooperatione, & influxu, peccat etiam mortaliter peccato odii contra Charitatem tantùm; non item contra justitiam; ideóque nullam restitutionem obligatur. Omnes cum Thoma *cit. q. 73. a. 4.* Navar. *c. 18. n. 37.* Mol. *disp. 34. n. 2.* Lessius *cit. dub. 4. n. 20.* Laym. *tr. 3. p. 2. c. 3. n. 14.* Ratio est: quia consentire, complacere, vel lætari de malo alterius, absque ulla positiva externa cooperatione ad illud malum Charitati tantùm, non autem justitiæ adversatur. Excipe: nisi quis ex justitia teneretur, & posset illud malum impedire, de quo mox infrà. Quin etiam si quis tunc complaceret, vel delectaretur, non de damno proximi formaliter, sed materialiter tantùm ob rei novitatem, mirabilem praxin, ob facundiam detrahentis, leviter, vel tam lepidè recensentis, vel exaggerantis factum alterius, peccatum venialiter non excederet. Ut notat cum *Molina & Lessio Laym. cit.*

107 III. Qui audit injustè & moraliter certò detrahentem, merè negativè se habens, & solùm non impediens, cùm facilè & commodè posset, per correctionem fraternam, redarguendo expressè vel tacitè, adhuc peccat mortaliter ex genere suo contra Charitatem, & præceptum correctionis fraternæ: idque duplici respectu: & respectu ipsius detrahentis, non impediendo ejus peccatum & ru-

& ruinam spiritualem; & respectu infamati, non impediendo ejus damnum famæ. Non autem peccat contra justitiam; quia supponimus eum nullo modo positivè cooperari ad damnum alterius; ideóque ad nullam obligabitur restitutionem. Exceptò, si quis ex justitia, hoc est, ex officio, vel contractu obligatus esset impedire peccatum unius, & damnum alterius: ut maximè sunt Consiliarii respectu Principis, Prælati respectu subditorum &c. qui non impedientes detractiones suorum, vel contra suos, contra justitiam peccant, & ad restitutionem, ac famam resarciendam, per se, vel per detractores subditos obligantur: ut ex communi notant Lessius *c.* 11. *dub.* 23. Tanner *disp.* 4. *de Just. q.* 4. *dub.* 6. *n.* 153. Lugo *disp.* 14. *Sect.* 8.

Sed nota per omnem modum ad ingens solatium scrupulosorum, & timoratorum notanter dictum: *injustè & mortaliter certò detrahentem &c.* Non ergò peccat, saltem graviter, qui audit, nec impedit detrahentem, vel malè loquentem de proximo: sed 1. *non injustè*, sed justè ob aliquam causam excusantem ex assignatis Assert. 4. §. 4. Sect. præced. 2. *non mortaliter*, utpotè in re jam notoria aut in materia levi, aut in materia gravi, sed coram te solo, vel uno aut altero solo prudente non evulgaturo; aut coram multis, sed probabiliter nullam fidem habentibus. 3. *non certò* injustè, & mortaliter detrahentem; utpotè quando non constat, an malè loquens de alio, eum injustè infamet, & mortaliter peccet; quia forte habet justam causam, vel forte crimen jam est notorium, 108

non ampliùs occultum. Placent verba Bonacin
de restitut. d. 2. q. 4. propositione 11. dicentis: q
audiens non debet in dubio præsumere loquen
malum, nisi habeat sufficientem conjecturam
contrarium, & cùm ipse nesciat, an delictum, qu
narratur, sit publicum, vel occultum; & utr
justè narretur, non peccat non resistens narrati
fieri enim potest, ut justè narretur, & consequ
facit injuriam narranti obsistendo, si corripere
peccato, quod nescit esse peccatum. *Sic Bon
cina.* At quid si audias detrahentem ex incul
bili errore vel inadvertentia, adeóque sine pecc
& injuria formali, teneberisne adhuc corrige
& non corrigendo peccabis? R. Omninò qu
sic, quia causa excusans detrahentem à pecc
scilicet error, vel inadvertentia non reperitur
te, ut supponimus, sciente & advertente injur
& damnum grave inferri proximo, ideóque
ipse excusetur à peccato, non tamen tu excusa
ab obligatione impediendi damnum proximi,
à peccato, si non impedias.

109 IV. Cæterùm eædem causæ excusantes à p
cato correctionis fraternæ, ut scilicet quis pr
mum peccantem corrigere non teneatur, etia
hîc excusant, ut quis non teneatur impedire det
ctiones per directam correctionem detrahen
utpotè si persona non sit idonea ad corrigendu
si nullus fructus speretur, imò gravius malum
meatur, vel tibi ipsi, v. g. convitia, rixæ &c. v
alteri tertio, utpotè graviores detractiones, calu
niæ &c. sæpè enim fit detractorem ex correctio

ne tantùm magis irritari ad magis confirmandas, & augendas detractiones, plures defectus evomendo, etiam perjuria, calumnias, blasphemias, &c. quibus casibus correctio sine culpa & prudenter omittitur: sæpè etiam magis consules infamato: si tacendo permittas detractionem usque ad finem progredi, quàm si illam mox inchoatam abrumperes: si enim subitò abrumpas re non tota narrata, audientes ex illa cognitione confusa, vel detractione plerumque deteriora concipient crimina, quàm revera sunt, vel esse cognoscerent, si narratio tota audiretur, ut sapienter advertit Tamb. *cit.* c. 3. §. 7. *n.* 14. Rursus sine culpa mortali, etsi non sine veniali, omittitur correctio ab apto corrigere ex negligentia, verecundia, timiditate &c. nisi audiens superior esset, aut grave valde damnum timeretur. Ex quibus omnibus patet, æquales raro inferiores verò vix unquam peccare mortaliter, non impedientes detractiones per positivam correctionem, ut plurimis citatis notat *Lugo cit.* Tandem excusatus à correctione directa detrahentium, adhuc tenetur, quantùm commodè facere potest, corrigere, & impedire, saltem indirectè, ostendendo suam aversionem, displicentiam, vel non consensum, v. g. discedendo à loco, sermonem aliò divertendo, aut tacendo, vultum torvum, vel tristem ostendendo: nam ut dicitur Proverb. 25. v. 23. *Ventus aquilo dissipat pluvias, & facies tristis linguam detrahentem.*

SECTIO V.

De causis excusantibus à restitutione famæ & honoris.

SUMMARIUM.

110. Prima causa à restitutione famæ excusans est ce damni;
111. Ut I Si à principio ex tua detractione, vel calumnia nullum secutum sit damnum famæ, vel honor
112. II Fama postea aliâ viâ recuperata sit; aut
113. III. Infamia progressu temporis oblivione omnium sit apud audientes; aut
114. IV. Si crimen à te evulgatum, postea aliunde pacis
115. Secunda causa à restitutione famæ, vel honoris exc est remissio læsi.
116 Expressa vel tacita.
117. Tertia causa excusans est compensatio mutua, scil. infamatus te vicissim infamavit (adhi quatuor observanda.)
118. Verius autem est, non licere ita compensare famam directè, & præcisè per modum compensati
119 Sed per accidens, indirectè & per modum defensio
120. Quarta causa certò excusans est impotentia phys moralis, quamdiu durat. Unde
121. Vel cum notabiliter graviori detrimento propriæ
124. Vsque ad n. 30 Nec etiam probabilius, si alter possit, tenetur eam compensare pecuniâ, ei Judex in pœnam criminis imponat.

§. I.

Cessatio damni.

110 PRima latè patens causa excusans est, si ces damnum ex tua detractione, calumniâ, tumelia &c. quando enim cessat ratio & causa

stitutionis faciendæ, cessat etiam effectus & obligatio ipsa: tota autem ratio & causa restitutionis faciendæ pro læsione famæ, & honoris, est damnum illatum; ut dictum est: ergò cessante damno, cessat & obligatio restitutionis. Utpote

I. Si à principio ex tua detractione vel contume- 111
liâ revera proximo nullum secutum est damnum famæ vel honoris; utpote quia audientes non crediderunt detractori, vel non intellexerunt, de quo detractor locutus sit, vel quia per alium corrigentem mox infamia impedita est &c. Quæ omnia patent ex dictis.

II. Si infamato postea aliâ viâ fama recuperata 112
sit; utpote propria purgatione, bonorum virorum testimonio, sententiâ Judicis, aut vitæ ipsius probitate, seu experientiâ ipsâ comperta sit falsitas infamiæ: debet tamen adhuc tunc restitui pro damno alio temporali, si quod ex infamatione tuâ passus est infamatus, juxta dicta *Assert. 5. §. 1. fin.* atque etiam pro expensis, si quas fortè fecit infamatus pro fama sua recuperanda: ut ex communi notat Lugo *disp. 15. sect. 3. n. 35.* Quem vide.

III. Si infamia illata progressu longi temporis 113
oblivione omninò deleta sit apud audientes: tunc enim rursus cessante damno, cessabit ratio compensandi illud. *Communis DD. Navarrus uterque, Laym. Lugo citt.* Quo casu prudentia maxima desideratur, quando de hac oblivione non satis constat: quia aliquando multò magis periculosum erit retractando renovare memoriam apud audientes, quæ fortè jam penitùs evanuerat, aliquando

quando verò licèt auditores nunc non recordentur, periculum tamen esse potest, quod damnum sione excitentur rursus species consopitæ, & moria simul cum infamia reviviscat. Quid in hac perplexitate debeat facere detractor, consulere Confessarius, difficile est judicare. cet judicium & regula Cardinalis de Lugo *n.* 35. Detractorem debere prudenter pe quid rationabiliter velit ipse infamatus, circumstantiis præsentibus fieri à detractore do enim præsumitur, eum velle potiùs, quòd moria apud audientes non renovetur: liber detractor ab onere restitutionis. Ad hoc dijudicandum optima regula erit, si consideret, quid ipsemet velit in eo rerum & circumstantiis secum fieri; & hoc ipsum infamatum ipse præstet, sicut alios in iis stantiis vellet secum se habere. *Hæc Lugo.* dens tamen *n.* 36. *ex Molina*, detractorem su, etsi non obligetur ad retractandum, debere men aliam compensationem facere, laudando matum apud alios, vel honorando, ita ut faciat pro illo periculo remanente, ne fortè auditorum, vel nunc, vel postea recordetur: etsi infamatus in iis circumstantiis nolit retractionem fieri ob majus periculum imminens vationis memoriæ, fortè jam penitus oblitera sed potiùs velit subire periculum minus; quod san aliquis auditorum deinceps recordetur, tamen ipsum minus periculum imminens, est quod damnum ortum ex injuria præteritæ detr

ctionis; ergo detractor manet obligatus etiam ad compensandum hoc damnum modo aliquo congruo, ut dictum est.

IV. Si infamatus à te de crimine occultò, po- 114
stea aliâ viâ famam amisit in eadem materia, scilicet quando crimen occultum alterius à te injustè evulgatum, postea aliis mediis independenter à tua prima detractione factum est publicum, seu notorium notoreitate juris, vel facti, juxta latè dicta *Sect.* 3. §. 4. tunc omninò cessat obligatio restituendi famam à te primò læsam, secundùm omnes. *Ratio est*: quia infamatus per illam aliam publicationem sui occulti criminis omninò amisit jus ad suam famam respectu illius criminis: ideoque tunc non magis teneberis ad restitutionem, quàm si à principio tuæ detractionis, eum in eo statu inveniss es, ubi jam eum infamem invenis; cujus infamiæ causam nullo pacto dedisti. Ait Lugo *cit. num.* 37.

§. II.

Remissio læsi.

SEcunda causa liquida excusans à restitutione 115
famæ (& similiter honoris) est, quando ipse infamatus spontè, expressè vel tacitè, remisit, vel condonavit, citra tamen præjudicium vel injuriam aliorum. Communis. Molina *disp.* 46. *concl.* 5. Lessius *c.* 10. *dub.* 24. Laym. *cit. c.* 7. *n.* 5. Lugo *cit. num.* 38. Ratio est: quia sicut quilibet est dominus famæ suæ, ut possit eam citra peccatum grave ipsemet prodigere, nisi sui infamatio cederet etiam in infamiam vel injuriam aliorum, ut

ut Sect. 1. dictum, ita potest validè remittere, condonare alteri restitutionem famæ suæ, quatenus ad se attinet, dummodò ejus infamatio non redundarit in aliorum præjudicium, vel infamiam Religionis aut alterius complicis &c. tunc enim ejus condonatio vel remissio aliis præjudicabit, infamans manebit obligatus adhuc aliis infamatis famam reparare: ut omnes observant. Exempla obvia.

116 Dixi *expressè vel tacitè*: sicut enim in aliis creditis, v. g. debitis pecuniariis, ita etiam in hoc debito restitutionis famæ vel honoris, ad eam obligationem tollendam, sufficit etiam tacita, præsumpta, vel interpretativa voluntas læsi, seu illius qui condonare potest, qui si in tali dispositione sit, vel eo affectu in infamatorem vel contumacem sum, ut si interrogaretur, vel rogaretur, libenter condonaret, adeò ut non sit nunc invitus, saltem quoad substantiam, quòd sibi fama vel honor restituatur, id omninò sufficiet, ut talis restitutio omitti possit. Idque à fortiori verum est in re non raro; sicut enim aliqui, qui cùm infamati fuerint, postea ægerrimè ferunt eorum memoriam recari, maluntque rem totam tacitè dissimulari: tunc enim, prætermissa retractione, vel veniæ petitione præstabit aliis officiis, laudando, honorando, benefaciendo, hominis animum demulcere: ut ex communi notant *Molina*, *Layn.* *citt.* Atque hac ratione puto ego communiter homines, maximè plebeos inter se excusari à restitutione famæ; cùm enim plerumque sciant etiam

etiam ab aliis passim detrahi, nequ eunquam restituui, nec ipsi restitutionem exigant, censeri possunt sibi invicem velle remittere debitum restituendi: aut certè velle, uti mutua compensatione in non restituendo, juxta probabilem sententiam, de qua mox. Hoc tamen in particulari ex circumstantiis personarum prudenter dijudicandum.

§. III.

Compensatio mutua.

TErtia causa excusans à restitutione famæ satis communiter allata, est justa compensatio mutua: quando scilicet à te injustè infamatus, te viciſſim infamavit, & is tibi famam restituere nolit, neque tu teneberis restituere, quousque restituat ille. Ita valde communiter DD. *Toletus*, *Sanus*, *Angelus*, aliosque innumeros allegantes Molina *disp.* 49. Lessius *c.* 9. *dub.* 25. Laym. *c.* 7. *n.* 5 Diana *p.* 2. *tr.* 5. *miscel. resol.* 30. & ob auctoritatem tot Doctorum probabilem censet Lugo *disp.* 15. *sect.* 3. *n.* 44. Ratio tota sumitur à simili: quia sic possum non restituere debitum pecuniarum creditori meo, compensando illud cum alio debito, quod is mihi aliunde ex contractu, vel delicto debet, & recuperare alio modo facilè non possum; sic possum non restituere tibi famam, seu non satisfacere tibi pro infamia illata, si tu non vis restituere, & satisfacere mihi pro infamia, quam mihi sive prior, sive posterior intulisti: ut proinde etiam hic locum habeat communis regula, quòd non cogaris jus suum alteri reddere, si ille recuset tibi reddere tuum. *Ita Doctores illi.* 117

Intel-

Intelligentes tamen 1. de restitutione famæ, in alios non redundat : nam si in alios etiam dundet tua infamatio, non poteris, ita compe re, ut ex se patet. 2. Ut servetur æqualitas enim graviùs infamâsti eum, qui te sive ante postea infamavit non ita graviter, non poteris pliciter uti compensatione, sed teneberis re tuere excessum, seu id, in quo superâsti alte infamiam etiam tibi illatam, ut sic utraque infa tio æqualis reddatur: quia excessum illum in detines; non enim licet uti compensatione graviori damno alteri illato. 3. Si verò non fis satisfacere quoad partem, vel excessum illa nec laude vel honore compensare; adhuc pote nihil restituere, sicut si accepisti ab altero a lum valentem centum florenos, poteris inte retinere, donec alter restituat tibi vas argente valens quinquaginta tantùm; docent plerique citatis. 4. Denique restituente tibi altero fa tuam, utique etiam restituere debebis; nisi ho jam ex pacto facta esset compensatio utriusque juriæ, tunc enim uterque manebit liber. Ita co munis illa Sententia (fateor cum *Lugo* intrin ob auctoritatem tot Doctorum) omninò pro bilis: at verò intrinsecè sistendo in ratione acq scere nunquam potui; eamque simpliciter ciunt DD. mox citandi. Adeoque

118 Verius omninò est, non licere ita compen famam per se directè & præcisè per modum co pensationis. Ita Major *in* 4. *d.* 15. *q.* 16. Nav *man. c.* 18. *n.* 47. Petr. Navar. *c.* 4. *n.* 395. C

jetanus 2. 2. *q.* 62. *a.* 2. Valentia *ibid. disp.* 5. *q.* 4. *punct.* 3. Tanner. *disp.* 4. *de just. q.* 6. *dub.* 6, *n.* 155. Lugo *Sect.* 3. *n.* 44. alii apud ipsos. Ratio à priori est: quia diversa longè est ratio compensationis in debitis pecuniariis, quàm in debitis famæ; nam in debitis pecuniariis seu bonis fortunæ, compensatio ordinatur ad recuperandum omninò id, quod tuum est, & ad ponendam æqualitatem: si enim debes alicui centum, & ille totidem tibi decet, retinendo centum, retines quod tuum est, & ponitur æqualitas clara; unde ulteriùs in debitis pecuniariis ita licita est compensatio, ut non solùm licitè possis retinere, seu non restituere, quod debes, ut modò dictum, sed etiam possis aliquid de novo accipere occultè de bonis debitoris ad compensandum tibi, juxta communem doctrinam in materia de furto *c. seq.* Atqui in debitis famæ hoc minimè reperitur: nam per infamiam alienam non restituendo, & quasi detinendo apud te famam alterius à te infamati, tu nullo modo recuperas famam amissam ab altero ablatam, nec formaliter, nec æquivalenter, sed ambo manetis æquè infames apud audientes, sicut antea: ergo illa retentio seu non restitutio famæ alienæ, non ordinatur, nec tendit ad ponendam æqualitatem, nec ad rem recuperandam per modum compensationis, sed ad læsionem proximi continuandam, per quam satisfiat tuæ indignationi per modum vindictæ, quam tu propria auctoritate non potes sumere. Et hinc ulteriùs hæc tota ratio est, cur ad eum finem compensationis non

liceat de novo infamare eum, qui te prius infa-
vit, quia scilicet per id non recuperas famam
am, sicut non licet repercutere eum, qui te p
cussit: quia per hoc non recuperas damnum
um, ideoque utrobique non est compensatio,
vindicta. Et hoc secundum sanè fatentur Ad
sarii; ideoque minus consequenter loqui, bea
guit *Lugo cit.* si enim ad compensandam fam
tuam ablatam licet detinere, seu non restituere
mam alienam, cur ad eum finem infamatore
non liceat de novo infamare, ejus famam aut
do? sicut dictum est licere in compensatione
torum pecuniariorum: in cujus compensa
nis tamen similitudine fundatur oppositæ
tentia.

119 Dixi autem: *id non licere per se directè pr*
dum compensationis præcisè: nam per accide
directè, & per modum defensionis id licere alio
do, libenter fatemur. Sic enim intra vel extra
dicium infamatus, vel infamandus graviter ab
licitè detegis occultum crimen infamatoris
non solùm quando id juvat ad enervandam &
tenuandam ejus fidem, circa calumnias, ve
mina, quibus te infamavit injustè: ut ex con
ni diximus *Sect.* 3. §. 4. sed etiam ad eum fi
ut eum compellas, ut desideriô suæ famæ re
randæ desistat à te infamando, tibique famam
ablatam restituat; túque vicissim postea famam
stituas ipsi: ut benè infert Lugo *cit. n.* 52.
sicut ob defensionem tui potes eum infamare,
famam ablatam non restituere, ad debilitan

ejus testimonium, sic poteris ob eandem defensionem eum infamare, vel famam non restituere, ut resipiscat, & cesset ab injuria tuæ famæ inferendæ, vel continuanda: nam injustum aggressorem utroque titulo & motivo potes licitè percutere, tum ad eum debilitandum, ne possit te occidere; tum ut ipse metu vulneris vel mortis sibi inferendæ desistat à te invadendo: uterque enim modus comprehenditur sub justa & necessaria defensione. Similiter est in proposito: ut ad eundem finem famam jam antea sibi ablatam interim retinere possis, quousque ipse à te infamando cesset, famámque tibi restituat.

§. IV.

Impotentia moralis.

Quarta causa certò excusans à restitutione famæ, saltem ut differri possit ad tempus; quamdiu durat, est impossibilitas; cùm ultrà possibile nemo teneatur: intelligendo non tantùm de impossibilitate physica, ut si auditores tuos, apud quos alteri detraxisti, nullo modo amplius convenire possis, sed etiam de morali; quando nimirum restitutio famæ, vel honoris fieri non potest absque notabiliter graviori proprio damno: tunc enim alter non potest esse rationabiliter invitus, sed rationabiliter ex lege & ordine Charitatis contentus esse debet, sibi non fieri restitutionem, sicut & ipse vellet fieri secum, adeoque permanente eo casu restitutionem remittere. Et hinc 120

I. Nullus tenetur famam, vel honorem restitu- 121

ere cum evidenti periculo vitæ propriæ, nisi eo
lo casu, quo infamans per calumniam falsum
men imponendo, infamatum ultra infami
etiam in periculum mortis injustè conjecisset,
quo jam supra dictum. Communissima *DD.*
citt. Ratio sumitur ex Regula illa communi:
na inferioris ordinis non esse restituenda cum
trimento bonorum superioris ordinis: sed vi
bonum multò superioris & altioris ordinis:
fama; sicut & fama, quàm bonum fortunæ:
sicut bona fortunæ non sunt restituenda cum
mento gravi famæ, ex dictis suo loco, ita
ma non erit restituenda cum periculo vitæ prop
si nimirum agatur de sola fama alterius: secu
etiam agatur de vita alterius per calumniam
infamati; quia tunc in pari causa melior eva
conditio innocentis, ut suprà dictum.

122 II. Adverte tamen, illam regulam: *bona*
rioris ordinis non esse restituenda cum detri
bonorum altioris ordinis: esse sanè intelligen
quando nimirum jactura bonorum altioris ord
in prudenti æstimatione est longè majus detri
tum, quàm damnum inferioris ordinis, po
deberet restitutio fieri, alioquin regula non es
ra, ut alibi ostensum de obligatione adulteræ
mirum eam quidem regulariter non teneri ap
suum crimen cum periculo vitæ, nisi quando
necesse esset ad impediendum majus damnum
no cõmuni imminens ex eo. V. G. quòd in pr
patu vel regno succedat filius spurius, cum ma
Reipublicæ damno, ob ejus perditos mores,

hæresin. Sic in proposito licet infamans regulariter non teneatur restituere famam cum periculo vitæ propriæ, nisi quando infamato simile periculum vitæ imminet ex infamia; addendum tamen est: aut nisi ingens damnum Reipublicæ, vel communitati immineret ex tali diffamatione, cui tamen meritò vita privati postponi debeat. Unde meritò docent *Sotus. Angles. Azor. & alii apud Tannerum cit.* etiam quandoque in casu singulari solam famam læsam esse restituendam cum periculo propriæ vitæ, quando infamatus ex solâ infamiâ incurreret majus damnum, quàm sit mors infamantis; ut si amplissima familia perpetuò infamiæ notâ aspersa maneat ex malitia injustè infamantis. Sed credo esse casum metaphysicum; certè rarò occurrentem.

123 III. Nullus etiam tenetur alteri restituere famam injustè læsam cum notabiliter graviori detrimento propriæ famæ, ob eandem rationem mox ante datam. Unde persona illustris, vel Superior si ex restitutione famæ personæ inferiori injustè ablatæ magnam deberet subire infamiam, cum detrimento auctoritatis suæ seu status, vel communitatis, non erit cogendus ad restitutionem famæ, sed satisfaciet aliis beneficiis, vel officiis offensum demulcendo, apud audientes honorando &c. ut in simili supra dictum.

124 IV. Sed nunquid fama injustè ablata restituenda erit cum jactura pecuniæ, vel bonorum fortunæ, seclusâ omnî propriâ infamiâ? Certè hoc fieri vix potest, nisi infamans sponte offerat pecunias in-

compensationem famæ injustè ablatæ ; aut in pœnam infamationis factæ mulctam pecuniariam injustè infamato applicandam , infamans decernat , vel decreturus esse timeatur. Et exsurgit tandem.

Dubium notabile.

125 UTrum, quando fama vel honor non potest ullo modo restitui ob aliquam ex dictis causam excusantem , infamans teneatur ex justitia infamiam alteri illatam pecuniâ compensare ? consequenter si is nolit satisfacere , etiam invitus in pecunia illius sibi compensare possit ?

126 I. Affirmant quidam gravissimi DD. D. Thomas *q.* 62. *a.* 2. Scotus *supra cit. q.* 4. *a.* 1. *Richardus , Cajetanus. Sotus. Valentia.* & alii quos citat , & ut probabiliorem sequitur Tannerus *disp. dub.* 6. *n.* 150. Ex illo principio : qui restituere non potest, quantum debet , restituere debet quantum potest : ut si quis debeat mille aureos, & non possit reddere mille, possit autem reddere quingentos , vel trecentos &c. tenetur reddere, quod potest : ergò similiter qui non potest alteri restituere ipsam famam ablatam , tenebitur ei restituere pecuniâ , si possit , ad moralem æquivalentiam arbitrio boni viri ; & consequenter eo nolente, famatus poterit sibi ipsi compensare.

127 II. Contrariam tamen sententiam negativam nimirum talem ex justitia commutativa non posse compensare famam pecuniâ , sed à restitutione omninò excusari , ut longè veriorem docet *Sylv.*

ter. *Navarrus* uterque, *Lessius. Filliucius*, aliisque citt. Laym. *cit. c. 7. n. 3.* Lugo *disp. 15. Sect. 3.* Ratio solida est: quia justitia commutativa suapte naturâ non aliud exigit, quàm ut restituatur res ablata inse, vel in æquivalenti, seu quod rei secundùm veram communem æstimationem æquivalet, ita nimirum, ut læsus recipiat id, quod ei ablatum est in specie, vel in valore: & hac ratione locum habet compensatio, si aliter reddere nolit: item axioma illud, qui restituere non potest, quantum debet, debet restituere quantum potest: nimirum in rebus communi æstimatione æquivalentibus, & ejusdem ordinis, ut inter se functionem seu commutationem recipiant; atqui pecunia nulla ratione æquivalet famæ ablatæ, cùm nulla recta hominum æstimatione fama inter res venales, seu pretio æstimabiles numeretur; atqui quantavis receptâ pecuniâ, infamatus nullo modo, nec ulla hominum æstimatione recepit id, quod est ablatum, scilicet famam, manet enim infamis sicut antea: & supponimus famam nec directè, nec indirectè restitui posse: ergo infamans non potens restituere ipsam famam, non tenetur ex justitia commutativa compensare pecuniâ: nec consequenter infamatus poterit uti compensatione in pecunia infamantis. Et hoc concesso, heu! quæ confusio? quanti enim unusquisque æstimabit suam famam ablatam in auferenda pecunia.

III. Atqui hinc longè verior est sententia utri- 128
usque *Navarri, Valentiæ, &c.* etiam per se non licere uti compensatione pro infamia, non restitu-

endo famam alteri, ſicut licet in debitis pecu-
riis: ut ſupra latiùs oſtenſum eſt.

129 IV. Dixi autem ſemper talem infamantem
teneri pecuniâ compenſare famam ablatam, ex
ſtitia commutativa, & in foro conſcientiæ:
certè tenebitur ex juſtitia vindicativa in foro ex-
no, ſi Judex in pœnam criminis infamatori im-
nat pecuniarum ſatisfactionem ex æquitate
mato applicandam. Item per accidens etiam
juſtitia commutativa tenebitur infamator infa-
to pecuniâ compenſare damna temporalia ex
famatione conſecuta; ut ſi exinde officium, d-
tatem, ſervitium vel lucrum amiſit, ut §. 1. dic-
Item ex Charitate, & æquitate naturali pe-
quam aliàs, tenebitur infamator in aliqualem
penſationem injuriæ illatæ, pecuniâ vel ope fa-
rere infamato in neceſſitate conſtituto, ut o-
admonent.

SECTIO VI.

De injuſta læſione honoris proxim. ejusque reſtitutione.

SUMMARIUM.

130. *Læſio honoris ſeu inhonoratio eſt duplex*, negat-
poſitiva.
132. *Inhonoratio negativa, ſeu honoris omiſſio per ſe ve-
veniale eſt, non mortale,*
133. *Niſi ſimul ſit contra juſtitiam.*
134. *Aut quandoque per accidens, quando ſcil. ſit ex ma-
gno affectu &c.*
135. *Contumelia eſt injuſta ablatio, vel diminutio hon-*
135 *Facta in præſentia, vel quaſi præſentia patientis*
137. *Eſtq; peccatum mortale ex genere ſuo contra juſtit-*
138.

138. *Ad contumeliam formalem & mortalem, non semper necessaria est intentio directa, sed sufficit etiam indirecta.*
139. *Contumelia materialis est tantùm peccatum veniale.*
140. *Quandoque etiam omninò nullum.*
141. *Contumelia quatuor modis fieri solet* I. verbo.
142. II. Lusu, *seu illusione, irrisione &c.*
143. III. Facto *seu vi illata &c. &*
144. IV. Scripto, *seu libello famoso affixo, sparso &c.*
145. *Quocunque autem ex his modis fiat, per se semper est ejusdem speciei.*
146. *Et quatenus vel quando est illativa damni, inducit obligationem reparandi honorem.*
147. *Non verò quatenus, vel quando solùm infert injuriam.*
149. *Assignantur quatuor modi, quibus honor læsus sufficienter restitui potest.*

LÆsio honoris, seu inhonoratio duplex est; 130
una *negativa*, & per omissionem honoris exhibendi alteri: ut viro honorato non assurgere, caput non aperire &c. altera *positiva*, & per commissionem alicujus contra honorem alterius, dicto, facto, vel scripto &c. quo scilicet protestamur, seu manifestamus malam, seu nullam bonam nostram de altero existimationem. Et hæc dicitur contumelia latè sumpta.

ASSERTIO VI.

LÆsio *honoris, seu inhonoratio negativa tan-* 131
tùm, per se & ordinariè tantùm veniale est contra observantiæ virtutem: positiva verò inhonoratio, seu contumelia est injusta ablatio vel diminutio honoris alterius, facta in præsentia, vel quasi præsentia patientis illam: peccatum mortale exgenere suo contra justitiam: fitq; verbo, lusu, facto, scripto; per se semper ejusdem speciei: ideoq; etiam

inducit obligationem justitiæ honorem læsum re
randi, quatenus revera damnum patiatur inhon
ratus, seu quatenus damnum infert; non ve
quatenus præcisè infert injuriam. Ita om
passim.

§. I.

Inhonoratio negativa per se veniale.

132 NImirum omissio honoris exhibendi per se
protestantia bonam nostram existimatio
de alterius excellentia vel bonitate in circumsta
tiis debitis personæ, loci, temporis, & modi hon
randi, per se ordinariè est tantùm veniale pec
tum contra virtutem observantiæ: ut ex comm
ni docet Lessius *c.* 12. *dub.* 27. & optimè expli
Lugo *cit. Sess.* 11. *disp.* 14. Ratio est: quia virt
observantiæ affirmativè non obligat, nisi in ca
circumstantiis ad honorem exhibendum: quæ c
cumstantiæ rarò concurrunt. Neque obligat gr
viter, cùm ex omissione talis honoris per se ca
guum, vel nullum damnum proximo sequatur, n
si alia obligatio vel malitia concurrat: ergò per
solùm veniale erit.

133 Erit autem etiam mortale, quando simul
contra justitiam, quando nimirum ipsa justitia ob
ligat ad honorem alteri exhibendum: ut Princip
in recognitionem suæ excellentiæ, & potestat
supremæ super nos, ex justitia debetur honoratio
seu protestatio vel professio nostræ de eo existim
tionis & submissionis: adeóque graviter peccare
qui Principi occurrenti voluntariè & deliberatè no
exhi

exhiberet honoris signa. Deinde quando omissio honoris cederet in dehonorationem proximi apud alios, quia & ideo illi de ipso etiam minorem existimationem concipient: & maximè si fieret directa intentione inhonorandi ita alterum; quia etsi ex justitia tu pro te non tenearis actum positivum honoris exhibere alteri, ex justitia tamen teneris scienter alterius apud alios honorem non impedire, vel auferre; ideóq; peccabis contra justitiam ex genere suo mortaliter, æquè sicut in detractione.

Per accidens denique peccatum mortale erit, & 134
utique sæpe est, quando omittitur honor exhibendus ex maligno affectu, odio, inimicitia, vindicta, contemptu proprio, vel ad inducendum in contemptum aliorum. Item quando accedit scandalum aliorum: maximè cùm honor negatur Superiori, Sacerdoti, Religioso &c. palàm coram aliis, etsi ex nulla prava intentione fieret, sed levitate, vel negligentiâ tantùm: sæpè enim potest oriri grave scandalum, vel aliorum videntium, vel ipsius personæ honorandæ, utpotè ejus gravis indignatio, iracundia &c. Vide *Lessium & Lugo* locis cit. Et nos plura suprà *c.* 1. *de scandalo.* Deinceps ergò de sola inhonoratione positiva seu contumelia sermo erit.

§. III.

Contumelia est injusta ablatio, vel diminutio honoris.

Significatur essentialis differentia contumeliæ à 135
detractione: per detractionem enim propalando alterius falsum, vel verum occultum crimen, auferen-

aufertur alicui fama, seu defacto jam habita bo
existimatio de ejus excellentia, vel bonitate a
audientes: per contumeliam verò exhibendo
cui signum protestativum malæ, vel nullius es
mationis de ejus dignitate, vel bonitate, autc
illi honor, non quidem quasi jam habitus,
honor habendus; nimirum auferendo, vel
nuendo ei statum suæ dignitatis, vel excell
æstimatæ, unde ei honor ab omnibus debeb
& constituendo eum quasi in statu indigni
vel dedecoris, quasi ei honor ampliùs non de
tur, seu nemo debeat ampliùs contestari exis
tionem de illius excellentia: unde contume
semper quidem est injuriosa; non tamen sem
sed tantùm, si sequatur effectus, ut ratione tuæ
tumeliæ ei reverà honor negetur, vel negari po
etiam erit damnosa cum onere restitutionis:
ampliùs dicam §. 4. Quamvis autem detra
contumelia, seu læsio famæ & honoris ordi
conjuncta sint, aut in ipso actu, ut si alteri co
aliis crimen in faciem objicias, aut saltem in
ctu; semper enim ex eo, quòd alteri coram
contumeliam inferas, auferri, vel minui po
apud alios bona fama, seu existimatio habita de
lo: sæpè tamen etiam separari possunt: ut si
sui in occulto crimen objecisti, alapam inflixi
subsannâsti &c. idque occultum manserit; non
fisti famam per detractionem, tamen graviter
fisti honorem per contumeliam. Econtra: si
cui in præsentia coram aliis crimina, vel defe
objecisti, nemine tamen credente; non læsisti

mam per detractionem in effectu, nec consequenter restituere teneris famam; læsisti tamen graviter honorem per contumeliam, eúmque reparare obligaberis. Similiter si alicui absenti gravia crimina imposuisti, gravis est detractio contra famam: at verò non semper gravis est contumelia contra honorem, maximè si caveas, ne alter resciat, eo ipso enim ipsum honoras aliquo modo, & revereris, ideóque contumelia non erit, sed solùm detractio: & ideo in definitione addidi:

Facta in præsentia, vel quasi præsentia patientis illam.

136 Sicut enim honor, seu protestatio bonæ existimationis nostræ de alterius excellentiâ, vel dignitate: ita etiam contumelia, seu contraria protestatio malæ existimationis nostræ de indignitate vel vilitate alterius necessariò debet fieri ea intentione & modo, ut alter intelligat se honoratum, vel inhonoratum esse: adeóque necessariò debet fieri in aliquali ejus præsentia, sive in persona, sive in signo, vel imagine, sive saltem in intentione agentis: ut nimirum contumelians intendat, & velit hoc alterum scire; quòd si enim, ut dictum est, ille caveat, ne alter resciat, hoc ipso ipsum honorat, ideóque desinit esse contumelia, & manet pura detractio, vel saltem maledicentia. Quæ est altera differentia inter detractionem, & contumeliam; quòd contumelia seu læsio honoris per modum rapinæ, ordinariè in manifesto fieri soleat contra præsentem; quamvis etiam fieri possit in absentem corporaliter, ut dictum est: v. g. inhonoran-

norando ejus signum, imaginem, statuam, aut
tractando coram aliis, ex intentione, ut rel
vel quasi præsens esset. Detractio verò, seu læsi
quæ per modum furti ordinariè fieri solet in oc
to, & contra absentem; quamvis etiam facta p
senti, maneat vera detractio simul, & contume
ut si alicui coram pluribus occultum vitium o
cias, hoc ipso simul detractio ista induit ration
contumeliæ, ut supra diximus. Jam quoad m
tiam dixi:

Peccatum mortale ex genere suo contra justitiam.

137 OMnes cum S. Thoma *cit. a. 2.* & sumitur
mis clarè ex illo Matth. 5. *qui dixerit fr
tri suo; fatue, reus erit gehennæ ignis:* gehe
autem est pœna solius peccati mortalis: ergò
Apostolus *ad Roman.* 1. contumelioſos numer
inter illos, quos DEUS in reprobum sensum deli
Ratio clara est: quia lædens alterum in jure s
ad magnum aliquod bonum, peccat mortaliter
contra justitiam: sed per contumeliam læditu
proximus in jure suo ad magnum bonum, scilic
honorem accipiendum, qui bonis fortunæ long
antefertur: ergò est peccatum mortale contra j
stitiam. Sed nunquid gravius detractione? Affir
mant *Lessius*, *Tannerus*, & alii multi: & verisi
mum est, quando contumelia simul includit de
tractionem seu læsionem honoris, & famæ simul
ut si alicui præsenti coram aliis in faciam objicia
crimen, vel defectum occultum: si verò contu
me

melia sola sit, & solam læsionem honoris contineat, probabilius negant cum aliis *Laym. & Lugo cit.* cùm plus sit ipsa bona fama & existimatio, quàm lædit detractor, quàm protestatio, vel confessio tantùm bonæ existimationis de alio, seu honor, quem aufert contumelia.

Cæterùm ad contumeliam formalem & mortalem non semper requiritur intentio directa, & formalis ipsius operantis inhonorandi, seu lædendi honorem alterius; sed etiam sufficit intentio indirecta, virtualis, & ipsius operis; ut nimirum quis scienter talem actionem exerceat, ex qua alterius honor suapte naturâ minuitur: ut si virum honestum fustè percutias; licèt honori ejus derogare non intendas expressè, mortalem tamen contumeliam infers. An verò sufficiat intentio indirecta seu voluntarium indirectum in causa culpabiliter posita: ut si quis voluntariè se inebriet, sciens tamen se in ebrietate solere alios contumeliis afficere, & sic ebrius reverà afficiat, percutiat, illudat &c. R. Non sufficere ad contumeliam mortalem propriè dictam: eo quòd tunc in communi saltem humana existimatione prudenti non multùm censeatur lædi honor alterius: sufficere tamen ad hoc, ut homini voluntaria imputetur injusta læsio honoris, & damnum secutum, juxta dicta de homicidio. 138

Contumelia ergò materialis tantùm excusatur à mortali, & venialis tantùm erit: inprimis ex imperfectione actûs, ut si fiat ex inadvertentia, indeliberatione, subita passione, aut etiam joci causâ: 139

qua

qua ratione plerumque excusatur communiter illa appellatio *stulti*. Deinde ex parvitate materiæ, ut si contumelia vel in se ipsa levis sit, vel ex ratione personæ, cui infertur, vel à quâ infertur, quod hîc particulariter attendendum est; enim contumelia, v. g. alapa, specialiter erga rentem, Dominum, virum gravem, pecc mortale est: erga æqualem, subditum, puer fœminam &c. venialis tantùm esse potest: ut eò gravior censeatur contumelia, quantò & jori, & à minori infertur: & è contra eo lev quantò & minori, & à majori infertur: inter æ les autem attendenda est materia secundùm se vis, vel levis. *Ratio autem est*: quia cum h debeatur alicui propter excellentiam seu bon aliquod, eo turpior erit in honoratio, quo fi jori à minori; & è contra minùs turpis, quo minori à majori.

140 Denique omninò excusari possunt à pec contumeliæ, vel convitia, si fiant aut joci caus convenientem animi recreationem, v. g. alicu ves defectus objiciendo &c. tunc enim est u nitatis, ait D. Thomas *q.* 72. *a.* 2. dummodo fit periculum alterum contristandi, vel ad concitandi: tunc enim induet rationem pec contra Charitatem. *Navar. Molina*, alii Laym. *cit. c.* 6. *n.* 2. Aut si fiat ad justam cor ctionem ab eo, qui corrigendi jus habet: qui tione ipse Christus Luc. 24. discipulis in E dixit. *ô stulti & tardi corde*. Et Apostolus ad lat. 1. *ô insensati Galatæ*. Et alibi passim. M

rent tamen omnes, hîc cautelam adhibendam esse; & optimè Cardinalis Cajetanus ibid cit. a. 2. *Repræsentatur enim subditis, quod non ex Charitate, sed ex passione procedant: fiúntque deteriores, non suscipientes disciplinam; leviúsque verba, quam verba contumelioſa suscipiunt. Unde Tullius de offic. ait omnis animadversio & castigatio contumeliæ vocari debet.* At verò contumeliam vel convitium inferenti nunquam licet convitium referre vindictæ causâ; sicut nec percutientem repercutere. Secùs, si fiat ad justam defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ; ut scilicet non plus regeras, quàm ad injuriam arcendam necessarium sit: ut si convitium injustè inferenti coram aliis ad enervandam hominis fidem necessariò debeas dicere, eum mentiri, vel mendacem esse, aut etiam retorsione uti: ut ex communi supra *de detractione* diximus.

§. III.

Fitque 4. modis, verbo, lusu, facto, scripto,

I. Verbô.

Contumelia verbô facta, seu verbalis est, quâ alicui quodvis vitium, vel defectus objicitur in ejus inhonorationem, seu dedecus. Et dividitur in contumeliam strictam, convitium, Improperium, maledictum. Contumelia strictè sumpta est, quâ objicitur alicui vitium culpæ vel pœnæ, ut vocando furem, adulterum, mendacem, furcâ dignum &c. per contemptum. Convitium propriè dicitur, cùm alicui objicitur vitium natu- 141

rale corporis, vel animi : ut vocando stul
ineptum, cæcum, gibbosum, truncum &c.
spectant vulgaria dicteria germanica, à patriâ
sertim desumpta. Improperium propriè dic
quo alicui per contemptum obiicitur, vel ex
bratur defectus natalium, aut defectus indig
in bonis animæ, corporis, famæ, vel fortunæ,
lut ab ipso obiiciente sublevatæ. v. g. quid habe
quid scires ? quid esses ? &c. nisi ego dedis
docuissem &c. vulgare vitium beneficiorum
structivum, ut benèdistinguit D. Thomas
72. *a.* 1. Omnia tamen hæc continentur gen
nomine contumeliæ : & si fiant seriò per
temptum, aut animô inhonorandi, mortalia
ex genere suo. Secùs, si fiant ex levitate,
in re levi, vel ad correptionem debitam, juxta
lô ante dicta. Neque refert, an objecta vitia
sint, vel falsa, ut ex communi notat *Laym.*
Et si occulta ejusmodi vitia obiiciantur audien
bûs aliis, erit simul contumelia, & detractio
casu ex circumstantiis personæ sæpè contin
potest, ut idem convitium sit veniale in ratione
tractionis, puta ex parvitate materiæ, & me
in ratione contumeliæ : ut si viro honorato,
Superiori tuo levem licèt defectum coram alii
faciem obiicias. Similiterècontra : si vili p
næ grave crimen coram aliis in faciem obji
veniale erit in ratione contumeliæ ; mortale
in ratione detractionis, ut ex dictis constat.
ledictum denique est vitium quo alicui in
temptum mala imprecamur ; quod si seriò fa

animô, ut eveniat, est peccatum mortale ex genere suo duplicî malitiâ; & contra Charitatem, & contra honorem alterius. Eadem tamen ratione, ut suprà, ex circumstantiis personarum potest esse mortale contra Charitatem, & veniale solùm in ratione contumeliæ, & econtra: ut si Superiori, parenti, viro honorato leve malum in faciem imprecaris, aut è contra personæ vili grave malum. Cæterùm regulariter excusatur à mortali & ex levitate materiæ, & ex imperfectione actûs, passione, levitate, consuetudine, & non animô, ut eveniat.

II. Lusu.

142 Contumelia lusu facta, seu ludicra dicitur, cùm quidpiam ludicrè repræsentatur ad alterius honorem, vel pudorem lædendum, quo spectant irrisio, illusio, & subsannatio. Irrisio propriè dicitur qua aliquis contemptim ridetur vel risui verbis, vel factis exponitur. Illusio est, qua aliquis ludibriô habetur, vel risui exponitur mediante aliqua deceptione; uti factum Christo à Judæis velatâ facie percusso, & interrogato, *prophetiza nobis* &c. Subsannatio est, qua quis ludibriô habetur motibus corporis vel membrorum, uti itidem factum Christo ibidem Matth. 26. *plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput ejus, & arundinem in dextra ejus, & genu flexo ante illum, illudebant ei; dicentes: Ave Rex Judæorum:* quo spectant vulgaria signa illusoria, monstrare ficum, asinum &c. Omnia autem deliberatè & seriò fa-

cta in contemptum, vel animô inhonorandi, in
tandi &c. mortalia sunt ex genere suo, nisi ra
levitas materiæ, imperfectio actûs, jocus &c. e
cusent. Etenim præter injustam læsionem h
noris ex genere suo mortalem contra justitiam, e
am continent incussionem pudoris seu vere
diæ, privando eum bonô pacis, & serenitatis m
mæ ac conscientiæ, quæ est gravis offensa con
Charitatem. Item gravius peccatum est irri
quàm contumelia seriò facta : quia ita lud
agendo proximus magis contemnitur, & irrita
ac offenditur, quàm si ei defectus sui seriò propo
nerentur, vel obiicerentur ; ut quilibet experi
Item gravius adhuc peccatum est irrisio, vel lu
sannatio facta parentibus, vel iis, quos locô pare
tum colere debemus : quippe accedente spec
malitia impietatis contrâ virtutem pietatis, & o
servantiæ. Unde Proverb. 30. *Oculum, qui de
sannat patrem, & qui despicit partum matris su
effodiant eum corvi de torrentibus, & comedan
eum filii aquilæ.* Denique omnium gravissim
peccatum est irrisio, illusio vel subsannatio fa
nomini ob exercitium virtutis ; cùm perversi
mi animi sit, virtutem ipsam contemptim ludib
exponere ; & homo fragilis exinde à studio vi
tutis ad vitia perducatur : adeóque scandalum ha
male datur, quod in Scriptura vocatur *peccatum
grande nimis*: 1. Reg. 2. *Erat peccatum puerorum
grande nimis coram Domino : quia retrahebant
homines à Sacrificio Domini.*

III. Fa

III. Factô.

143 COntumelia opere facta, seu realis dicitur, quâ quis ipsô factô læditur in persona propria, vel admodùm conjuncta, vel ejusdem potestati vel affectui subjecta : ut subditis, consangumeis, uxori, sponsæ, liberis, amico singulari &c. ut si quis pulsatus, verberatus, vi inclusus, despoliatus per rapinam, vel domus ejus vi intrata sit, juxta L. 5. *ff. de injuriis.* Est peccatum mortale ex genere suo duplicî malitiâ contra justitiam, seu duplici injustalæsione, & honoris, & in bonis corporis, vel fortunæ : rursúsque ex circumstantiis personarum accidit, ut in ratione unius sit mortale, & in ratione alterius veniale tantùm ; & ècontra : ut si viro honorato violenter auferas rem levem, v. g. pileum, mortale est in ratione contumeliæ ; veniale in ratione rapinæ : ècontra si homini vili, v. g. rustico violenter auferas rem gravem, veniale est in ratione contumeliæ : at mortale in ratione rapinæ. In ratione contumeliæ notandum est doctrina Justiniani Imperatoris *institut. de injuriis §. atrox.* ubi ait: quandam injuriam censeri atrocem gravióúsque puniendam, quæ æstimari debeat: *vel ex facto, veluti si quis vulneratus sit, aut fustibûs caesus : vel ex persona, ut si magistratus injuriam passus sit ; vel si Senatori ab humili persona injuriâ facta sit ; aut parenti : vel ex loco, velut si cui in theatro, vel in foro, vel conspectu Prætoris injuria facta sit &c. Nonnunquam & locus vulneris atrocem injuriam facit, veluti si in oculo quis perfossus fuerit.* Hæc Imperator.

IV. Scriptô.

144 CONtumelia scripto facta, seu famosa, dicit in jure libellus famosus, quo quis animo ... mandi, alterius crimen vel defectum, scripto ... appenso, vel injecto, aut publico loco affixo ... in vulgus sparso evulgat (quo spectat etiam ... ra famosa; ut alterius januæ cornua, patibu... &c. appingere, animo diffamandi.) Pecca... mortale gravissimum contra justitiam, scilicet ... sivum simul graviter, & famæ, & honoris alte... Atque non tantùm qui composuit, edidit; ... etiam qui inventum non laceravit, vel igne ... sumpsit, sed manifestavit, capitali pœnâ plecti... Jure civili. *L. 5. ff. de injur.* & *L. 1. C. de fa... libell.* Jure autem Canonico perpetuæ infa... pœnâ plectitur à Gregorio XIII. constitutione ... cta. Excipiunt tamen DD comuniter, & ... à culpa, quàm à pœna incurrenda excusant, ... quis libellô famosô crimen verum objiciat, ... do alius modus publicum scandalum vel detri... tum avertendi non suppetit: imò actus Chari... erit, ejusmodi scriptô publicum alicujus crimi... vel defectum, eo tempore & loco manifes... ut soli ejusdem Superiori, vel comunitati po... ad debitam correctionem innotescat. Vide *Ba... nam. Lessium. Laym. loc. citt.*

Per se omnia semper ejusdem speciei.

145 OMnes prætatæ, & similes contumeliæ ... injuriæ contra honorem proximi, quantu... est ex hoc capite, per se sunt ejusdem speciei ... cata; cùm objectum formale, scilicet injusta ...

sio, vel diminutio honoris proximi, in omnibus idem sit: ut ex comuni notant Laym. *lib.* 3. *tr.* 3. *p.* 2. *c.* 6. *num.* 5. Tamb. *lib.* 9. *Decal. c.* 3. §. 8. *num.* 3. Adeò ut in confessione non sit opus explicare illos varios modos, quippe materialiter tantùm differentes; sed sufficiat dicere: contumeliam gravem intuli proximo. Dico autem *quantum est ex hoc capite per se*: nam aliunde & per accidens sæpissimè accedit alia peccati species necessariò in confessione explicanda: si enim contumeliam inferas simul lædendò famam, utique explicare debebis: si contumeliam inferas, vel illudas alteri ex odio, contemptu, vindicta &c. manifestè peccas distinctò peccatò odij: si alicui, quem advertis (vel fortè intendis) commotum iri ad iram, vindictam, blasphemiam &c. addes peccatum speciale scandali contra Charitatem: si alicui, qui exercet actum virtutis vel pietatis Christianæ; addes speciale peccatum contra virtutem Religionis, spectans ad peccatum in Spiritum Sanctum: si parenti, Superiori, ipsi Deo, vel Sanctis: addes speciale peccatum blasphemiæ vel impietatis: si contumeliam facias occidendo, verberando, spoliando, virginem invitam, vel consanguineam constuprando; jam vides specialia distincta scelera, homicidij, rapinæ, stupri, incestûs &c.

§. IV.

Ideóque inducit obligationem reparandi honorem.

146 NImirum quatenus contumeliosus revera damnum infert inhonorato, non verò quate-

nus præcisè in juriam infert. Hic ex supra d… rursus valdè notanda est differentia inter læsi… famæ, & honoris, quoad restitutionem : … enim seu bona existimatio de aliquo est aliquid … existens in bonis illius, cui detrahitur : Unde … injustam detractionem semper auferatur alicui … quod jam possedit ; & sic ei semper damnum … fertur, & detrahens semper ad restitutio… obligatur. Honor autem non est aliquid … existens in bonis ejus, cui auferatur ; cùm … commune dictum honor sit in honorante : … que qui alterum positivè, vel negativè inhono… non aufert ei aliquid, quod jam possederat, … solùm negat ei id, ad quod ab ipso accipien… jus habet : unde per se loquendo solùm infer… injuria, non autem damnum propriè loquendo.

147 II. Quòd si ergò læsio honoris negativa, … positiva solùm inferat injuriam, & nullum … num : ut si cui secluso omni damno vel conte… ab aliis inferendo, neges signa honoris debi… quem solùm nemine audiente, voces stultum, … terum, spurium, percutias, illudas &c. … universaliter quandocunque inhonoratio vel … tumelia privatim facta est, neque in aliorum … tiam culpâ tuâ pervenit, nulla erit obligatio … tutionis propriè loquendo, sed solùm satisfac… nis, v. g. veniam petendo : ut ex communi … docet cum aliis Molina *tr.* 4. *disp.* 46. & … Laym. *c.* 7. *n.* 6. Ratio est : quia juxta alibi … pro sola injuria secluso damnô, nulla est restitu… facienda ante Judicis sententiam ex justitia …

mutativa, sed solùm ex Charitate satisfactio, seu reconciliatio fraterna: atqui ex inhonoratione vel contumelia privatim facta, nullum infertur damnum inhonorato, ut patet, sed mera injuria, & offensa; ut nimirum eum contristes, & à te alienes: ergo exinde non teneris ad restitutionem honoris propriè ex justitia, sed solùm ad satisfactionem ex Charitate, seu reconciliationem, ut nimirum erratum agoscendo, veniam petendo, alióve competenti modo ipsius animum offensum tibi reconcilies, juxta præceptum Christi Matth. 5. *Si offers munus tuum ad Altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversùm te &c. vade priùs, reconciliari fratri tuo.* Idque fatetur alioquin adversarius Lugo *disput.* 15. *sect.* 4. quæstionem esse de nomine.

III. At verò ordinariè læsio honoris per inhono- 148
rationem, vel contumeliam etiam est damnosa inhonorato, quatenus nimirum per inhonorationem vel contumeliam coram aliis irrogatam privatus est honore ab aliis communiter exhibendo: quia nimirum, ut supra dictum, aufertur ei status suæ excellentiæ vel dignitatis ab aliis æstimatæ, unde ei honor ab omnibus debebatur, & constituitur velut in statu indignatis ab aliis æstimandæ; unde ei honor ampliùs non debeatur: & ideo semper accedit etiam læsio famæ, seu bonæ existimationis suæ: & talis tenetur utique ex justitia inhonorato coram aliis, honorem læsum restituere, seu redintegrare, conando alios, quantùm in se est, omni modo, & ratione congrua permovere, ut

de homine, ſicut prius, benè, honorificéque
tiant, ei conſuetum honorem exhibeant &
149 IV. Modus autem reſtituendi honorem il
quiritur, & ſufficit, qui ſecundùm gravitatem
juriæ, qualitatem perſonarum, conſuetudinem
corum, aliásque circumſtantias, prudentis
ciô reputatur ſufficiens ad reparandum hon
apud alios læſum. *Primus* & efficaciſſimus
dus reſtituendi honorem eſt, coram aliis ab
norato veniam petere cum ſigno doloris; &
ximè convenit inferioribus ergà majores ac
æqualibus: Superiores enim, Principes, Do
ni, Parentes &c. non tenentur veniam petere à
ditis vel inferioribus offenſis; *ne, dum nimis*
vatur humilitas, regendi frangatur auctor
ait S. Auguſt. in Regula. Sufficit ergò ipſis
ſigna honoris, vel benevolentiæ exhibere. *Secun*
modus reſtituendi honorem, maximè conve
inter æquales, eſt, inhonorato notoriè extraor
ria ſigna honoris & benevolentiæ oſtendere,
ad menſam invitando, locum honoratiorem
buendo, ei vel aliis in ſanitatem ejus propina
&c. ut prudentis judiciô novus honor exhib
apud alios omninò deleat priorem dehonora
nem, vel contumeliam illatam. *Tertius* modus
ſtituendi honorem competens majoribus, vel
perioribus, maximè ergà inferiores eſt, aliqua
na honoris & benevolentiæ exhibere inhonora
quæ aliàs tali perſonæ non ſolerent exhiberi;
honorifica ſalutatione, allocutione, amica com
ſatione, beneficio, vel obſequio aliquo ſpeci

aliisve signis, verbis, vel factis significando inhonoratum antea, non ampliùs despici à se, sed velle omninò in suo debito honore esse apud se, & alios. Quos modos benè notet Confessarius, ut pœnitentibus juxta conditionem personarum suam obligationem discretè significare possit. *Quartus* denique modus est, si per inhonorationem vel contumeliam verbalem maximè, etiam fama læsa fuit, utique & hæc restituenda erit, juxta dicta *sect.* 4. sicut etiam si per contumeliam quamvis aliud damnum illatum fuit in bonis corporis, vel fortunæ; v. g. gravi percussione, rapina &c. & illud damnum compensandum esse nullus dubitat, & ex antè dictis nosse debes.

CAPUT V.

IN SEPTIMUM ET DECIMUM: PRÆCEPTUM DECALOGI

Textus.

Non furtum facies.

Et

Non concupisces rem proximi tui.

Explicatio Septimi Præcepti

SEptimô hôc præceptô formaliter negativô, nomine furti latè accepti, prohibetur omnis injuria seu injusta læsio vel damnificatio proximi in bonis temporalibus fortunæ: & ex consequenti, eodem Præcepto, quatenus virtualiter & implicitè 1

plicitè affirmativum est, præcipitur cuivis jus um quoad bona temporalia tribuendum esse. communis interpretatio DD. cum D. Aug lib. qq. super Exodum q. 71. dicente. *Furtum mine benè intelligitur omnis illicita usurpatio aliena : non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit ; sed utique à parte totum intellexit, quidquid illicitè rerum proximo auferr* Hæc S. Doctor.

2 Declaratur. Quemadmodum in Sexto cepto, *non mœchaberis*, nomine *mœchia* peccatum adulterium tantùm significante, per quandam tonomasiam omnia peccata carnis intelligun prohibita, ita & hîc sub nomine furti proprie nificantis ablationem occultam rei alienæ Dominô, comprehenditur tamen omnis læsio vel damnificatio proximi in bonis Cæterùm ad idem Præceptum eandémque tem spectat & prohibere, ne alterius jus læd per injuriam, ac præcipuè obligare, ut alteri vis jus suum tribuatur per restitutionem, vel modos. Jam vides explicationem hujus latis patentis Præcepti petendam esse ex universa ma materiâ de jure & Justitia. Itaque in gratiam niorum incipiendo à facilioribus, hoc ultimo pite proponam propriam & directam materi præcepti negativi, sex Sectionibûs. *Primâ.* definitio, divisio, malitia, & materia gravis, vis. *Secundâ.* furta minuta respectu ejusdem & diversorum : ubi simul de furtis domesticorum Uxorum, Filiorum, Religiosorum, famulorum fur-

rtorum &c. *Tertiâ.* accepta ob occultam com-
ensationem. *Quartâ.* accepta propter neces-
itatem. *Quinta.* acceptio personarum, ac
munerum: ubi de acceptis ob opus aliàs debi-
tum, & ob turpem causam. *Sextâ.* defraudatio
ectigalium, gabellarum &c. ubi etiam strictim
de criminibus falsi. Sit in nomine Domini.

SECTIO I.

Furti definitio, divisio, malitia, materia gravis, ac levis.

SUMMARIUM.

4. *Explicatur definitio furti propriè, & theologicè sumpti.* Usquè ad n. 11.
11. *Furti divisio.*
17. *Rapinæ quid?*
24. *Quid contractus damnosus?*
25. *Quid damnificatio injusta?*
26. *Alia inculpata, alia culpata &c.* Usque ad n. 20.
21. *Furtum est peccatum ex genere suo mortale.*
22. *Veniale evadit I. tam ex parte furantis v. g. indeliberatè agentis,*
23. *Quam II. ex parte Domini, v. g. non multùm inviti &c.*
24. & 25. *Ex cujus parte etiam augetur, saltem in ratione offensæ, si is multùm invitus sit. &*
26. *III Maximè ex parvitate materiæ veniale sit.*
27. *At quæ sit materia gravis, quæ levis, sic distinguendum est.*
28. *Materia gravis* absoluta *respectu cujuscunq; etiam opulentissimi, aut Regis potentissimi, sunt duo circiter ducati: materia verò gravis* respectiva *ad conditiones personarum, est quantitas sufficiens ad victum unius diei tali personæ.*
30. *Probatur, & declaratur pulchrè,* Usque ad n. 34.

Furti

3 FUrti sic latè sumpti, prout generatim pe
betur septimô Præceptô, *non furtum fa*
pro omni nimirum injuria proximo illata c
bona fortunæ seu tempralia externa, com
numerantur tres species: *furtum propriè* dict
rapina: & *damnificatio injustæ*; quibus mo
annumeratur quarta, *contractus damnosus*:
omnis injuria, seu læsio proximi in bonis fort
aut fit lucrosè, scilicet acquirendo, auferendo,
usurpando rem alienam invitô dominô: &
primò, vel occultè per dolum & ignorante do
no: & dicitur *furtum propriè* dictum. Se
dò, vel apertè per vim præsenti, scienti ac
lenti donmino illatam: & dicitur *rapina*. Te
aut mediô modô, vel omninò ignaro, vel non
ninò invito domino: & erit *contractus damn*
Quartô, aut denique quocunque istorum mo
rum, si non lucrosè, nihil scilicet sibi acquiren
auferendo, vel usurpando; sed solùm destruen
vel deteriorando rem proximi: & dicitur *dam*
ficatio injusta, seu damnum injustè datum.

ASSERTIO I.

4 *FUrtum propriè & theologicè dictum, est*
trectatio rei alienæ externè occultæ rati
biliter invitô dominô. Rapina est contrectatio
alienæ violentæ præsente ac invito domino.
tractus dolosus est contrectatio rei alienæ, vel
omninò ignarô, vel non omninò invitô dom
Damnificatio injusta, seu damnum injustè dat
est occulta vel violenta destructio, vel deterior

ti aliene invitô dominô. Ita in re omnes. Solum opus est explicatione. Sit igitur

§. I.

Furtum.

Est contrectatio : hoc est acceptio, & detentio rei alienæ seu simul, seu seorsim : quamvis enim omnis injusta oblatio, vel acceptio rei alienæ fiat propter detentionem, usurpationem ; interdum tamen possunt ab invicem separari, & realiter, & formaliter in rationi peccati : nam si fur in flagranti deprehensus re furtô ablata statim spolietur, est tantùm ablatio, adhuc tamen contrectatio rei alienæ, & verum furtum. Contra, si rem aliam tibi comodatam vel depositam, vel casu apud te relictam injustè detineas, erit tantùm detentio, non ablatio injusta, adhuc tamen verum furtum, & contrectatio rei alienæ. Item si quis bona fide accipiat rem alienam, putans esse suam, postea superveniente mala fide, jam resciens esse alienam, adhuc tamen detinet, & injustè possidere vult ; non quidem accipiendo, sed detinendo peccat verô furtô. Contra si quis mala fide per errorem accipiat rem reverà suam, putans tamen esse alienam, postea comperto errore, utique retinebit, sed accipiendo tantùm, non detinendo peccat. Item si quis intendens parum furari, aufert marsupium, quod postea repertum, multum v. g. aliquot aureos detinet, auferendo peccat tantùm venialiter, detinendo verò moraliter. Contra si intendas multum furari, parum reperis, & deti-

5

detines, auferendo peccâsti moraliter, detine-
venialiter tantùm.

6 II. *Rei alienæ*: hoc est, ad alterum jure a-
spectantis, quocunque tandem, sive domini-
ni directi, vel utilis tantum, sive quoad is-
usum, vel detentionem legitimam; non etiam
tùm, qui vero domino aufert rem propriam,
etiam qui usuarium, comodatarium, conduc-
rem, depositarium &c. invitum privat usu,
possessione rei sibi concessæ, furtum comi-
censetur, etiam in Jure. *L. cujus interest. ff. de fu-
tis.* Quin etiam ipse dominus directus, si rem
am auferat ab eo, qui jus illa re fruendi, utendi
detinendi habet, ut in comodato, locato, pig-
rato, deposito, furtum comittere censetur:
& ipse comodatarius, conductor, deposita-
pignus obtinens, si contra rationem conven-
sine expresso, vel præsumpto consensu do-
ejusmodi re utantur, quasi furtum comittant.
qui furtum, ff. de conditione furtiva.

7 III. *Externæ.* Excluduntur bona animæ, c-
poris famæ, vel honoris: quæ aliis injustitia
ciebûs læduntur. Unde si quis à te furetur,
furtivè aceipiat artificium aliquod secretum
aliqua arte, vel medicamento, propriè furtum
comitteret: quamvis sic tibi damnum infe-
vel lucrum auferret, damnificationem facere
ad restitutioneem obligaretur. Item si quis fu-
hominem liberum, faciendo sibi, vel alteri
vum, non diceretur eum propriè furari: qui
damnificatio est contra bonum corporis, &

tatis, non contra bona externa, ut notat Lugo *disp. 16. de just. sect. 1. n. 18.* Secus est, si furetis mancipium à suo domino : mancipia enim computantur inter bona externa dominorum. Furari autem filium à patre, probabiliùs non videtur furtum propriè dictum, sed tantùm damnificatio injusta, ut contra alios cum alijs docet idem Lugo cit. *Ratio est* : quia ex una parte, filius non computatur inter bona externa patris : ex altera autem parte, cùm propter ejus absentiam privetur pater illius servitiis, vel emolumentis, damnum injustum sine dubio patitur pater.

IV. *Occulta* : vel fraudulenta ; saltem sine vi illata, id est : aut omninò ignarô dominô quoad ipsum factum, ut plerumque fit ; aut quoad injuriam saltem facti : ut si quis videret quidem auferri rem suam, non tamen putaret esse suam ob dolum vel artificium furantis, aut saltem sine vi illata : nam etiamsi sciente & vidente domino, minimè tamen consentiente, aliquid sine vi auferas, adhuc furtum committis non rapinam : quemadmodum solet fieri, quando dominus famulum, aut pater filium scienter permittit furari, aut etiam expositâ pecuniâ, vel clave in cista relicta, furandi occasionem præbet, ut illum in furto deprehensum emendet, aut sibi caveat imposterum ; quod etiam, salva Charitatis lege, licitè fieri posse, supra dictum est *c. 1. sect. 3. n. 65.* sine dubio adhuc vetè furantur. Per hanc ergo particulam præcisè differt furtum à rapina. 8

V. *Invitô domino* : id est, minimè consentien- 9

te, quin potiùs omnibûs modis contradicente, tem habitualiter, seu animi dispositione : ut licèt defacto ignarus rei actu non contradicat, men si sciret rem suam auferri, certissimè con dicturus esset. Non ergo erit furtum, si scias credas, vel probabilem rationem habeas put dominum consentire : aut non fore invitum, talem sibi auferri : qua ratione sæpissimè à excusantur filiifamilias, Uxores, Famuli, Re si, amici familiares &c. aliquid non valdè g invicem accipientes, ut infra videbitur. Dic men, si probabilem rationem ita credendi, ve tandi habeas: nam si solùm dubius sis, vel nes an dominus sit contentus, vel invitus ; præsum dum est, esse invitum : nam ex frequenter con gentibus, scimus neminem velle sua dispergi Additur denique notanter.

10 VI. *Rationabiliter invitô dominô*. ut nimir is aliunde non debeat esse rationabiliter conten ac consentire, ut talis res sibi auferatur. Non go furtum committit, qui rem aufert alterius, ens illum, etiam sit, non tamen decere esse in tum rationabiliter. Ut qui accipit rem alien tanquam sibi debitam ad justam compensation vel ut necessariam in extrema necessitate, de q bus infra. Item qui aufert aliena, ipso Deo premo rerum Domino facultatem dante, quar ne Israelitæ spoliârunt Ægyptios. Qui aufe gladium à furioso, vel alias occisuro. Qui aufe libros hæreticos à non habente legendi facultate Item si uxor marito furripiat pecunias, quas in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

perderet &c. in his & similibus casibus dominus esset irrationabiliter invitus, sibi rem talem auferri. ita DD. passim.

Furtum porrò hîc definitum ratione rei ablatæ 11
dividitur in simplex, & qualificatum, cui scilicet specialis malitia adjungitur: cujus species sunt: *Sacrilegium*, scilicet furtum è loco sacro, aut rei sacræ è loco non sacro, aut non sacræ è loco sacro, prout distinguitur in jure Canonico *c. quisquis. causa* 17. q. 4. *Peculatus*, furtum rei pertinentis ad Fiscum Principis. *Plagium*, id est, furtum hominum sub potestate aliorum constitutorum, ut servorum; liberorum. Abigei dicuntur in jure, qui insidiantur animalibus aut jumentis. Item in Jure fit magnum discrimen inter furem diurnum, qui sole lucente furatur, ut agnosci possit, & furem nocturnum, qui furatur de noctu, ut agnosci, non possit: nam præter alia hic in foro externo impunè occidi potest, ille minimè.

Denique dixi initio, definiri hîc furtum *theo-* 12
logicè: quod scilicet Theologi in foro conscientiæ pro vero furto habent quoad rationem peccati, & obligationem restitutionis. Juristæ enim longè strictius furtum definiunt; & multa à ratione furti excludunt, quæ theologicè in foro conscientiæ verissima furta sunt, vel rapinæ. Inprimis solam injustam usurpationem rerum mobilium, non item immobilium volunt esse propriè furtum, vel rapinam. 2. Ob honorem coniugii negant esse furtum inter conjuges, si sibi invicem furentur (sicut nec inter patrem & filium &c.) nec actio-

nem famosam furti concedunt. sed aliam mi
rem amotarum rerum. 3. Negant esse fur
si quis aliquid auferat ex hæreditate nondum
ab hæredibus, quòd ea bona nondum cens
habere proprium dominum, sed vocant c
tantùm expilatæ hæreditatis. 4. Similiter
dant actionem furti adversùs Tutorem res p
injustè usurpantem, sed aliam mitiorem de r
bus distrahendis &c. Textus juris videre
apud auctores, *Lugo*, *Tamb.* mox citandos. T
logi autem illa omnia habent pro veris furtis,
restitutioni obnoxijs, nisi aliundè excusentur.
de si forté excommunicatio, vel peccati reser
feratur contra furtum, cùm omnino intelligi
beat de furto theologico, & non juridico ta
vel civili, sub ea excommunicatione, vel rele
tione omnia hæc enumerata comprehend
tanquam vera furta theologica. Vide Lugo
de just. disp. 16. *sect.* 1. *n.* 4. Tamb. *lib.* 8. *D*
tract. 2. *c.* 1. *num.* 7. & 8.

§. II.

Rapina

13 *Est contrectatio rei alienæ violenta inst*
minò. Differt à furto solâ particulâ, vi
quòd nimirum per furtum auferatur res alie
cultè & dolosè sine vi, domino ignorante;
rapinam autem domino videnti ac nolenti, &
suam servare volenti, violentia, adeóque spec
injuria & contemptus infertur: ac proindè
cie differre furtum & rapinam docet comm
ma DD. cum S. Thoma. *q.* 66. *art.* 4. Ratio

facta est : quia nimirum præter injustitiam furti, scilicet injustam usurpationem rei alienæ, rapina continet aliam speciem injustitiæ, circa personam, & honorem proximi : nam vim alicui inferre, est species contumeliæ lædentis honorem proximi. Unde fieri potest, ut aliquis à persona illustri rem exiguam per vim auferens venialiter tantùm peccet in genere furti, mortaliter verò in genere contumeliæ : & econtra potest mortaliter peccare in genere furti, & venialiter tantùm in genere contumeliæ : ut si rustico videnti & reluctanti, vel resistere non audenti rapias ovem v. g. contumelia levis, & venialis est, furtum utique mortale. Porro vis hæc vel violentia rapinam constituens, non solùm infertur manibus, vel armis, sed etiam verbis, utpote minis, incussione metus injusti : unde ad rapinam pertinet, quidquid per metum injustum ab altero quis extorquet ; utpote 1. quod v. g. latro mortis metu intentato accipit. 2. Injusta tributorum exactiones à potentibus factæ. 3. si ministri publici, justitiæ maximè, aliquid sibi postulent, quod rogati ob metum recusare non audent : quod dicitur crimen concussionis. 4. Si alterum cogas ad inæqualem seu injustum contractum tecum ineundum. Sed de hoc mox seorsim.

§. III.

Contractus damnosus.

Fit contrectatio vel usurpatio rei alienæ, vel non omninò ignaro, vel non omninò invito domino, 14
adeóque dupliciter fit. 1. Per dolum, ut dum

quis alterum decipit circa rei ſubſtantiam, qua
tem, valorem vel pretium : ut ſi alteri vendat
trum coloratum pro gemma : annulum ex
calcho pro aureo &c. is uſurpat rem alienam,
ignarô omninò dominô, vident enim ipſum fa
ſed non videt injuriam ſibi factam : ideoque
contractus formaliter ſpectat ad furtum, licet
terialiter deficiat. 2. Fit per vim, metum,
quis alterum quocunque metu injuſto cogit ad
tractum quocunque modo injuſtum & ei dam
ſum ; v. g. ad emendum, ſolvendum prætio
ſivo, vel vendendum pretio juſto minori : al
tuum accipiendum cum uſura &c. is uſurpat
alienam domino ſimpliciter quidem ſciente &
ctum, & injuriam ſibi factam, at non omninò
to, cùm ſimpliciter velit, & conſentiat in
ctum iſtum ; eſi cum admixto involuntario
dùm quid : quia nimirum nollet ita contrahere
ſi metus vel neceſſitas eum urgeret : & talis
ctus injuſtus ſpectat ad rapinam materialiter,
tenus videnti, vel ſcienti infertur injuria ; etſi
ciat formaliter, quatenus non ſimpliciter
vel invito injuria facta eſt. Atque rurſus
Theologos in foro conſcientiæ eadem eſt ra
culpæ, & reſtitutionis, in ejusmodi contra
damnoſis, ac in furto vel rapina : quidquid
externo Juriſtæ diſtinguant.

§. IV.

Damnificatio injuſta.

15 *SEu damnum injuſtè datum dicitur, occulta violenta deſtructio ſeu deterioratio rei*

invito domino. Unde dicitur damnificatio non lucrosa, quòd scilicet ex ea nullum lucrum vel commodum ad damnificantem perveniat : dividitúrque in inculpatam, & culpatam, culpâ vel theologicâ, vel civili tantùm.

I. Damnificatio inculpata dicitur, quando nulla omninò culpa interveniente damnum infertur : vel quia damnificans non est capax culpæ, ut si infans, vel furiosus domum incendat : vel quia justa causa est damni inferendi, ut in bello justo defensivo, vel offensivo, quo ob necessariam defensionem, publicam vindictam, aut hostes debilitandos &c. damna inferuntur : item si dominus incensa in parte nondum ardente destruatur, aut ædes contiguæ, ne ignis latiùs diffusus majus damnum inferat ; ut etiam jura statuunt : quibûs casibûs utique nulla restitutione seu damni resarciendi obligatio contrahitur. 16

II. Damnificatio culpata per culpam theologicam, seu verum peccatum dicitur, quâ damnum infertur cum aliqua voluntate nocendi : seu damnum proximo inferendum aliquo modo intenditur, aut directè & ex proposito volendo nocere ; aut saltem indirectè, & in suo causa posita, vel non amota, ut si animadversô periculô damni inferendi ex tua actione v. g. homicidii ex jaculatione, incendii ex incustodia luminis &c. nihilominus non caveas, nec actione illa abstineas, cùm possis, eò ipso censeris velle ipsum damnum secutum : qui enim vult causam, etiam indirectè saltem vult effectum prævisum atque ex hac damnificatione theo. 17

logicè culpabili, omni jure naturali & po
obligatio reſtituendi, ſeu damni reſarcien
que obligatio, etiam ante litis conteſtatio
ad hæredes transmittitur jure naturali, civ
Canonico. Vide latè Molinam *hic tr. 3. d*
diſp. 43. Layman *tr.* 3. *p.* 1. *c.* 6. *num.* 3.

18 III. Damnificatio culpata per culpam ci
vel politicam tantùm, dicitur, quâ ſecluſa
voluntate nocendi proximo, omnique act
vel omiſſione culpabili coram Deo, ac in conſc
tia, nihilominus damnum proximo infer
actione, vel omiſſione culpabili vel defectuo
tra exactum modum agendi humanum. Def
enim culpa politica: *defectus ab eo, quod hom*
æquum eſt, & humana diligentia præſtari poſſ
quidem in foro externo, quisquis ex culpa
tantùm damnum alteri dedit ad ejus integram
penſationem compelli poteſt per actionem
Aquiliæ *de damno dato ff. & inſtit. ad L. Aquil*
E. g. ſi inconſultò aliquid è domo ejeceris, v
fuderis; ſi candelam ardentem extinguere;
num claudere; canem alligare oblitus ſis &c.
de damnum proximi rebus evenenit. Eade
tione, ſi cujus ſervus, vel animal damnum d
etſi ignarô dominô, nihilominus compellit
damnum compenſandum, aut ſervum, vel a
noxæ dandum; unde actio noxalis dicta eſt in
Item ut Nauta, Caupo, ſtabularius &c. tene
de damno dato à ſuis famulis, vel iis, quorum
râ uſi ſunt, ſtatuunt Jura *L. ultima ff. naut.*
Leyman cit. num. 2.

IV.

IV. Attamen jure naturali in foro conscientiæ, & ante judicis sententiam non oriuntur ejusmodi obligationes: atque nihil obligatus est, qui absque culpa theologica & peccato injuriæ per culpam civilem tantùm, per se, vel per suos, quodcunque damnum dedit, nisi præcesserit pactum, aut sequatur sententia Judicis. Ita contra *Covarruvi-am*, *Adrianum*, *Angelum*, & alios nonnullos docet cõmunissima *DD. Sylvester*, *Navarrus* uterque, *Molina*, *Lessius*, aliisque cit. Layman modò *cit. n.* 2, Ratio est: quia talis obligatio in foro conscientiæ orietur aut ex legum civilium constitutione, aut ex pacto aliquo antecedente &c. non primum: quia leges illæ ad cives cautiores ac diligentiores reddendos institutæ, respiciunt quamcunque omissionem cautelæ, vel negligentiæ in hujusmodi damnis, adeóque quasi pœnales sunt: atqui legibus pœnalibus omnibus cõmune est, ut non obligent ante Judicis sententiam seu condemnationem; quod in proposito vel ex eo manifestum est, quòd post mortem eorum, quorum culpâ civili tantùm damnum datum est, actio adversus hæredes non concedatur, nisi lis jam antea contestata fuerit; ut habetur in jure LL. allegatis apud Molinam *tr.* 2. *disp.* 713. Neque secundum: quia supponitur hìc omninò nullum pactum intercessisse: quòd si autem pactum aliquod interceserit, v. g. cõmodatum, locatum, depositum &c. cõmunis DD. Sententia est, damnificantem obligari ex culpa etiam civili, juxta cujusque contractûs naturam: v. g. cõmodatarius

19

ex culpa civili etiam leviſſima : conductor ex culpa levi : depoſitarius ex ſola culpa lata & Sed de his jam aliàs tr. 4. latiùs & mitius ; hic ter inſinuaſſe ſufficit.

ASSERTIO II.

20 *Furtum eſt peccatum mortale ex genere ſuo, excuſatur tamen multipliciter tum ex parte ipſius furantis, aut domini, cui res ſua auferetur tum maxime ex parvitate materiæ : materia autem gravis ſufficiens ad mortale furtum, abſolute quidem reſpectu* conjuncunque *eſt duorum circiter ducatorum, reſpectiva autem eſt victus unius talis domini, vel perſonæ rei.* Comunis doctrina ut patebit explicando per partes.

§. I.

Furtum eſt peccatum mortale ex genere ſuo.

21 FUrtum de fide, & expreſſo præcepto Decalogi : Omnia enim præcepta Decalogi, quorum obſervantia neceſſaria eſt ad ſalutem æternam, ſine dubio obligant ſub mortali ex genere ſuo : ergo. *Deinde* : omne peccatum directè repugnans Charitati & juſtitiæ eſt mortale ex genere ſuo : furtum autem directè repugnat utrique Charitati quidem quatenus fur proximo malum infert : juſtitiæ verò, quatenus infert injuriam ut nimis manifeſtum : ergo. Quod autem dicitur Proverb. 6. *Non eſt grandis culpa, cùm quis furatus fuerit &c.* partim excuſat furtum ob neceſſitatem furantis ſaltem à tanto : nam ſequitur *furatur enim, ut eſurientem impleat animam*

pa-

partim comparat furtum ut minus peccatum cum majori peccato adulterii : sequitur enim ulteriùs : *qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam.* Porrò constat furtum ex genere & objecto suo levius esse peccatum, omnibûs aliîs peccatîs in Decalogo prohibitîs, cœterîs paribús, peccata enim contra Præcepta primæ tabulæ cûm versentur circa ipsum Deum, ejúsque cultum, utique sunt graviora furto versante circa hominem tantùm. Alia autem Præcepta secundæ tabulæ, cùm versentur aut circa proximi personam, aut bonum vitæ, famæ, honoris, etiam ex genere suo majora peccata sunt furto versante circa bona externa fortunæ proximi, quæ sunt inferioris longè ordinis, ut per se patet.

§. II.

Excusatur à mortali ex parte furantis, & domini. &c.

FUrtum ex genere suo mortale, inprimis ex- 22
cusatur, & fit veniale ex parte ipsius furantis, tum ob imperfectionem actûs ; ut si fiat absque sufficienti deliberatione, ex aliqua præcipitantia, vel metu minuente voluntarium : tum ex ignorantia facti : ut si ignores rem esse alienam, etsi non omninò inculpabiliter ob defectum sufficientis inquisitionis. Tum ex ignorantia vel errore juris, esi non inculpabili : ut si absque sufficienti inquisitione tibi persuadeas, licere tibi auferre, vel usurpare rem alienam, vel ob necessitatem non sufficientem, vel ob compensationem non satis debi-

debitam, vel quòd falsò putes dominum non in
invitum ad ablationem rei suæ : vel quòd fa
credas, rem inventam in publico licitè à quoli
aufetri &c. Denique ignorantia invincibilis
inculpabilis juris, vel facti sicut in omni alia pe
catorum, ita & in furti materia peccatum omn
tollit ; cùm omne tollat voluntarium. Om
certa apud omnes ex materia de actibus humanis
& peccatis.

23 Rursus furtum ex genere suo mortale excusa
& fit veniale, vel omninò nullum, ex parte dom
ni, cui res sua auferetur ; quippe qui sciatur, v
probabiliter putetur parùm aut omninò non es
invitus, sibi talem rem auferri, utpote quam pa
rùm aut omnino non curat : adeóque qui aufe
rem etiamsi aliàs notabilem, si tamen domin
non sit notabiliter involuntarius, sed æquè parv
curet, acsi res esset parvi momenti, non pec
mortaliter, sed venialiter tantùm : si autem re
omninò pro neglecta habere dominum cons
omne peccatum cessabit. Communis DD. R
tio patet : quia furtum formaliter eatenùs pecc
tum est contra justitiam, seu injuria contra jus pr
ximi, quatenus fit invito domino, nolente scilic
juri suo cedere : ergó quo minùs invitus est do
minus, quoque magis suo juri cedit, eò minus
peccatum, seu injuria : consequenter peccatum
mortale non erit, quando rem ablatam, etsi ma
gnam, non magis tamen curat, quàm si esset m
modica : quòd si verò omninò cesset esse invitus
& juri suo omninò cedat, clarè cessabit peccatum
om-

omninò ; cùm non fiat invitô dominô, saltem quoad rem ipsam, licèt esset invitus quoad modum.

24 Econtra autem similiter augebitur peccatum, quo magis dominus rationabiliter invitus est, vel ægrè fert, rem suam sibi auferri : adeò ut si quis auferens rem alienam, etsi de se modicam, & materiam furti venialis, sciat tamen dominum ea valdè affici, delectari, vel opus habere, ut ex ejus amissione magnam molestiam capturus sit, æquè acsi esset res magni momenti, peccabit mortaliter, æquè acsi auferret rem magni momenti : v. g. si auferas diviti nummum, vel monetam valdè antiquam & charam ; imò florem aliquem ob raritatem, & singularem, rationabilem tamen affectum, tanti æstimatum, ut mallet pedere aliquot taleros : item si famulus contra præceptum domini auferret primos fructus ex arbore vel vite, speciali affectu expetitos, puta, ad honorandos amicos, vel offerendos Ecclesiæ &c. *Ratio est :* quia licèt res in se parvi momenti sit, quia tamen dominus eam sibi auferri non omninò irrationabiliter æquè invitus ac involuntarius est, eandem molestiam capturus, acsi res magni momenti fuisset, æquè graviter peccabis : ut docent DD. communiter. *Sylvester. Navarrus* uterque. *Lessius.* alij cum Layman. *hic c.* 16. *num.* 3.

25 Ubi tamen gnaviter nota, illud augmentum peccati mortalis in ablatione rei levis, sed magni æstimatæ, non esse in specie furti contra justitiam, sed potiùs in genere offensæ tantùm contra charitatem : quia furtum in ratione injustitiæ eatenus est

pecca-

peccatum mortale, quatenus proximo notabi
damnum infertur in bonis fortunæ: at in illa ab
tione rei levis, quamvis magni æstimatæ ab in
to domino, nullum tamen notabile damnum
fertur in bonis fortunæ, ut semper supponimus
ergo non est peccatum mortale furti, sed in ra
nè furti contra justitiam veniale manet, mor
autem evadit in ratione offensæ contra Charitat
quatenus domino iniquam vexationem vel mo
stiam creat, sæpè etiam in gravia peccata, blasp
mias, vindictas, &c. præcipitat. Et certum a
omnes, eum, qui ejusmodi rem abstulit, non te
ri postea domino restituere tantùm, quanti ipse
rem æstimavit, sed solùm æstimationem comm
nem rei in se.

§. III.

Et maximè ex parvitate materiæ.

26 FUrtum ex genere suo mortale, maximè ex
satur, & veniale fit ex parte materiæ, seu
parvitatem vel levitatem materiæ; cùm versetur
circa bonum hominis infimi ordinis, & maxim
divisibile, seu magis & minus suscipiens: qu
proinde adeò minorari poterit, ut ampliùs pecc
mortalis & reatûs æternæ damnationis capax
seri recta ratione non possit, in quo omnes con
niunt, præter solum, quem sciam, nostrum Ga
brielem *in* 4. *d.* 15. *quæst.* 3. §. 5. docentem, qu
lemcunque rei modicæ acceptionem esse mort
si fiat ex affectu nocendi proximo, aut ex cup
tate possidendi rem alienam: sed reijcitur ab om
bus fundamentum ejus, hoc scil. quod ex gr
ne

nere suo est tale, semper est tale. Verum enim est de genere metaphysico, vel logico, falsissimum autem de genere morali peccati : peccatum enim mortale ex genere suo dicitur, non quòd semper debeat esse peccatum mortale, sed quòd ex proprio objecto, secluſa quavis alia malitia, possit esse peccatum mortale, & etiam sit, positis requisitis; utpote voluntario pleno, materia sufficiente & capaci tanti reatûs : de quo in materia de peccatis. Certum hîc est, posse nos assignare materiam certò gravem & sufficientem pro peccato mortali v. g. centum aureos ; aut certè talem, ob quam vel jure Canonico excommunicatio, vel Jure Civili pœna capitis infligi possit per se loquendo : cùm nec excommunicatio, nec pœna capitis infligi justè possit, nisi ob peccatum mortale. Certum item est, posse nos assignare materiam furti certò levem, & solius culpæ venialis pev se capacem : v. g. unum vel alterum obolum &c.

At difficultas tota in assignanda quantitate ma- 27
teriæ determinata & media consistit, quæ nimirum sit gravis, ut in ea, vel ultra illam sit culpa gravis & mortalis, & quâ minor, & infra quam sit materia & culpa levis, ac venialis tantùm. In hac quæstione maximè practica tot ferè sunt sententiæ, quot capita. Nimis strictè *Navarrus* solùm dimidium regalem vel julium requirit, id est, unum noſtrum pacium, vel paulò plus. *Corduba* & alii, unum regalem, scilicet duos noſtros pacios circiter. *Molina*, *Rebellus*, *Lessius*, aliique multi duos regales, id est, quatuor vel quinque noſtros pacios.

pacios. *Valentia*, *Sayrus*. alij apud Dianam *resol.* 57. tres regales vel julios, scilicet me... nostrum florenum circiter. Alii commu... um Sanchez *lib.* 7. *moral. cap.* 20. quatuor re... les scilicet nostrum medium talerum, vel flo... num circiter. Nimis autem laxè generatim ... quendo, *Sotus*, *Sylvester*, *Angelus*, alli, unum ... duos aureos seu ducatos. Ab omnibus au... explosa est opinio quorundam Veterum, e... centum aureos furari valde diviti, secluso ... damnô vel incommodô domini, non constitu... materiam gravem, vel peccatum mortale.

28 Denique post longam inquisitionem mater... gravis & furti mortalis, omnes ingenuè fatean... non posse aliquam regulam certam & fixam co... stitui, sed totum pendere ab æstimatione mora... & judicio prudentis ex circumstantiis in parti... lari definiendum esse : nimirum non ex sola qua... titate rei ablatæ, sed etiam à circumstantijs pers... næ ditioris, vel egentioris, cui ablata est, indic... majori vel minori damno causato. Unde mate... gravis furti alia statuenda est *absoluta*, absque ... latione particulari ad personam ditiorem, vel eg... tiorem : alia *respectiva*, quæ scilicet non secundu... se absolutè, sed solùm habita relatione & respect... ad circumstantias personæ læsæ, gravis est, & ... ficiens ad peccatum mortale. Qua quantita... gravi assignata, facilè patebit materia parva & ... cusans à mortali.

§. I...

§. IV.

Materia gravis, & levis.

MAteria furti gravis, & sufficiens ad pecca- 29
tum mortale *absoluta*, & respectu cujuscunque etiam opulentissimi, aut Regis vel Principis potentissimi, sunt duo circiter ducati. *Respectiva* verò ad conditiones personarum est illa, quæ sufficeret ad victum unius diei tali personæ, cui ablata est: veluti si à mercatore valde divite fureris duos florenos circiter: à cive mediocriter divite florenum: ab opifice dietim victitante tres vel quatuor pacios: ab operario diurno labore victitante unum vel alterum pacium: à paupere mendico aliquos cruciferos, vel numeros, quibus se uno die utcunque aluisset. Ita ferè Layman. *lib. 3. tract. 3. p. 1. cap. 1. num. 3.* alii apud ipsum: & re ipsa ferè coincidunt *Bonacina*, *Petrus Navarrus*, alii cum Lugo *disp. 16. sect. 2.* & re ipsa consentit noster Marchant. *tribun. p. 2. tract. 8. tit. 1. q. 5.* Ratio est.

I. Quia sicut alia peccata Reipublicæ pernicio- 30
sa prohibentur graviter ut intrinsecè mala, non propter damnum actuale præcisè, quod adferunt semel facta, sed etiam & multò magis propter damnum habituale & consecutivum, quod adferrent semel licita, sed sæpiùs repetita, si semel sine gravi culpa licerent, v. g. pollutio voluntaria prohibetur graviter ut intrinsecè mala, in omni casu: quia licèt semel facta in raro casu ad evitandã mortem, vel gravissimam infirmitatem, non afferret

grave damnum ſpeciei humanæ, afferret tamen graviſſimum conſequenter ex eo, quòd ſi ſemel in aliquo caſu liceret, homines ad illam delectationem proclives, fingerent ſibi neceſſitates, & cauſas valdè frequentes, in maximum detrimentum ſpeciei humanæ, dum illa voluptate contenti, minùs curarent de matrimonio. Item revelatio Sigilli Sacramentalis prohibetur graviter ut intrinſecè mala in omni caſu; quia licèt ſemel facta ob graviſſimam cauſam v. g. proditionis detegendæ non afferret detrimentum Sacramento, afferret tamen graviſſimum, & exoſum redderet Sacramentum ex eo, quòd ſi vel in uno caſu ob graviſſimam cauſam liceret, ſemper metueret pœnitens, ne fortè occurrat talis cauſa, aut ne Confeſſarius talem cauſam apprehendens peccata ſua revelet, & ideò vix ullum gravius peccatum auderent confiteri: & ita in cæteris omnibus. Atque eadem ratione in propoſito furtum prohibetur ut intrinſecè malum & grave ex genere ſuo, non præciſè ob damnum actuale, quod afferret ſemel factum, furando v. g. Principi opulento aliquot ducatos, ſed etiam & multò magis ob damnum habituale & conſecutivum, quod afferret ſæpiùs repetitum, ſi ſemel citra grave peccatum liceret in tanta quantitate furari. Jam ſubſumo.

31 II. Atqui licèt revera furtum unius vel alterius ducati à Principe, vel alio ditiſſimo, unius floreni ab alio divite &c. ſemel factum eidem nullum, vel exiguum afferret detrimentum, afferret tamen detrimentum maximum, ſi ſemel in tanta quantitate

citra grave peccatum liceret, tunc enim ex hominum malitia, & avaritia innata multiplicarentur ejusmodi furta, ex quorum frequentia maximum detrimentum etiam ditissimis sequeretur: ergo furtum in tali quantitate assignata censeri debet prohibitum gravitet, & sub peccato mortali. Accedit, quòd hæc sit communis hominum etiam prudentum persuasio, valorem unum, aut duos ducatos excedentem esse gravem absolutè, ut vix aliquis etiam potentissimus reperiatur, qui spectatis omnibus impendiis, tantæ pecuniæ jacturam, ut sibi damnosam non justissimè ægrè ferat. Secùs est de furtis minoris quantitatis: non enim sequitur tantùm detrimentum ex eo, quòd homines sciant, se sine peccato mortali posse aliquid minutum furari: quia minus peccatum veniale, licèt minus absterreat, tamen ob minus lucrum etiam minus invitat ad illa furta minutiora.

III. Respectivè verò ad conditiones personarum 32
te sua indigentium, per se notabile damnum infertur auferendo eis tantam quantitatem, quæ ad victum unius diei sufficeret, prout supra specificatum. Quin etiam operario pauperi, qui in diurno labore ad sui sustentationem plus lucrari non potest, furari unum pacium mortale erit: quia eo furto majus damnum infertur tali pauperi, quàm diviti furando integrum florenum, vel ducatum. Item valdè pauperi etiam aliquos nummos furari, quibus ad victum valde indigeret, lethale erit eadem ratione: nam sicut testimonio Christi Marci 12. Vidua illa, quæ duo æra minuta in gazophy-

lacium misit, plus omnibus dedit, quia totum ... ctum suum dedit: ita qui illi hæc duo æra mini... furtò abstulisset, non quid modicum, sed totu... victum abstulisset, ideóque grave damnum int... lisset. Item eadem ratione peccatum mortale com... mittetur auferendo alicui rem quantumvis modi... cam, si ipsi exinde grave damnum emergat, v... lucrum cesset: ut si auferas pauperi sartori acum... sutori subulam, scribæ calamum, aliive aliud in... strumentum, cùm tamen scias illum aliud non... habere, nec brevi acquirere posse ad opera sua ne... cessariò exercenda. Ut ex communi notant Na... varrus *c.* 17. *num.* 2. Laym. *cit. c.* 1. *num.* 3. Lu... go *cit. sect.* 3.

33 IV. Denique apud omnes constans est, etsi... qui furatur quantumvis minimam rem, sed animo... accipiendi quid magnum, peccare mortaliter ... intentione & affectu, etsi non in executione, & ef... fectu. Unde si pœnitens confiteatur, se modicum... quid furatum esse, aliquando à Confessario interro... gandus erit, an fortè non defuerit animus plura ... ripiendi, si copia vel occasio fuisset. Quia ut dixit... S. Hieronymus in Epist. ad Titum c. 2. relatus... c. ult. 14. q. 6. *Fur non solùm in majoribus, ... etiam in minoribus judicatur: non enim id, quo... furtò ablatum, sed mens furandi attenditur.*

SECTIO

SECTIO II.

De furtis minutis multiplicatis seu continuatis respectu ejusdem, & diversorum. Ubi simul de furtis domesticorum &c.

SUMMARIUM.

34. Furta minuta sunt, seu constituunt mortale tripliciter.
35. I. Ex intentione principali per ea ditescendi.
37. II. Ex intentione directa, vel indirecta ea continuandi animadversa jam notabili materia concrescente &
40. III. Ex sola injusta detentione notabilis materia jam sic congregata.
42. & 43. Idem probabilius est de furtis minutis factis ab eodem diversis.
44. (Admissa tamen majori quantitate materiæ.)
45. Imò & factis eidem à diversis communi consilio, & cooperatione &c.
47. Secùs, si non ita communi consilio, vel influxu cum aliis quis modica furetur.
48. Vsque ad n. 51. Furta domesticorum sunt vera furta, ut tamen mortalia sint, requiritur major quantitas materiæ, quàm in furtis externorum.
51. Unde & uxores mortaliter peccant surripiendo notabilem quantitatem de bonis mariti.
52. Eis tamen pro parvitate materiæ respectivè multum admittitur.
53. Et insuper ex diversis capitibus citra peccatum de bonis mariti quid auferre, vel disponere possint.
54. Quas eleemosynas, vel donationes facere possunt uxores; & quantum sibi ipsis applicare?
55. Refertur & resolvitur casus astutæ uxoris.
56. Etiam filiifamilias mortaliter peccant surripiendo notabilem quantitatem de bonis patri subjectis.
57. Ad id tamen longè major quantitas requiritur, quàm in furtis extrancorum.

58. *Auferendo autem esculenta, & poculenta, tam ipsi, q... Religiosi, & servi, rarò peccant mortaliter, si q... absumant.*

59. *Ac etiam sine peccato de bonis paternis aliqua cop... expensas facere possunt.*

61. *Similiter Religiosus notabilem quantitatem de ... Monasterii surripiens duplicitr peccat mort... peccatò furti, & proprietatis contra votum?*

62. *Cui communiter ad mortale non concedunt (nisi ... culentis, & poculentis) majorem quantitatem ... furi extraneo.*

63. *Alii tamen æquè probabiliter concedunt ei tantum ... tum filiofamilias.*

64. *Pro qua tenetur etiam ad restitutionem.*

65. Vsque ad n. 68. *Idem fermè est de furtis famulor... ancillarum.*

68. *Quid de furtis sartorum, textorum, molitorum &c...*

ASSERTIO III.

34 *Furta minuta facta eidem ab eodem ad ... lem quantitatem per venientia constituunt ... catum mortale triplici ratione:* 1. *Ex inten... principali per furta minuta diteścendi vel ... gandi magnam quantitatem.* 2. *Ex inten... directa, vel indirecta continuandi furtum ... tum adimadversa jam notabili materia ... scente.* 3. *Ex sola detentione injusta notabil... teria per furta minuta jam congregata. Idem ... dicendum de furtis minutis ab eodem diversis ... & factis eidem à diversis communi consilio, ... ratione vel influxu unius in reliquos.* Ex... particulatim.

§. I.

§. I.

Ex intentione principali diteſcendi.

QUi furtis repetitis ſemper furatur quid mo- 35
dicum, ne fortè notetur, ſed ex intentione ſurripiendi tandem magnam quantitatem, & inde diteſcendi, is primo, & ſingulis furtis peccat mortaliter. Omnes. Leſſius *lib.* 2. *de juſt. c.* 12. *dub.* 7. Sanchez. *lib.* 7. *moral. c.* 31. Layman. *l.* 3. *t.* 1. *n.* 6. Lugo *diſp.* 16. *ſect.* 3. *de juſt.* Ratio clara eſt. Quia qui habet propoſitum proximo nocendi in re gravi, peccat mortaliter: & media ſemper participant malitiam ſui finis: atqui talis habet, & retinet ſemper propoſitum nocendi proximo in re gravi, & ſingula furta minuta procedunt ex illo propoſito tanquam ejus continua executio: ſinguláque tanquam media ordinantur ad acquirendam rem notabilem, ut finem mortaliter malum: ergo talis ſingulis furtis minutis peccat mortaliter: non tamen (quod benè nota) committit tot diſtincta furta mortalia, quot ſunt furta minuta, ſed unum tantùm: quia omnia furta minuta ſimul ſub una intentione principali uniuntur, tanquam continua una executio illius intentionis mortalis. Quod etiam in furtis gravibus repetitis, & ſub una intentione unitis uſuvenit. De quo in materia de peccatis.

Quare judica, mortaliter peccâſſe eum, qui 36
menſuras, & pondera falſificando modicè, vino aquam, aliiſve mercibus deteriorem materiam miſcendo, notabile lucrum collegit: item qui alie-

nas vineas circumcurſando uvarum multitudi
congregavit, quia in his caſibus unum eſt ma
propoſitum circa objectum grave & mortale,
ſucceſſivè & minutatim congregando. Non
tem ita facilè judicabis mortaliter peccâſſe eum
qui hodie ab uno non ita divite duos pacios furt
eſt, & abſumpſit, ac deinceps abſtinere propo
nihilominus poſt aliquot dies iterum nactus oc
ſionem duos pacios eidem, vel alteri abſtulit,
eodem modo ſæpiùs poſt propoſitum abſtinen
pervenit ad ſummam unius v. g. taleri, vel ſim
ni: quia talis non unum propoſitum retinet, qu
pè quod ſæpiùs revocavit: unde nec unum p
catum committit, ſed plura diſſoluta & venial
niſi denique perveniat ad quantitatem valde not
bilem v. g. trium vel quatuor florenorum: n
peccatum mortale non effugiet; ſi non ratione
ablationis, ſaltem ratione injuſtæ detentionis:
mox videbis ampliùs.

§. II.

Ex intentione continuandi &c.

37 QUi ſucceſſivè repetitis vicibus furatur q
modicum v. g. ſingulos denarios &c. ab
que quidem prævia intentione congregandi m
nam quantitatem, vel diteſcendi, attamen adv
tens concreſcere magnam ſummam domino no
biliter nocituram, quæ nimirum ſimul ablata ſu
controverſia ſufficeret ad peccatum mortale: v.g
unius ducati &c. eo ſtatu ſciens, & volens, ide
ſuper aliquid modicum auferat, ſciens, vel exce
den

dens illam quantitatem, etiam unicum denarium, ipso illo ultimo furto minuto peccat mortaliter: seu ipsum ultimum furtum illud minutum, alioquin seorsim secundùm se sumptum veniale tantum, hìc & nunc ratione conjunctionis volitæ cum præcedentibus est peccatum mortale: seu potiùs, & rectè sonantiùs loquendo, intentio seu voluntas illa continuandi furtum per illud minutum usque ad quantitatem notabilem, lethalis est. Quia nimirum censetur consentire in totum damnum, ut supponitur; graviter domino nociturum. *Ratio* ergo est. Quia illud opus, quo injustum notabile damnum proximi completur, mortale est: atqui per illud ultimum furtum, quo quis advertit se pervenire ad summam notabilem, V. G. furando ultimum pacium complentem talerum, vel ducatum respectivè, completur notabile damnum proximi: ergo illud ultimum furtum mortale est, non quidem secundùm se absolutè; sed cum habitudine ad furta præcedentia consideratum. Certè potest quis etiam comedendo, vel bibendo pretiosa aliena, peccare mortaliter: ubi sanè ultima comestio, vel ultimus haustus secundùm se non est quid grave, tamen cum præcedentibus conflat damnum & peccatum grave. Atque ita docet jam communis DD. *Major*, *Medina*, *Sotus*, *Valentia*, *Vasqurz*, aliisque citt. Sanchez *c.* 21. *n.* 5. Layman. *cit. c.* 1. *n.* 6. Lugo *supra Sect.* 3. & non fusius *tractat.* 1. *de peccatis.* Contrarium tamen docuerunt Navarrus *c.* 17. *n.* 139. Lessius *supra dub.* 8. & noster Marchant. *tribun.*

p. 1. tract. 3. tit. 1. q. 5. & alii negantes ex illis furtis minutis fuisse peccatum mort quamvis fateantur talem sub mortali teneri tuere illam quantitatem per furta minuta co gatam: ideoque non quidem auferendo un sed detinendo tantùm peccare mortaliter, ipsum quidem posse fieri, patebit mox §. *seq* Sed hic interim confirmemus nostram Sent am. Talis ergò secundùm omnes sub morta netur restituere summam notabilem furtis congregatam (cùm ab Innocentio XI. damna hæc propositio 38. *Non tenetur quis sub peccati mortalis restituere, quod ablatum pauca furta, quantumcunque sit magna totalis.*) Non quidem sub mortali totam summam, sed illam solùm partem, quæ co quantitatem notabilem in grave damnum pro quaque restituta, non retinetur ampliùs tas notabilis cum gravi damno proximi: secu communem DD. apud Lugo *cit, n.* 41. quod sub mortali restituendum est, etiam sub tali non auferendum erat: seu cujus retent mortalis, illius etiam ablatio fuit, vel potuit esse mortalis, cùm hæc duo morali sint; ergò si illa pars complens summam bilem sub mortali restituenda est, eandem ferre fuit, vel saltem potuit esse mortale, tunc inadvertentia excusâsset, juxta mox da §. sequenti. Atque hæc Sententia etiam materiis locum habet, ut in Horis, Jejuniis,

Feriis &c. prout universaliter docuimus in materia de peccatis.

Dices 1. multiplicata venialia nunquam faci- 38
unt mortale. *Distinguo.* Si sint omninò dispa-
rata, absque omni connexione ad invicem in
materia vel effectu causato (ut in cogitationibus
inutilibus, verbis otiosis, mendaciis jocosis &c.
etiam in infinitum multiplicatis) *Concedo.* Si
autem sint ita connexa, ut in nostro proposito,
Nego assumpt. neque etiam in proposito, pecca-
ta venialia ut talia in individuo facinnt unum
mortale: sed ultimum furtum, quòd secundùm se
solùm esset veniale hic & nunc adjectum præceden-
tibus furtis fit mortale, quod valdè notandum
est. 2. Ultimus actus furti est ejusdem rationis
cum præcedentibus: ergò venialis tantùm, sicut
actus præcedentes. Distinguo *antecedens*: est
ejusdem rationis ex objecto & per se; *concedo*: est
ejusdem rationis ex circumstantia, & per accidens:
nego *antecedens*, *cum consequentia*: Ratione
enim connexionis cum præcedentibus furtis ha-
bet ultimus actus aliquam circumstantiam, com-
plentem scilicet materiam, & damnum notabile
domini, quam non habent actus priores. 3.
Ultimum furtum non plus nocet, quàm præce-
dentia: ergo omnia sunt venialia tantùm. Iterum
distinguo antecedens. Non plus nocet absolutè
secundùm se sumptum: concedo. Non plus
nocet respectivè, & ut est conjunctum cum furtis
præcedentibus: *nego.* Nam ultimo furto minu-
to auferur jam integer florenus, vel ducatus, qui
non

non ablatus erat furtis præcedentibus. 4. Q
modo ergo salvabuntur famuli Magnatum
tinuò auferentes, consumentes, vel mal
pendentes aliqua modica, & nunquam resti
tes? *Respondeo*: excusari plerumque à mor
onere restitutionis, partim per inadverten
quia nunquam advertunt, vel se reflectunt ad
num domini notabile concrescens, partim q
domini Magnates in his non censentur valdè in
nec suos famulos tam strictè obligare velle ad
exactam curationem rerum suarum, etiam q
modica. Alioquin & illi peccant, sicut alii hom

39 *Petes*. Quid si quis post notabilem quanti
minutis furtis comparatam usque ad pecca
mortale commissum, rursus incipiat, & per
furari modica? ita distinguendum est cum
supra cit. Aut enim talis nondum pœnituit de
tis præcedentibus, nec restituere proposuit: &
denuò furando modica ab eodem, peccat mo
liter toties, quoties, quia tunc semper habet
plicitam, vel implicitam saltem voluntatem aug
di damnum notabile proximi, & retinendi no
bilem quantitatem rei alienæ semper majorem
majorem. Aut talis jam pœnituit de furtis præ
dentibus, & vel defactò restituit, vel restituere,
occasione, proposuit; & tunc denuò furando
nuta peccat tantùm venialiter, donec rursus at
gat quantitatem notabilem sufficientem ad mor
le furtum: quia tunc per pœnitentiam, & restitu
di propositum abrupit continuationem furtorum
præcedentium cum sequentibus, & sequens mater

furti non concrescit ampliùs cum præcedenti, sed manet per se sola, & venialis, donec rursus concrescat cum alia materia sequenti furtim subtracta.

§. III.

Ex sola injusta detentione.

EX pluribus furtis minutis, & singulis defacto venialibus tantúm, accrescente tamen notabili quantitate sufficiente ad mortale, adhuc exsurget peccatum mortale ratione injustæ detentionis tantùm. Ita nimirum: ut licèt quis furtis minutis sæpissimè reperitis usque ad notabilem summam, quia nunquam recordatus præcedentium furtorum, non advertit, vel attendit ad accrescentem quantitatem, singulis furtis, etiam ultimo solum peccaverit venialiter, & nunquam mortaliter ratione ablationis, postea tamen advertens aliquando quantitatem notabilem aggregatam, peccabit mortaliter ratione injustæ detentionis, seu non restitutionis rei alienæ. Communis, & certa doctrina apud citatos. Ubi rursus advertere debes, in furtis duo esse. Unum est injusta ablatio rei alienæ invito domino: alterum est injusta detentio, seu non restitutio rei alienæ invito domino. Et quamvis per se ordinariè, ablatio, & detentio ejusdem rei alienæ constituant unum numero peccatum, cùm utrumque per modum unius intendatur: nemo enim vult rem furari, quin saltem ad tempus eam detinere, ejusque usu & possessione dominum spoliare intendat: per accidens tamen quoad rationem peccati sæpè multùm differunt, v. g. accepisti mutuum à domino valente

certo

certo tempore restituendum: abstuliſti gla-
um furioſo ad impedienda damna aliis inferen-
poſtea finito termino vel furore, repetenti
mino non restituis: non peccâſti auferendo,
tinendo autem peccas mortaliter ex genere
Contra, furatus es equum ſuo domino: po-
ab eodem domino æquala, vel majori damno
ctus non vis reddere: peccâſti mortaliter auferen-
do: at non peccas detinendo, ſed juſta compen-
tione uteris, ſi alter damnum illatum quoque
ſarcire nolit. Item abſtuliſti burſam intentione
furandi aliquot denarios tantùm, poſtea repert
aliquot aureos detines: peccaſti ſolum venialiter
auferendo: ſed detinendo mortaliter. Simili
& in oppoſito. Ita in propoſito: ſi furtis mi-
tis & venialibus ſæpè repetitis, omninò diſper-
tis, nec ulla intentione unitis, conquiſiviſti non
bilem ſummam ſufficientem ad peccatum mortale
peccaſti ſemper venialiter tantùm auferendo;
verò poſtea peccabis mortaliter compertam ſum-
mam notabilem non restituendo invito domino.
Ratio eſt: quia velle detinere alienum in ma-
quantitate, ſemper eſt mortale: atqui per plu-
furta repetita minuta, etſi omnia & ſingula ven-
lia tantùm, ut puta, ſi furans nunquam recor-
tus furtorum præcedentium, non advertit ad
teriam notabilem concreſcentem: aut licet ad
verterit, tamen de præcedentibus jam pœnitu
& restituere propoſuit, nihilominus re ipſa aggre-
gatur materia notabilis cum gravi damno pro-
mi, v.g. ad unum vel alterum ducatum: ideo
qui

scienter retinens, vel restituere nolens peccat mortaliter: ergo ex pluribus furtis minutis, etiamsi omnia & singula quoad oblationem fuerint venialia, tamen accrescente materia notabili sufficiente ad mortale, ratione injustæ detentionis surget peccatum mortale, & obligatio restituendi sub mortali: secundùm omnes Doctores citatos.

Dices. Ex delicto veniali tantùm non potest ori- 42
obligatio restitutionis sub mortali, ut ex communi Sententia alibi diximus: atqui in nostro casu ex delictis merè venialibus oriretur obligatio restitutionis sub mortali: Nec satisfacit dicere, obligationem illam moralem restituendi non oriri ratione acceptionum venialium, sed ratione injustæ detentionis rei alienæ in quantitate notabili aggregatæ. Nam contra: supponamus talem furem, postquam advertit, se jam accrescente materia notabili, grave damnum intulisse, statim pœnitere, ac concipere propositum restituendi, & efficaciter velle restituere, quàm primum potest; tunc certè neque detentio ulla erit mortalis: ergo tunc ex solis ablationibus venialibus consurgit obligatio restituendi sub mortali. *Respondetur.* Negando assumptum primum, & hanc consequentiam: vel enim talis statim restituit, quàm primum potuit, & tunc nullam contraxit obligationem restituendi sub mortali, sed statim restituendo eam præcavit, & extinxit. Vel non restituit statim, quando potuit? & ecce jam exurgit detentio nova injusta mortalis; & inde obligatio

tio restituendi sub mortali: quod valde no-
dum est.

§. IV.

Furta minuta ejusdem respectu diversorum.

42 FUrta minuta & venialia prædictis modis co-
stituunt peccatum mortale cum obligatio-
restituendi sub mortali, non tantùm cùm fiunt
eodem eidem (prout hactenus suppositum fu-
sed etiam cùm fiunt ab eodem diversis domi-
Et quidem quoad primum modum, cùm quis
directa & formali intentione dite scendi, seu no-
bilem summam congregandi, furatur à diver-
modica, videtur esse extra controversiam:
enim intentio est peccatum mortale, ex qua sin-
la sequentia furta minuta, tanquam continua
intentionis executio, eandem malitiam mortal-
participant: & tunc domini quàm maximè co-
sentur inviti. Quoad secundùm verò modum
cùm quis absque ejusmodi intentione princip-
magnam quantitatem congregandi, à diversis fu-
tur modica, usque ad notabilem summam scie-
concrescentem: equidem *Joan. Medina*, *Ag-
lus*, Navar. *cit cap.* 17. *n.* 139. Toletus *lib.* 5.
16. & alii putant talem nunquam peccare mo-
liter.

43 Contrarium tamen longè veriùs docent
communiter Lessius *lib.* 2. *de just. cap.* 12. *dub.*
Molina *tom.* 3. *disp.* 689. Sanchez *lib.* 7. *moral.*
3. Laym. *lib.* 3. *p.* 1. *cap.* 1. *num.* 6. Lugo
disp. 16. *Sect.* 3. §. 1. Ratio est: quia licèt

minuta furando à diversis dominis non inferat notabile damnum singulis seorsim & actualiter, infert tamen notabile grave damnum omnibus collectivè, seu ipsi Communitati, vel Reipublicæ, saltem habitualiter & consecutivè, quatenus nimirum, si talis modus furandi non esset graviter prohibitus, maxima sequerentur incommoda, & inconvenientiæ contra bonum commmune, ac indemnitatem civium: si enim cuilibet citra peccatum mortale, liceret diteścere tali modo, seu furtim magnam copiam congregare ex alieno, quæ foret facies Reipublicæ, qui mores?! quæ securitas! Deinde sequeretur, posse aliquem sine peccato mortali in venditionibus uti ponderibus, & mensuris modicè falsificatis & diminutis, quod tamen in omni Reipublica benè instituta meritò gravissimè prohibitum est. Item sequeretur, non peccare mortaliter eum, qui ex granario, vel cellario totius communitatis furaretur magnam quantitatem; aut qui sine justo titulo tributa seu gabellas etsi minutas exigeret à tota populosa Communitate, &c. quia talis singulos non graviter, sed leviter admodum læderet: quæ tamen omnia omnium sensu sunt absurdissima: ergo.

Cæterùm in favorem ejusmodi furunculorum 44 aliqua hîc advertenda sunt Confessario. I. Universaliter, sive quis furtis minutis furetur ab eodem, sive à diversis, ad contrahendum peccatum mortale majori quantitate opus est, quàm illâ, quæ simul ablata constitueret peccatum mortale: v. g. ad minimum plus dimidiò. Quia scilicet domini

non sunt ita inviti ad furta successivè, seu per tervalla facta, quàm ad furtum rei notabilis factum: & ordinariè non tantum damnum tur. Vide *Molinam*, *Sanchez*, *Lugo cit.* II. M jor item requiritur quantitas, si plura furta mi diversis ac pluribus contingant, quàm si eide Quia tunc omnes & singuli non tam grave num patiuntur actualiter, & communiter nus inviti sunt. Molina cit. *disp.* 689. decem nat duplò, vel adhuc majorem quantitatem quiri in furtis diversis dominis: quàm uni *Layman. ibid.* à mortali excusat eum, qui ta ta mercatoribus singulos pacios auferret, et ablati sine dubio mortalis quantitas essent. Il etiam major requiritur quantitas in furtis fac ve eidem sive diversis quanto fiunt per majora porum intervalla: quia eò magis deficit unius mni connexio, & domini minus inviti censen cùm minùs advertant. Unde licet florenus simul, vel successivè brevi tempore ablatus con tueret peccatum mortale, puta, respectu me criter divitis; tamen successivè per longum pus, utpote duorum vel trium annorum, ptus non concrescit in peccatum mortale. pluribus, tanto temporum intervallo, absque testcendi proposito, talia furta minuta fierent etiam duo vel tres aurei non sufficerent ad pec tum mortale. Quæ tamen omnia prudentis probi viri, vel Confessarii judicio reliquuntur. quo latè videri possunt *Molina & Sanchez* IV. Addit. *Joan. Medina*, & probabile censet

sius *cit. dub.* 7. etiam requiri, ut taliter successivè, & præsertim à pluribus auferens non sit valde pauper & egens: alioquin excusabitur semper à mortali, & restitutionis debito gravi. Jam restat dubium in assertione indicatum.

Quid de furtis minutis factis eidem à diversis,

45 EXempli gr. plures transeuntes vineam, singuli paucos botros decerpunt: plures intrantes cellam vinariam singuli modicum furantur vinum, vel furtivè bibunt: plures famuli eidem domino modicam pecuniam subtrahunt &c. ita tamen, ut omnia simul sumpta conficiant quantitatem notabilem in grave detrimentum domini. Quæritur, quantum singuli peccent, & ad quid obligentur?

Hic certum est, si plures communi consensu, consilio, cooperatione ita furentur, singulos peccare mortaliter, & obligari ad restitutionem in solidum, scilicet in defectu aliorum: quia singuli sunt causa moralis totius damni. Quòd si unus primus incipiens ejusmodi furtum minutum, solo exemplo suo aliis causa fuit, ut alii grave damnum inferrent, utique peccavit mortaliter, & ex charitate saltem sub mortali tenetur ad compensandam partem à se ablatam, si spes sit probabilis, etiam alios damnum compensaturos, uti cum aliis observat Layman. *lib. 3. tract. 3. p. 1. cap. 1. num. 3.*

Quæstio ergo, & difficultas solùm est, utrum, 46
quando quis sciens, alios quoq; modica furari, vel furatos esse, nihilominus, & ipse modica furatur, absq; omni consensu tamen, cooperatione, vel influxu

fluxu in furta aliorum, peccet mortaliter, & te-
tuere teneatur ſuam partem, ex eo, quòd adve-
ſuo & aliorum furtis proximo notabile damn-
inferri? Affirmativa ſane communis eſt Sen-
tia. *Navarr. Medina, Major, Cordubа, Aug-
Sayrus, Vasquez.* alii cum *Molina* ſupra, Filli-
tract. 32. cap. 10. num. 149. Ratio tota eſt: q-
talis ſciens cooperetur ad grave damnum proxi-

47 Probabilior tamen videtur Sententia opp-
negativa Leſſii *lib. 2. cap. 12. d. 9.* Sanchez *lib.*
moral. cap. 21. Tanner. *tom. 3. d. 4. q. 6. d-*
Lugo *diſp. 16. Sect. 3. §. 2.* Diana *p. 2. tract.*
reſol. 42. Ratio eſt: quia talis nec infert g-
damnum ratione ſui furti ſecundùm ſe, quod
guum & veniale eſſe ſupponitur: nec ratione
furti ut conjuncti cum furtis aliorum: quia ſuo
to nullo modo cooperatur ad furta aliorum,
grave nocumentum ex omnibus reſultans non
ſatur per tuum furtum, ſed per furta aliorum,
bus nullo modo cauſa fuiſti. Alioquin ſequ-
tur, quòd poſito ad furtum mortale ſufficie-
ginti pacios, & Titius jam abſtuliſſet octode-
tu autem conſcius absque ulla cooperatione
ferres ſolùm duos pacios, peccares mortaliter
Titius venialiter tantùm, quo nil abſurdius:
eo caſu non peccas mortaliter, nec conſequen-
ſub mortali obligaris ad reſtitutionem aliqu-
Aliud eſt, ſi unus, & idem tali modo furetur
enim ipſe ſolus totius damni cauſa eſt.
etiam eſt, de eo, qui jam ægrotum, vel vulner-
alioquin ſupervicturum, denuò leviter vulne-

occidit, quia infert gravissimum detrimentum, quod morbus, vel vulnera priora non intulissent. Fundamentum ergo oppositæ Sententiæ, seu principium illud. *Omnis scienter cooperans ad grave damnum alterius, peccat graviter*: verum solùm est, quando quis influit in totum damnum moraliter, Jussu, concursu &c. aut per se graviter damnificat: non item si leviter tantùm.

ASSERTIO IV.

Furta domesticorum, Uxorum, filiorum, Religiosorum, famulorum &c. facta invito marito, patre, Prælato, domino &c. sunt vera furta; ut tamen mortalia sint, regulariter requiritur major materiæ quantitas, quam in furtis externorum. 48

In hoc omnes consentiunt. Et

Ratio est: Quia ex una parte omnes illi verè 49
usurpant rem alienam invito domino; ideòque vera furta committunt: ex alia autem parte paterfamilias v. g. non ita invitus est, quòd res sua à domesticis surripiatur, quàm si surriperetur ab extraneis: nec vult jus suum ita strictè tenere adversus domesticos, sicut adversus extraneos; aut si valde invitus esse videatur, graviter succenseat, plerumque tamen non tam ratione rei acceptæ & quoad substantiam invitus est, quàm ratione modi accipiendi, scilicet clam, furtim, non petita licentia, aut ratione mali finis v. g. ut lusu, potatione &c. perdant, uti observat communis DD. *Navarrus* uterque *Molina, Lessius, Lugo* &c. Unde etiam contra tales personas domesticas, uxo-

rem, filios, amicos &c. in foro externo non ceditur actio pœnalis & famosa furti, sed alia tior amotarum rerum. Neque contra fam vel ancillas actionem instituere potest pater lias, si furta modica sunt, Secùs est, si sunt im dica; vel nimis multiplicata: ut ex comuni notat Julius Clarus *lib. 4. sentent. §. furtum, n.* apud Layman. *cit. c. 1. num. 4.* Illud a operosum est decernere, quænam in ejusmod mesticorum furtis quantitas requiratur, ne ria ac sufficiens sit ad peccatum mortale; varia prolixè disputantibus tandem commun pientum consensu est hæc.

50 *Regula generalis*: In ejusmodi domestico furtis nullam posse dari certam regulam, quæ quantitas requiratur, & sufficiat ad peccatum tale, sed consideratis circumstantiis prudentis C fessarii judicio decernendum esse. Nam min vitus erit, & notabiliter præsumetur esse d nus dives, liberalis, amicus, quàm pauper, a parùm amans &c. minùs invitus, si domestici rentur ad proprios usus, quàm si ad dandum minùs, si panem, vinum, esculentorum reli quàm si peccuniam, vestes, alia pretiosa: min quid modicum, & rarò, quàm si frequenter, re mis magnum quid furripiant: si sis multùm & industriùs, quàm si negligens & parvi menti: & ita de sexcentis. Notat enim *disp. 16. sect. 4. n. 67.* pietatem patris v.g. in um, itemque mariti in uxorem, Prælati in tum &c. diminuere involuntarium: is enim

facilè credendus est velle esse ita invitus, ut filiis illa furta non nimis gravia imputentur ad peccatum mortale, & consequenter ad æternam damnationem. His ergo & similibus expensis discernendum erit, an præfati domestici peccaverint mortaliter cum obligatione restitutionis, nec ne, Claritatis tamen gratiâ, & frequentis praxis, breviter percurramus singulos.

§. IV.

Uxores.

PEccat mortaliter uxor peccatô furti, si notabi- 511
lem quantitatem surripit de bonis mariti, quorum scilicet ipse habet dominium, vel saltem administrationem, seu usumfructum, uti sunt ipsa bona dotalia, & lucra communia: nimirum graviter. rationabiliter, & quoad substantiam, non modum tantùm, invito marito. *Omnes.* Ratio jam dicta est: quia revera usurpat rem alienam, scilicet ad maritum jure domini vel administrationis spectantem, justè invito domino: ergo peccat peccato furti, & quidem mortali, si notabilis sit quantitas, semper tamen major, quàm aliàs, consideratis circumstantiis personarum, facultatis, magnitudine dotis allatæ, aliisque judicio prudentis æstimandis, juxta paulò ante dicta. Atque apud omnes in confesso est, uxorem in tali quantitate notabili surripientem etiam teneri ad restitutionem sub mortali. At quomodo restituet? respondetur: vel statim restituat de bonis propriis parapharnalibus, si habeat: vel post mortem ma-

riti restituet hæredibus ex dote, vel aliunde acq-
tis: si neutrum possit, saltem aliis modis, u-
quiis, officiis &c. aut ipsi marito, aut poste-
redibus compensare conabitur. Tandem si
possis, excusabit impotentia, juxta comm-
doctrinam in materia de restitutione. Insup-
aliqua hic advertenda sunt.

52 I. Pro parvitate materiæ excusante uxorem
peccato mortali furti, servari potest regula, q-
cum *Banne*, aliisque tradunt Diana *p. 2. t. 15.*
sol. 34. & Tamb. *lib. 8. c. 3. §. 4. n. 2.* Ni-
rum uxorem divitis posse auferre, & expend-
singulis annis partem vigesimam lucri annui,
annuorum redituum: loquentes de expensis
eleemosynas, & honestas donationes: eadem e-
go quantitas poterit excusare à peccato mortali
furtis uxorum; saltem quando patrimonium
mediocre, & non nimium est. Nam univ-
saliter loquendo, hoc ipsum nimium videtur L-
goni *cit. n. 64.* & meritò. Nam si uxor Princ-
pis habentis v. g. ducenta millia annuorum red-
tuum, posset quotannis inscio marito decem
millia usurpare, vel furto auferre, citra morta-
quod certè vel ditissimorum consuetudo m-
probat.

53 II. Insuper citra omne peccatum, & ha-
uxor de bonis mariti auferre, ac disponere pote-
ex diversis capitibus. Communiss DD. Nav-
rus *c. 137. n. 3.* Layman. *lib. 2. de Charitate t.*
Diana *p. 5. resol. 34.* 1. Quando ipsa una
bona administrat, & familiam gubernat, vel com-
fes-

sentiente viro, ut sæpè fit, vel viro absente, ægroto, amente, aliâve causâ impedito; quo casu potest facere honestas donationes, eleemosynas & similes expensas, quas ipse vir gubernans faceret, vel facere deberet, non autem notabiliter majores, ut notat Navarrus *cit. n.* 144. 2. Si vir ita concedat expresse, vel tacitè, aut rogatus facilè concederet, aut saltem rationabiliter concedere deberet: ut si pro necessitatibus familiæ, (maximè quando maritus tenax non sufficienter vel libenter dat) pro suo victu vel cultu, juxta suum statum accipiat: si faciat donationes liberales, maximè remuneratorias & eleemosynas secundùm consuetudinem aliarum suæ conditionis fœminarum: si quid alicui det ad avertendum damnum corporale mariti &c. tunc enim præsumitur adesse ejus voluntas, exemplô Abigaelis 1. *Reg.* 25. 3. Quandocunque occurrit casus aut necessitas, in qua ipsemet maritus deberet, ac teneretur facere aliquas expensas, vel eleemosynas, v.g. in extrema vel gravi necessitate proximi, imò etiam in communi necessitate, si maritus habens bona superflua, nunquam vellet dare eleemosynam, servato debito moderamine, potest, & debet facere uxor: tunc enim quoad hoc quasi viri locum, ejúsque defectum supplet, idque ipso jure divino, quo uxor data est in adjutorium viri, ut observat noster Marchant. *tribun. tr.* 2. *tit.* 4. *sect.* 2. 4. Si det aliquid patri, matri, imò fratri, sorori, ut filiis ex alio marito, quando hi egent alimentis, & ipsa aliunde non habet bona propria, qui-

bus eos alat: attamen hoc casu ex jure comm
soluto matrimonio debebit ipsa, quæ dedit, re
tuere ex sua dote hæredibus mariti, ut docet c
munis. *Ratio est.* Quia quoad hæc damnum
fert marito, cujus consensum rationabiliter p
sumere non potest.

54 III. Ex eo porrò, quòd uxor ex bonis m
possit expendere per annum vigesimam circa
partem annuorum reddituum in moderatas el
mosynas, aut donationes liberales juxta statum
um, rectè colliges cum *Molina*, *Tamburino*,
aliis, eam posse illas eleemosynas, vel donatio
simul aggregare, & totam summam uni
pauperi, aut amico largiri, secluso alio incon
nienti, de quo mox. At nunquid licebit
ejusmodi summam aggregatam ex eleemos
vel donationibus, quas posset facere aliis, sibi
si, suisque casibus applicare, aut in futurum
servare? Curiosa quæstio: tamen practica. R
spondetur cum distinctione, non licere q
eleemosynas: hæ enim debentur pauperibus, q
lis ipsa non est; neque maritus quoad hoc p
censeri esse conrentus: licere autem quoad
nationes vel expensas liberales: has enim fic
potest reservare pro aliis, cur non etiam pro
ipsa? ait *Tamburinus*: merito tamen excip
aliud inconveniens. Cùm enim ad decor
familiæ ipsiúsque mariti honorem spectet e
mosynas, & hujusmodi donationes facere p
bus, non poterit licitè ita se gerere uxor, ut le
per prorsus uni tantùm congreget vel etiam sib

met applicet: quia sic meritò invitus esset maritus: non igitur semper, non ordinariè, sed parcè, moderatè, & sine offensione decoris hac arte congregandi uni tantùm, vel sibi ipsi, uti poterit uxor.

IV. Pro ampliori declaratione dictorum de uxoribus, accipe casum, & praxin uxoris nequi- 55
tæ providæ prædivitis viri, quæ exiguam, vel nullam dotem attulerat marito. Advertit hæc liberos se non susciperе, & indè fore, ut tempore viduitatis egere debeat; ideo partim ex pecuniis marito surreptis citra omnem ejus licentiam; partim ex eleemosynis, & liberalibus donationibus, quas juxta statum suum facere poterat, sibi cumulatis; partim ex privato opere & labore suo: partim quæ sibi ex concessis subtrahebat, utpote contenta tot annis unico panneo indumento, cùm licitè potuerit accipere duo vel tria, eáque holoserica, & pretiosè ornata, ac similibus &c. intra paucos annos matrimonii collegit summam trecentorum ducatorum, quos per fidelem servum negotiationi applicuit, atque felici successu intra aliquot annos tria millia aureorum aggregavit, sibique reditum, seu censum annuum honestissimum emit pro viduitatis tempore reservandum. Potuitne eam summam, censúmque sibi reservare, an verò hæredibus mariti defuncti restituere tenebatur? Respondetur: nec totum posse retinere, nec totum teneri restituere, sed utrinque partem, pro diversitate bonorum oblatorum. 1. Restituenda est pecunia clam surrepta inscio & nullo modo

modo consentiente marito, unà cum interesse si quod accepit; non item restituendum est lucrum ex hujus surreptæ pecuniæ negotiatione acquisitum, quia pecunia de se est sterilis, & lucrum quod parit, tanquam merus fructus industriæ totum cedit industriæ negotiantis. 2. Non restituenda, sed licitè retineri potest pecunia ex labore ejus extraordinario comparata, vel fraudando de suo genio, sumptibusque licitis parcendo reservata ab uxore, una cum lucro ex ejusmodi pecuniæ negotiatione acquisito. 3. Restituenda est tota pecunia ex eleemosynis alioquin dandis reservata, non item ex ejusdem negotiatione lucrum, ut ante dictum. 4. Pecunia autem ex liberalibus donationibus, quas facere potuisset, reservata, non restituenda est tota (de lucro nihil) sed solùm eatenus, quatenus exinde familia passa esset detrimentum, tanta scilicet pars, quæ recta expensa sufficisset ad familiæ honorem conservandum arbitriò boni viri.

§. II.

Filiifamilias.

561. ET hi peccant mortaliter peccatò furti, si invitò patre notabilem quantitatem surripiant de bonis patris, quorum scilicet dominium, vel saltem administratio, & ususfructus ad patrem spectat, ut sunt ipsa etiam bona filii adventitia, & profectitia. Certum apud omnes: ex illo Prov. 28. *Qui subtrahit aliquid à patre suo, & à matre, & dicit, hoc non esse peccatum, particeps homicidæ est.* Ratio est eadem: quia verè usurpat rem alienam invito

invito domino: ergo peccat peccato furti, & quidem mortali in sufficienti materiâ; atque sub eadem culpa obligabitur restituere, aut ipsam rem ablatam, si existat, aut æquivalens ex bonis propriis, si habeat, aut postea adducere in divisionem cum fratribus: à quo tamen excusatur, si fratres similiter furati sunt, aut remittunt: aut si ipse pater vel jam condonavit, vel probabiliter putatur fuisse condonaturus, si fuisset rogatus à filio, qui præ verecundia rogare non est ausus, & summa non excedat id, de quo pater disponere poterat sine præjudicio & injuria aliorum filiorum, utpote sine diminutione portionis legitimæ. Communis DD. apud cit. *Lugo, Layman, Lessius.*

II. Omnes conveniunt ad furtum grave filio- 57
rum, & obligationem gravem restituendi, multò majorem requiri quantitatem, quàm in furtis extraneorum, ob rationem in Assertione allatam. Quænam autem quantitas sufficiat ad peccatum mortale, prudens Confessarius arbitrari debet non solùm ex materia ablata, sed etiam ex circumstantiis personarum: scilicet ex statu, & facultatibus parentis, ejus genio & affectu in filium, ex filiorum pluralitate, vel paucitate, ex filii accipientis ætate, & rei acceptæ usu &c. semper tamen vitando extrema, ut nec temerè peccati mortalis scrupulus iis injiciatur, nec etiam ansa præbeatur ad furandum nimium de bonis parentum: una enim certa mensura assignari non potest, quidquid conentur Doctores. Audi aliquorum placita: *Lessius, Navarrus, Fillincius*, & alii volunt, filium

non

non esse condemnandum peccati mortalis, si dom
vel tres aureos auferat à patre divite: secùs si a
chanico exiguæ fortunæ. *Salas* de hoc rogat
respondit, filium unicum patris habentis q
gentos aureos annuos, posse sine mortali aufe
singulis annis triginta aureos. *Bannes* dicit, n
nus, quàm quinquaginta aureos, non sufficere
furtum mortale filii à Parente divite: quod de
tis filiorum Magnatum etiam concedit Lugo
16. *sect.* 4.

58 III. Id etiam apud omnes in confesso est,
liosfamilias quemadmodum Religiosos, & serv
rarissimè peccare mortaliter auferendo esculen
seu poculenta, dummodò ipsimet absumant,
non aliis divendant, vel prodigant. Imò Sanch
lib. 7. *moral. c.* 21. absolutè negat, furta parv
esculentorum & poculentorum commissa à filiis
familias, Religiosis, & famulis, etsi successivè
magnam quantitatem perveniant, unquam
peccatum mortale. Quod quidem verum esse
si pater, Dominus, vel Prælatus invitus non
quoad substantiam, sed solùm quoad modum
secluso gravi damno familiæ, seu Monasterii.
cùs omninò est, si is rationabiliter invitus
quoad ipsam substantiam, eo quòd inde gra
damna domui, vel Monasterio inferri possint:
si filii, Religiosi, vel famuli quotidie à cell
unam vel alteram mensuram vini surripiant, p
sertim ubi vinum in pretio est: quis neget sp
uinus mensis, vel anni grave damnum illaturu
& mortaliter peccaturum?

IV. Cæterùm citra peccatum aliquas expensas 59
de bonis paternis facere poterunt filii, præsertim ad eleemosynas, donationes, recreationes, vel ludos honestos suo statui congruos. Inprimis de interpretativo vel præsumpto parentis consensu, in levibus facilè præsumendo. 2. In extrema, vel gravi necessitate proximi, si parentes ipsi nolint, nec alii succurrere velint, aut possint. 3. Quando peregrinantur, vel extent in scholis exteris. 4. Quando à parentibus habent deputatam summam pro sua sustentatione, quod supereſt, vel subparcunt, licitè in pauperes, & alias eleemosynas, aut alios prædictos usus erogant.

§. III.

Religiosi.

NOn est sermo de furto Religiosi fortè facto 60
ab extraneo, vel ex bonis omninò alienis; in hoc enim perinde se habet, ac cæteri fures, utique nulla concessa majori quantitate à mortali excusante. Sed sermo est de furtis Religiosi ex bonis Monasterii, vel Conventûs sui. De hoc accipe breviter.

I. Religiosus subditus notabilem quantitatem 61
surripiens de bonis ipsius Monasterii, utique peccat mortaliter dupliciter, peccato furti contra justitiam, & simul peccato proprietatis contra votum paupertatis. *Omnes.* Ratio est: quia licèt Religiosus sit membrum Monasterii vel Conventûs, & quasi filiusfamilias, quia tamen ex voto paupertatis omnis proprietatis omninò incapax effectus est, quidquid absque expressa, vel rationabiliter præsumpta licentia Superioris surripit, usurpat, vel con-

consumit, tanquam verè alienum surripit, & co
sumit: adeóque peccat peccato furti, & vio
tione paupertatis; idque pro ratione materiæ m
taliter, vel venialiter, æquè, imò graviùs, quàm
culares tali voto non adstricti, sed rerum tempo
lium capaces.

62 II. Quoad quantitatem autem mortalem, com
munis est sententia DD. apud Molinam *tom.*
Sanchez *lib. 7. moral. c. 20. num. 5.* Layman
3. tr. 3. p. 1. c. 1. num. 5. in Religioso eandem
quantitatem sufficere & ad furtum mortale, &
mortalem transgressionem voti paupertatis, qu
sive simul, sive successivè ablata sufficit ad furtu
mortale sæcularium (exceptis tamen usu consu
ptibilibus, esculentis, & potulentis, in quibus qu
Superior plerumque magis invitus est quoad m
dum, quàm quoad substantiam, major requir
quantitas ad mortale, qua nimirum Monaster
vel communitati notabile aliquod damnum inferr
tur, ut Superior etiam quoad substantiam mer
invitus esse, & censeri debeat) *Ratio est:* quia qu
ad alias res, pecunias v. g. suppellectilem &c. Pr
latus censetur æquè, imò magis invitus, eas auferr
à Religioso subdito, quàm ab extraneo: non ita
quoad res usu consumptibiles, comestibiles, po
biles, nisi quatenus inde damnum grave Monas
rio inferretur, ut paulò ante dictum. In hac ergo
communi sententia peccati mortalis damnabis Reli
giosum, si de bonis Monasterii tenuis surripi
unum florenum; in Monasterio opulento dimi
dium.

III. N

III. Nihilominus probabilis videtur senten- 63
tia opposita ad peccatum mortale tam furti, quàm violationis paupertatis in Religioso requiri eandem quantitatem, quæ requiritur in filiofamilias, ut peccet mortaliter furando de bonis patris. Ita *Rebellius, Ledesma, Fagundez., Cenedo* apud Tamb. *lib. 8. Decal. c. 4. n. 8.* & sequentibus. Ratio est: quia Religiosi inter filios computantur in Jure Can. *c. licet de sepulturis*, saltem in favorabilibus. Deinde non sunt Prælati credendi magis invitî quoad rem clam acceptam à Religiosis, sed solùm quoad modum, quàm parentes carnales circa filios, cùm illi non minùs, sed magis subditos suos tanquam spirituales filios diligere debeant, ut proinde non censeri debeant inviti quoad rem acceptam ejusdem quantitatis, in qua pater carnalis honestæ conditionis invitus non censeretur: ait *Rebellus* apud *Sanchez cit.* Qui tamen cum communi sententia contrarium tenet, à qua & ego non censeo recedendum in praxi. Eádemque ratione discurrendum erit de peccato solius proprietatis, ac violationis voti paupertatis, quando Religiosus absque ulla licentia accepit, & usurpat res ab aliis oblatas, vel donatas. Sed hæc non sunt hujus loci.

IV. Religiosus denique de rebus Monasterii 64
notabili quantitate surripiens, tenebitur ad restitutionem, si res ablata adhuc existat: si autem jam absumpta, vel alienata sit, excusabitur ut plurimùm ob impotentiam: cùm restitutio debeat fieri de proprio bono: Religiosus autem nihil pro-

prium habeat. Nihilominus obligatus manet ... modis sibi competentibus damnum Monasterii ... sarcire: v. g. acuratiori executione sui officii, ... quod habeat; aut si quid extraordinariò indul... Monasterio lucrari vel acquirere possit. Atque ... alteri donavit bona fide accipienti, tenetur eum ... monere, quòd non possit rem acceptam retinere, ... sed restituere debeat, si adhuc existat: secus, ... jam bona fide absumpserit. Sin autem alter res ... sibi donatam mala fide acceperit, quippè pro... sciens, Religiosum nil donare, vel alienare pos... is semper manet obligatus ad restituendum in ... cie, vel æquivalente: juxta communem doctri... nam in materia de restitutione possessoris mala ... dei, *tr. præced. c. 2. Sect. 4.* per totum.

§. IV.

Famuli, Ancillæ, Opifices.

651. SErvi seu famuli, & ancillæ, notabili quanti... tate furripientes de bonis Domini, sine dis... bio committunt furtum mortale; iterum tamen ... aliquantò majori quantitate requisita, quàm in ... furtis extraneorum. *Ratio est:* quia partim non ... usurpant rem alienam invito domino; partim do... mini censentur minùs inviti circa sibi servientes; ... sciunt enim, attenta fragilitate humana, non pos... se ita fideliter ab iis administrari res domesticas, ... ut aliquid subinde non adhæreat manibus con... stantium: sicut qui conducit operarios in vineam, ... scit pro certo uvas ab iis comedendas, nec pos... bovi trituranti os obturari.

II. Qu...

II. Quoad quantitatem sufficientem autem ad mortale, rursus certa regula assignari nequit, sed à Confessario prudenter expendi debet ex circumstantiis, maximè domini opulentiâ, tenacitate, largitate &c. minor enim quantitas sufficit in furto notabili simul facto, quàm in furtis minutis successivè factis, ut supra generaliter notatum. Rursus minor longè quantitas sufficit in furtis pecuniariis, quàm in furtis cibariis & poculentis, rarò enim peccant mortaliter surripiendo esculenta vel poculenta suæ præsertim curæ commissa, ob rationem datam: imò sæpè excusantur per modum compensationis ob exiguam tractationem: de quo infra. Sed vide, quæ de hoc notavi *supra* §. 1. *N. III.* 66

III. Gravi ergo ejusmodi furto facto, famuli aliique domestici sine dubio contrahunt obligationem restituendi: à qua tamen sæpissimè excusantur per impotentiam: & si absque magna difficultate restituere non possint, præcipiat eis Confessarius, ut extraordinariis sedulitatibus, officiis, laboribus, obsequiis &c. quoad fieri potest, compensare studeant. Quomodo autem famuli minus justô stipendium habentes, aut insufficientem sustentationem, uti possint occulta compensatione, mox videbis *Sectione sequenti.* 67

IV. Denique dubium restat de Opificibus, quibus materia elaboranda datur, ut sunt sartores, textores, molitores, aurifices &c. & retinent, vel surripiunt fragmenta, vel reliquias materiæ datæ: an concrescente materia notabili peccent graviter, 68

ter, & ad restitutionem obligentur? Respond
breviter: per se loquendo idem omninò dicen
esse de his, quod suprà dictum est de furtis min
ab uno factis eidem, vel diversis: eadem enim
ratio, si fragmenta sint alicujus momenti, & à
minis curentur, vel repetantur. Secus, si fragm
ta sint parvi momenti & à dominis non multum
rentur, vel pro derelictis habeantur; idque ma
si ipsi inde nil lucrentur, sed rursus aliis, pra
tim pauperibus, applicent, uti post alios not
etiam Lugo *cit. disp.* 16. *sect.* 4. §. 2. & Diana
tr. 6. *resol.* 16. Per accidens tamen excusat Sa
chez *lib.* 2. *consil. c.* 7. *dub.* 2. posse sartores fr
menta alicujus momenti reservare, vendere, vel
de sibi lucrari partim, quòd domini eorum m
conscii minùs censeantur inviti, partim vero ad
cultam compensationem, cùm sartores etiam
moratæ conscientiæ querantur communiter sib
dominis sufficiens pretium non solvi, quibus tam
ob sartorum copiam, si se, suósque alere volen
necessariò laborare debeant. Intellige semper
dummodò notabile damnum domino eviteur.

SECTIO III.

*Furta excusata, seu accepta per occul
tam compensationem.*

SUMMARIUM.

70. *Occulta compensatio debiti certi licita est.*
71. *Si adsint certæ conditiones, scil. 1. ut quod accipiat
debitum ex justitia, & actu seu hic & nunc.*

72. II. *Ut debitum hoc justitiæ sit omninò liquidum, & certum, & non dubium tantùm.*
73. III. *Ut compensatio fiat ad æqualitatem;*
74. IV. *Ut debitum non possit commodè aliâ viâ recuperari.*
75. V. *Ut quantùm fieri potest, compensatio fiat in eadem re, vel specie.*
76. IV. *Ut res, in qua fit compensatio, non sit depositum.*
77. VII. *Ut caveatur damnum spirituale, & temporale debitoris, &*
78. VIII. *Periculum, aut ipsius compensantis, aut scandali, aut alicujus tertii.*
79. Usque ad n. 84. *traduntur quatuor modi licitè compensandi: ubi: an possis tantundem à debitore mutuare etiam cum promissione, & juramento reddendi? vel intercipere rem debitoris ad alium missam? vel apud alium jam existentem &c.*
81. *Quando famuli, ancillæ, & Officiales licitè uti possint compensatione?*
84. *Et quando non?*

ASSERTIO V.

Justa & licita est occulta compensatio debiti certi, 69 *utpote vel ipsam rem tibi debitam occultè rapiendo; aut æquivalens ex bonis debitoris auferendo: aut ex ejusdem bonis apud te existentibus retinendo: dummodò adsint debitæ conditiones: eâque licitè utitur quivis creditor modo opportuno; etiam famuli, & officiales minus justo stipendium capientes, nisi domini justa ex causa minus stipendium pacti sint.* Tota communis. Explico more solito.

§. I.

Justa & licita est occulta compensatio debiti certi.

70 CErtum apud omnes meos citatos, etsi ex parte contradicat Henricus *Quodlib.* 6. q. 5. qui licèt concedat, posse rem debitoris apud se jam existentem retineri, negavit tamen, posse eam apud debitorem existentem auferri; eo quòd non liceat injuriam injuriâ compensare. Sed reprobatur ab omnibus. *Patio est:* quia eo casu servatis debitis conditionibus nulla infertur injuria debitori, quia solùm aufertur ab eo, quod non ejus, sed jure alterius est. Neque enim est injuriæ vindicatio, sed defensio justa ab injuria, quæ te continuò vexat debitor, rem tuam vel tibi debitam injustè detinendo, scilicet id, ad quod jus habes ex justitia, v. g. mutuum, pretium, mercedem &c.: neque est vindicatio injuriæ, quæ nulli privato licita est propria auctoritate, sed solùm est compensatio, vel recuperatio illius, quod tuum est, vel tibi debetur, & ab altero injustè detentum, aliter recuperare non potes commodè; quod jus naturæ omnibus licere debet, quo cuique licet se indemnem servare quovis modo citra novam injuriam alterius: sed hîc agitur de tua indemnitate, seu recuperatione justi debiti, aliàs non facilè recuperandi, ut supponimus, idque citra omnem injuriam alterius; servatis enim debitis conditionibus, nulla infertur injuria debitori: ergo. Unde nec est præjudicium judicis, quia supponitur de-

bitum

bitum per Judicis sententiam commodè recuperari non posse, sive ob defectum probationis, sive ob iniquitatem debitoris, & etiam ipsius Judicis: quo casu & jus naturæ permittit, & rationabiliter præsumitur, leges humanas non prohibere occultam compensationem facere, aliàs per sententiam Judicis faciendam: & si prohiberent, certè injustæ essent. Unde sequitur talem occultè compensantem, minimè esse furem in conscientia: neque incurrere excommunicationem, aut aliam pœnam fortè in furantes latam; imò in judicio conventus potest licitè jurare se nihil abstuliisse; intelligendo, *injustè*, seu nihil alienum, quod sibi non debebatur. Insuper is statim, atque rem per compensationem sibi vendicat, facit eam omninò suam: unde si fortè postea pereat, sibi perit, non debitori (quidquid in contrarium dicat Medina) quia nimirum omnis res, quæ perit suo domino perit. Ita communis DD. Vide Navarrum *c.* 17. *n.* 112. Molinam *disp.* 690. Lessium *lib.* 2. *c.* 12. *dub.* 10. & alios apud ipsos.

§. II.

Dummodo debitæ conditiones adsint.

COnditiones ergo ad justam compensationem requisitæ sunt sequentes.

1. Ut id, quod accipitur, sit debitum ex justitia 71
& actu, seu hîc & nunc: utpote sive ex delicto & injusta læsione, sive ex aliquo contractu emptionis, mutui, conductionis, commodati &c. Non ergo justè accipi potest, quod solùm debetur ex

Charitate, vel gratitudine: aut quod debetur ex dem ex justitia, sed nondum pro hic & nunc vendum est, sed in futurum tantùm: quamdiu men spes est, te rem tuam, jure alterius finito, co modò recuperare posse. Communis DD. ap citatos. *Ratio est:* quia compensatio fit ad re perandum id, quod alter tibi tenetur restituere: alter tenetur restituere ex sola justitia, & pro ne contractûs, eo tantùm tempore, quo ejus jus detinendi cessat: ergò illud solùm justè accipi test, quòd ex justitia & actu hîc & nunc debea Quamvis etiam præoccupari possit debitum in turum, v. g. mutuum, commodatum, locatum d ante tempus præfinitum auferendo, aut aliunde ex bonis ejus compensando juxta mod *S. sequenti*, quando morale periculum est, qu quis posteà rem suam non sit recuperaturus; ut ex communi docent Tannerus *disp.* 4. *q.* 6. *dub.* 4. Lugo *disp.* 16. *sect.* 5. Diana *p.* 2. *tr.* 16. *r. sol.* 46. Tamb. *lib.* 8. *tr.* 2. *c.* 5. §. 1. Ratio est, quia cuilibet licèt, quando res sua est in periculo illius assecurationem quærere, séque indemnem servare. Quòd si tamen per anticipatam accepti nem tamen debitori lucrum aliquod cessaret, damnum emergeret, debebis omninò compensare quia aliàs subiret debitor pœnam, antequam peccatum moræ committeret, ut notat. Tamb. *cit.*

72 II. Conditio. Ut debitum justitiæ sit omnino liquidum, & certum, & minimè dubium: nam enim æquum est pro debito incerto velle solvi

nem certam; & in dubio melior est conditio possidentis: ergò qui dubitat, an res talis revera sit sua vel ipsi debita; sive dubio merè negativo, sive etiam positivo, dum quis scilicet habet quidem probabilem rationem pro se, stante tamen simul probabili ratione in oppositum, non potest justè uti compensatione, seu auferre rem ab alio, cùm & ipse Judex tali casu deberet adjudicare rem possidenti: & auferendo inferret injuriam: non tamen deberet restituere, nisi post veritatem cognitam: de quo inferiùs.

III. Conditio. Ut compensatio fiat ad æqua- 73
litatem; ut scilicet non plus accipiatur, quàm debitum sit: alioquin auferens peccabit contra justitiam commutativam cum obligatione restituendi excessum, cùm factus sit ditior invito domino.

IV. Ut debitum non possit commodè aliâ viâ 74
recuperari intra, vel extra judicium, sive ob defectum probationis, sive ob malitiam Judicis, aut debitoris, aut non absque alio incommodo, molestia, expensis, amissione favoris, aut benevolentiæ Judicis, vel ipsius debitoris ait Lessius *cit. dub.* 10. nisi res eadem existens furto ablata esset: alioquin, si res aliâ viâ commodè possit recuperari, aut petendo ab ipso debitore, aut Judicis officium implorando, occultè compensans peccat quidem, transgrediendo ordinem à jure constitutum, tamen communiter non graviter: cum nec grave scandalum, nec gravis Reipublicæ perturbatio inde communiter oriatur, ut cum aliis docent *Lugo & Diana citt.* Neque committit furtum vel injustitiæ

stitiæ crimen aliquod restitutioni obnoxium: contra aliquos habet communis DD. cum S. Th ma *q. 66. art. 5. ad. 3.*

75 V. Ut, quantùm fieri poterit, compensa fiat in eadem re, vel specie functionem recipien ut pote pecuniam pro pecunia, triticum pro tri co, vinum pro vino auferendo &c. Hoc enim cùm commodè fieri potest, injustè compensatio ret in diversa specie, v. g. pro pecunia auferend equum, pro tritico vinum, vel econtra: quia tunc absque justa causa debitor invitus cogitur a alium contractum venditionis, vel permutationis ineundum: & hac ratione difficiliùs attingit æqualitas debiti & accepti, faciliúsque gravat debitor, cùm compensans plerumque nolit accip re minus, & æquale difficulter tangat. Quod tamen compensatio in eadem specie fieri nequea ob defectum rei, vel impedimentum aliquod, sæpè accidit, saltem in foro conscientiæ (quidquid sit de foro externo) justè & licitè fieri potest com pensatio in quibuscunq; aliis rebus, servata semp æqualitate: v. g. si debitos tibi sex florenos in pe cunia recuperare non possis, possis autem in vas vel frumento, accipias ejusdem valoris urnam vi ni, vel scapham frumenti: si equum tibi debitu consequi nequeas, accipias pecuniam, quanti ju justè æstimatur: ut ex communi notant Valqu *de restit. c. 1. dub. 8.* Layman *c. 1. n. 9. fin. alii.* Neque eo casu, si alium modum compe sandi non habes, nisi accipiendo rem specie di versam cum gravi debitoris damno, abstinere co gen-

geris: debitori enim imputabitur tale damnum, dum is debita solvere non laborat? dummodò tamen ejus damnum non esset notabiliter malus, quàm tuum debitum, tunc saltem ex Charitate abstinere debet, ut in simili mox iterum notabo. Vide *Molinam*, *Navarrum*, *Rebellum* apud Dianam p. 2. tr. 16. resol. 48.

VI. Ut res, in qua fit compensatio, non sit de- 76
positum. Ita habetur utroque Jure *c. bona fide de depositis. & L. ult. C. depositis.* Quamvis *Petrus*, *Navarrus*, *Lessius*, *Tannerus*, *& Lugo citt.* probabiliter putent, eas leges solùm habere locum in foro externo: aut intelligendas esse: si aliter compensatio fieri possit. Alioquin in foro conscientiæ secùs facientem, servatis aliis conditionibus, non esse damnandum peccati. Quare rem tui debitoris ab ipso apud te depositam in compensationem debiti tui sine scrupulo retinebis: quin etiam rem tui debitoris apud alium tertium nudè depositam, alioquin pleno dominio ad ipsum spectantem, in compensationem tui debiti alio modo non impetrandi, licitè auferes: quia dummodò res sit tui debitoris, nec ad alium pertineat, parùm refert, ubi materialiter inveniatur: ut notat Tamb. *cit. c.* 5. §. 4. *n.* 3. Cæterum per se constat, te in compensatione tui debiti non posse auferre rem alicujus tertii apud tuum debitorem depositam, vel ei in pignus datam, vel locatam, aut commodatam, quia sic liquidò alienam raperes.

VII. Ut caveatur damnum spirituale, & tem- 77
porale

porale debitoris. Spirituale quidem: quatenus conscius, se nondum solvisse debitum, manebit huc in mala fide & conscientia peccati mortis. Temporale verò, quatenus ob eandem ignoran fortassis ipse debitor, vel ejus hæres, idem debi tum postea iterum solvet, cùm constet de debito non verò de solutione: ad utrumque cavendum monendus erit de obligatione ablata, aut remis simulanda: dicendo v. g. jam esse solutum, te esse contentum cum ipso &c. id tamen solùm teneris ex Charitate, non ex justitia, quia neutrum damnum intendis, sed tuo Jure usus es. Unde solùm teneberis ita cavere, si facilè & sine tuo incommodo possis: & tunc negligendo peccabis quidem contra Charitatem; at non contra Justitiam, nec ad ullam obligationem obligaberis, nisi ea accepta, si debitor tibi secundò debitum solvisset; hanc enim secundam solutionem sine dubio ex justitia reddere teneberis.

78 VIII. Ut etiam evitetur periculum, aut ipsius compensantis, utpote propriæ infamiæ, ne forte deprehensus in foro externo fur censearis, aut tanquam rei alienæ violentus invasor puniaris, ut etiam notat *D. Thomas loc. cit.* aut scandali aliorum existimantium te furatum esse: aut alicujus tertii, v. g. ne fortè tunc alius tanquam de furto suspectus habeatur, vel puniatur. Idque rursus solùm ex Charitate, non ex justitia: quia uteris re tuo, & damnum tertii per accidens & præter intentionem tuam sequitur actionem tuam, ut notat. *Lugo loc. cit.* ideoque ad id non obligaberis.

nisi facilè & sine tuo gravi incommodo possis. Poteris autem, & certè ex Charitate teneberis tale damnum proximi præcavere, saltem omittendo interim compensationem, si tuum debitum exiguum sit v. g. paucorum aureorum, & probabile sit, furtum alteri imputandum esse cum periculo gravissimi damni, infamiæ, pœnæ, fustigationis, & maximè mortis: tunc enim, si non præcaveas, etsi non pecces contra justitiam, nec ad ullam obligeris restitutionem, ut dictum, graviter tamen peccares contra Charitatem, quæ præcipit, ne ob parvam tuam commoditatem gravissimum proximo damnum inferas. Quare in his & similibus magnoperè expendenda sunt, & conferenda, tua utilitas, & proximi periculum. Vide Molinam *tom. 3. disputat.* 69. Denique eadem ratione dicendum in casu, quo debitor tuus ob tuam occultam compensationem fiat impotens ad solvendum aliis anterioribus, aut magis privilegiatis debitis, ac creditoribus suis: quia id damnum aliorum creditorum per accidens sequitur ad tuam compensationem: & res, quam accipis, non est adhuc eorundem creditorum, sed debitoris tui, ut supponimus; ideoque ordine Charitatis tibi præ aliis prospicere poteris sine injustitiæ peccato: etsi similiter possis peccare contra Charitatem, si nimirum tu non multùm, vel nihil egens re tua, omittendo compensationem, nullum vel exiguum damnum patereris; alius verò creditor pauper v. g. multùm egens re sua, grave damnum incurreret, ut notant *DD. cit.*

§. III.

§. III.

Eâque licitè utitur quivis debitor modo opportuno.

79 PRimus *modus* securissimus compensandi occ
tè est, rem proximi apud te existentem
æquivalenti detinere, ut jam indicatum est. Inc
debitori tuo simile debitum à te sive antea sive p
stea, etiam de industria & directa intentione com
pensandi contractum denegando: ut omnes conte
tiunt. At quid si eo casu tu à Titio v.g. tibi debe
te centum aureos pro merce vendita, subitò occa
sione oblata, vel prætensa, mutues alios centum
expressè promittens, vel etiam jurans, te velle a
certum terminum solvere (casum specificè appo
tum habes in secundo præcepto de juramento)
poterisne nihilominus compensatione utendo,
postea non solvere, Juristæ multi absolutè negant
multi absolutè affirmant. Theologi rectius ita
distinguunt. Si juratus promisisti non solum
solvere, sed etiam non uti compensatione, id-
que vel explicitè in terminis, vel saltem implic
citè ad petitionem debitoris, qui fortè timens
ne ob compensationem ipsi non solvas, ob secu
ritatem ita petiit, tunc omnio teneberis juramen
to, & compensatione uti non poteris, ut omnes
fatebuntur: omne enim juramentum implendum
est, quando sine peccato impleri potest: in
proposito autem potest impleri sine peccato:
ergo. Si verò juramento promisisti tantùm sol
vere ad certum terminum, minimè verò non
velle uti compensatione: utpote quia tunc de
com-

compensatione, excludenda nil cogitâsti; & maximè si etiam expressè inclusisti, saltem reservatione mentali (juro tibi solvere ad istum terminum, si & tu mihi solveris, alias non: tunc potes adhuc uti compensatione. Ita cum aliis Molina *disput.* 360. & Lugo *disp.* 16. *sect.* 6. *n.* 117. Ratio est: quia tunc juramentum solùm confirmat promissionem, & auget obligationem solvendi, & nil aliud, seu ad nullum aliud objectum se extendit: atqui promissio, & obligatio solvendi quantacunque secundum se non excludit compensationem, nam qui compensat, verè solvit remittendo prius æquivalens debitum: ergo sic satisfacit etiam juramento, quo se ad solvendum obligavit. Alia est ratio de juramento solvendi usuras, quod omninò obligare decernitur *c. debitores de jure jurando*: qui enim jurat solvere usuras, clarè intendit solutionem realem usurarum, alioquin nullum esset objectum promissionis. Unde si mutuatarius haberet aliunde jus contra usurarium, qui nimirum aliunde ei, aliquid debebat, non obstante juramento de solvendis usuris, potest adhuc compensare remittendo illud aliud debitum pro usuris promissis; sic enim adhuc in æquivalenti solveret usuras, adeoque adhuc plenè satisfaceret juramento.

Secundus modus priori vicinus, & communis compensandi est, auferendo de bonis debitoris 80
apud ipsummet debitorem existentibus, servatis conditionibus supra positis, de quo nil speciale dicendum supereſt. At quid si debitor tuus mittat pecu-

pecuniam suam ad alium, sive dono, sive
emenda aliqua merce, sive fortè in solutionem
cujus debiti, poterisne illam auferendo tibi co
pensare tuum debitum? *Respondetur*: si pecu
illa missa à tuo debitore nondum sit acceptata ab
tertio, adhuc poteris illam auferendo tibi compe
sare: quamdiu enim res nondum acceptata est
alio, manet adhuc sub dominio mittentis, idei
adhuc verè compensas tibi de bonis debitoris tui
Similiter & econtra, si tertius aliquis mittat pec
niam, vel aliam rem, ad tuum debitorem, sive
dono, sive in solutionem debiti, sive in alium
nem; siquidem tuus debitor illam pecuniam
acceptavit per se, vel per alium, ipsum v. g. bi
lum à se missum, adhuc compensando auferre
teris, quia accipis rem debitoris tui, in quem
habes. Si autem pecunia, vel res illa nondum
acceptata à tuo debitore, non poteris auferre, q
tunc auferres rem tertii, in quam jus non habes
ut cum *Vasquez & Lugo* resolvit Tamb. *hic lib.*
tr. 2. c. 5. §. 4.

81 *Tertius modus* compensandi occultè est, aufe
re de bonis debitoris tui apud alium tertium
stentibus seu casu, seu etiam simplici deposito,
§. *præcedenti in conditione sexta* annotatum
Certum autem est, te non posse auferre rem
debitoris apud alium tertium existentem, si ei
quo speciali jure obligata est, utpote ipsum pig
data, commodata, locata &c. antequam ejus
extinguatur: tunc enim ipsi, qui tibi nil debet
veram injuriam, imò damnum inferres verissim
pec

peccato furti, ut ex definitione furti supra explicatu liquet. Unde etiamsi Princeps sit tuus debitor, poteris in compensationem defraudare gabellas ipsimet. At certè non poteris easdem defraudare jam alteri venditas, vel locatas, propter rationem modò dictam: Quia tunc huic tibi nihil debenti injuriam, & damnum inferres. At quid si tertius aliquis sit debitor tui debitoris: v. g. Titius debet Cajo centum aureos: Cajus similiter tibi: poterisne compensando auferre à Titio? *Respondetur*: nequaquam posse, sic enim auferres pecuniam, quæ est adhuc Titii, in quam nullum omninò jus habes. Sed neque poteris, inscio ac invito debitore, propria auctoritate pecuniam illam à Titio exigere, vel recipere, sed debebis à Judice petere per sequestrationem illius debiti, ut tibi satisfiat, vel certe inducere tuum debitorem, ut tibi jus suum in Titium cedat, juxta communem Juristarum, & Theologorum. Vide pulchrè Lugo *tit. disp. 16. sect. 6. an. 120.*

Quartus modus, & gradus compensandi potest esse ex bonis debitoris tui defuncti, quæ tamen apud te inveniuntur depositа. Et certum est, licere per se loquendo. Dubium autem & valdè controversum est, an etiam liceat cum præjudicio creditorum anteriorum, vel magis privilegiatorum? *Respondetur* breviter, quod sic: idque non solùm, quando debita sunt ejusdem rationis; v. g. defunctus debeat tibi pecuniam, tu vicissim ab eo vivo accepisti pecuniam æqualem, licitè retinebis occultè compensando; censetur enim facta æqui- 82

valens solutio per pecuniam tibi antea datam à defuncto; verùm etiam, quando debita essent diversæ rationis, v. g. defunctus debebat tibi centum in pecunia; tu autem vicissim ab eo accepisti aliquam rem, vel merces ejusdem valoris, & adhuc habes sive in pignus (& tunc consentiunt omnes, te posse retinere, cùm ad eum finem res data sit in pignus ut detineatur, donec debitum solvatur) sive alio titulo, depositi, locati &c. uti contra communiorem apud Lugo *cit. sect. 6. n. 127. plurimos citat.* docent Diana *p. 3. tr. 5. miscel. resol.* [illegible] & Tamb. *cit. §. 6. n. 5.* Ratio est: quia quando rem illam vivente tuo debitore habuisti, cùm posses tunc tibi eam appropriare in compensationem tui debiti, remansit apud te quasi in pignore; justè enim dicere poteras: jam sum de meo debito securus, res mei debitoris apud me est, certè meum mihi non reddat, neque ego reddam ei rem suam: ideoque virtualiter & æquivalenter res ista est pignus tuum: atqui pignus actuale eo casu licitè tibi retinere posses, non obstante præjudicio anteriorum, vel magis privilegiatorum creditorum, secundùm communem DD. cum Lugo [illegible] ergo & hoc quasi pignus virtuale æquivalens licitè retinebis, occultè compensando, saltem in foro conscientiæ, de quo nos loquimur; in foro autem externo, in re valde controversa, oportebit accomodare legibus loci, & sententiæ Judicis.

§. I

§. IV.

Etiam famuli, & officiales minus justè stipendium capientes.

QUando nimirum liquidò constat de inæqualitate stipendii compensatione laborum, obsequiorum, & commodorum, quæ dominis præstant famuli, & officiales, licitè sibi de eorum bonis occultè compensant ad æqualem æstimationem, servatis semper conditionibus supra positis. Ita communis DD. Navarr. uterque Mol. *tr.* 2. *tom.* 3. *disp.* 509. & 548. Lessius Laym. *tr.* 3. *lib.* 3. *c.* 1. *n.* 10. Lugo *sæpè cit. sect.* 4. §. 2. Ratio est: quia famulis, & officialibus ex justitia debetur æquale stipendium suis laboribus & commodis, quæ præstare debent; nisi ipsimet sponte remittere, vel pro minori servire velint sicut possent gratis servire: ergò sicut, qui errore inductus, vel necessitate coactus mercem minoris justô vendidit, in foro conscientiæ potest pretii defectum exigere, & si aliter recuperare non possit, occultè compensare; ita eadem ratione famulus, vel officialis, qui ob errorem, necessitatem, vel aliam similem causam operam suam minoris justô locavit (& maximè, quando Dominus pactam mercedem in toto, vel in parte solvere nollet, secundùm omnes) quia saltem secundùm quid involuntarius fuit, adeoque animum donandi non habuit, poterit defectum stipendii jure exigere, & si aliter habere nequeat, occultè compensare: & Dominus sibi ipsi imputet, quòd minori pretio famulum

mulum servire cogens, occasionem præbeat occul-
tæ compensationis. Idemque dicendum, quan-
do dominus famulis, & ancillis, considerato e-
rum labore, loci consuetudine, & necessitate, no
præbens sufficientem victum, atque illi aliâ vi
utpote Dominum monendo; orando &c. qu
sibi debitum esset, consequi non possunt; tu
etiam licitè aliqua occulta compensatione uti po
runt, maximè in esculentis, cùm fames stimul
ut notant DD. apud *Laym. cit.* Sed sequitur ta
dem.

Exceptio.

Nisi domini justa ex causa minus stipendium pacti sint.

84 VAriæ enim sunt causæ, ob quas domini fam
lis vel officialibus minus stipendium juste p
ciscantur, ut illi ideò alia compensatione uti no
possint. 1. Quia dominus expressè, vel tacit
promittit aut spem præbet, se servitium sedul
præstitum aliunde remuneraturum, ad majora pr
moturum, officium, vel beneficium procura
rum, aut matrimonium utile procuraturum &
tunc enim quamdiu probabilis spes manet, dom
num promissis suis satisfacturum, famuli alia co
pensatione uti non poterunt. 2. Quando fam
lus non totam operam domino impendit, sed in
rim etiam permittitur aliquam artem addiscere, v
aliud quidpiam commodi sibimet acquirere: ex *Navarro* utroque notat *Layman. citatus*. Quando Dominus famuli operâ non multùm
dig

digebat, sed rogatus eundem conduxit: runc enim facilè conqueri non poterit de stipendii exiguitate: quia sicut merces, ita & operæ ultroneæ vilescunt. 4. Quia tametsi operâ famuli dominus indigeret, multi tamen aderant, qui eandem conditionem libenter acceptâssent, & tunc quoque, si officio famulus discederet, plures adessent, eodem minori stipendio vel salario servituri: neque ergo hoc casu stipendium minus justo censeri debet: quia sicut multitudo videntium mercium pretia minuit, ita & multitudo operam locantium minuit, quantitatem stipendii sive mercedis. Ita communis DD. apud *Laym. citt.* Qui tamen rectè monent, non ideo semper minorem mercedem justè effici, quia si unus accipere nolit, alter non deerit, qui accipiat: quia posterioris acceptatio ex mera necessitate, & non ex copia locantium, vel æquitate rei acceptæ provenire potest. Tandem etiam maximè cavendum est, ne famuli, ancillæ, officiales sint iniqui, & excessivi æstimatores suarum operarum, laborum, obsequiorum, cum quilibet in propria causa cæcutiat. Qua ratione meritò ab Innocentio XI. damnata est hæc propositio 37. *Famuli, & famulæ domesticæ possunt occultè heris suis surripere ad compensandam operam suam, quam majorem judicant salario, quod recipiunt.*

SECTIO IV.

Iterum furta excusata, seu accepta pro Pter necessitatem extremam, vel gravem.

SUMMARIUM.

85. Quæ dicatur necessitas extrema, & quæ gravis?
87. In extrema necessitate (potest quis licitè pro ejus exceptia auferre rem alienam,
88. A quocunque alio in simili necessitate non constitutus:
89. Imò per se loquendo, etiam obligatur auferre necessaria ad conservandam vitam.
90. Idq; si opus sit, facere potest etiam publicè, & pro vim.
91. Aut si per se ipsum non possit auferre, potest ejus aliquibus alius, ex proprio subvenire non potens.
93. Et cum extrema necessitas egenti tribuat jus rem alienam faciendi idem.
94. Ideò licèt Dominus rei, antequam pauper eam accipet, illam ei dare non teneatur ex justitia,
95. Tenetur tamen ex justitia auferentem non impedire, & ablatam non eripere.
96. Sed insuper ex Charitate, & misericordia ultrò dare,
97. Cui Charitatis obligationi Dominus rei probabiliter satisfacit, dando rem non gratis, sed cum pacto suo tempore restituendi, vel solvendi, quæ tunc pauper obligatur.
98. Accipiens rem sine pacto, sed per se ipsum, etiam si si extremè egens re solùm, pro hic & nunc, non spe, utpote sperans, vel alibi habens bona, non accipere debet cum intentione, & obligatione restituendi: non verò, si re & spe simul sit extremè.
99. Unde licèt hic, re absumpta, post ea ultra spem ad bonorum fortunam perveniat, non tamen tenetur restituere.

100. *Secus si res absumpta non sit.*
101. *Qui rem accipit ante extremam necessitatem, sive furto, sive ex contractu, & dein in extrema necessitate absumpsit, eâ peractâ, probabiliter restituere tenetur.*
102. *Tamen aquè probabilis est sententia negativa.*
103. *Idipsum in his licere etiam in necessitate gravi, affirmant aliqui, non tantùm, quando simul adest periculum labendi in necessitatem extremam;*
104. *Sed etiam, quando nullum adest tale periculum.*
105. *At hoc ultimum modò est omninò improbabile, & damnatum* ab Innocentio XI.

EXtrema necessitas dicitur, quâ homo periclitatur in natura & esse simpliciter: seu (quod optimè circumscribit *Lugo cit.*) quæ versatur circa ea, quæ natura æquali jure omnibus voluit esse communia, ut vita, fama, libertas: ut si sis certè moriturus, gravissimo morbo conficiendus, fame vel frigore necandus, ab hoste, vel latrone occidendus, aliúdve gravissimum, & morti moraliter æquivalens malum incursurus, v. g. perpetuam captivitatem, infamiam, triremium pœnam &c. nisi tibi pecuniâ, veste, medicinâ, cibô succurratur. Necessitas gravis dicitur, qua homo solùm periclitatur in statu & esse meliori: utpote si deberet amittere statum suum laborare, servire, mendicare, nisi opportuno subsidio adjuvetur. De necessitate communi tantum, qualis est communium nostrorum pauperum, vel mendicorum, hic nulla habenda est ratio. 85

ASSERTIO VI.

IN extrema necessitate licitum est auferre rem alienam, quatenus ad eam sublevandam ne- 86

ceſſe eſt: adeò ut dominus rei ex juſtitia teneat auferentem non impedire: non tamen ex juſtitia ſed Charitate tantùm, ultrò dare, neque auferens poſtea ad reſtitutionem rei tunc acceptæ, & abſque obligabitur: id ipſum licere in neceſſitate valde gravi non improbabiliter aſſeritur, ſed verùm negatur. Explico per partes.

§. I.

Licitum eſt in extrema neceſſitate auferre rem alienam, quatenus ad eam ſublevandam neceſſe eſt;

87 A Deó ut talis, neque furtum committat, neque peccet. Omnes cum S. Thoma 2. 2. q. 66. *a.* 7. Scoto *in* 4. *d.* 15. *q.* 2. & late optimè explicat Lugo *diſp.* 16. *Sect.* 6. per totum. Ratio communis eſt: quia res temporales ſunt Deo datæ, ut vita omnium rerum temporalium nobiliſſima conſervetur; cui juri vitæ conſervandæ non potuit præjudicari per diviſionem rerum jus gentium introductam. *Ratio ergò fundamentalis eſt:* quia concurrentibus eodem tempore duobus præceptis incompoſſibilibus, quæ ſcilicet ambo ſervari non poſſunt, majori cedit minus, & obligare ceſſat: atqui in propoſito concurrunt duo ejusmodi præcepta, ſcilicet conſervandi vitam propriam, & non furandi: quorum primum tantò majus eſt ſecundò, quantò bonum vitæ rationalis præfertur bono temporali, præceptum enim conſervandi vitam naturaliſſimum

immediatè fundatur in ipsa natura; præceptum autem non furandi, etiì quoque naturale sit, non tamen immediatè fundatur in ipsa natura, cum primævo jure naturæ omnia sint communia, sed fundatur in voluntario humano, scilicet divisione rerum, & appropriatione in particulari, jure humano gentium introducta: iniqua autem fuisset divisio rerum, alioquin communium, jure gentium introducta, nisi ea conditione facta esset, ut tamen pro extrema necessitate omnia communia manerent, ac cuilibet integrum maneret jus naturale ad accipiendum & usurpandum ea, quibûs extremè indiget; adeóque quilibet habet verum jus auferendi, & quasi occupandi illam rem, ejúsque acceptæ, vel occupatæ acquirit verum dominium, seu jus in re, vel ejus usû, ut notat D. Thomas a. 7. ergò in tali verè extrema, vel quasi extrema necessitate constitutus justè & licitè potest sibi accipere, & usurpare quantum, & quatenus ad eam necessitatem sublevandam necessarium est. Adde, & infer ulteriùs.

I. A quocunque alio non in simili necessitate 88
constituto talis accipere potest. Nam quamvis extremè egeas, fame v. g. non tamen poteris auferre ab alio simili extrema necessitate laborante: quia tunc sine controversia melior est conditio possidentis; ideóque is habet potiùs jus utendi re sua, ne pereat, quàm tu. Quin neque tu extrema necessitate laborans poteris accipere ab alio in gravi tali necessitate constituto, ut illa re ablata ipse deberet incidere in necessitatem extremam, seu

in gravia mala, quæ ipsi morti æquiparantur; po
teris autem, si non ita gravia mala incursurus
quo sensu intelligendus Sanchez *lib.* 1. *Consil.*
dub. 5. *num.* 28. id absolutè concedens. De
que si accepisti antea rem proximi nondum eg
tis tunc, postea superveniente extrema necessita
absumere poteris, nihil obstante, quòd prius
dominus rei in simili necessitate positus sit: i
illi in tali casu etiam parentes, filios, vel fratr
tuos præferre poteris, ita exigente ordine Cha
tatis, vel saltem permittente, ut cum *Tolet.*, &
aliis docet Laym. *cit. n.* 7.

89 II. Talis in necessitate extrema constitutus
non tantùm licitè potest, sed etiam per se loquen
do obligatur auferre sibi necessaria ad vitam co
servandam; nec potest abstinendo mortem suam
permittere: esset enim occidere se ipsum sine
justa causa, quod nunquam licet. Secus dicen
dum, si adesset rationabilis causa, & honestas finis
utpote si timeret grave scandalum, si non possit
rem auferre, nisi occidendo dominum rem iniu
injustè defendentem &c. tunc enim ad cavendum
spirituale malum proximi, licitè & meritoriè po
mitteret mortem propriam corporalem. Quam
vis conveniat, eum, qui extremam necessitatem
patitur, priùs postulare à domino, quàm auferr
& si à nullo impetrare possit, petat à Magistra
& non propria auctoritate auferat, ut statuunt L
ges civiles: quia quando est spes obtinendi no
cessaria tali convenienti modo, non censetur ne
cessitas sufficiens rapiendi aliena: nihilominus
qu

qui talem modum prætermittit, secluso scandalo, non peccabit graviter contra justitiam: quia non peccatur quoad rem ablatam, sed tantùm quoad modum auferendi; ut notat Less. *cit. dub.* 12.

III. Talis necessaria ad vitam tuendam, si ali- 90
ter obtinere non possit, etiam publicè, & per vim auferre potest: quia utitur jure suo: & alter negans, vel impediens auferre necessaria, utitur vi injusta: licet autem vi vim repellere: consequenter eo casu egenus poterit se vi tueri tanquam contra injustum aggressorem: imò servato moderamine inculpatæ tutelæ, etiam impedientem occidere poterit, juxta communem doctrinam in materia de homicidio, seu occisione injusti aggressoris, supra *c. sect.* 3.

IV. Si extrema necessitate laboranti nullus da- 91
re vellet, sicut posset tunc ipse auferre, ita in iisdem casibus, quisque alius ex proprio subvenire non potens, ex alieno auferre potest, quantum opus est, ut misero subveniatur, ut docet communis DD. cum *D. Thoma & Scoto cit.* Ratio est: quia tunc is surripit nomine indigentis, & velut ejus instrumentum: atqui quod quis per se facere potest, per alium etiam fieri licet: ergo &c. Quòd si verò ille alius habet ex suis bonis sufficienter, quo proximo subveniat, non poterit, nec in toto, nec in parte ad eum finem auferre ab alio, ut cum aliis docet Vasquez *opusc. de Eleemos. cap.* 2. *dub.* 1. 2. & 3. Ratio est: quia tunc tu, si habeas superflua, ipsemet obligaris succurrere proximo extremè egenti; utique de tuo, non de alieno.

Quod

Quod tamen limitat Lugo *cit. Sect. 7.* si tu habeas apud te bona alterius, isque æquè, ac tu superflua habeat, adeóque æquè possit, ac debeat subvenire, ac tu, posse te partim ex tuis; partim ex bonis alterius subvenire, sicut ipse indigens posset sibi tua æquè ex alterius, ac ex tuis auferre: nec tunc appareret ratio, cur tu solus tenearis ex tuo integrè subvenire.

92 *Dices* contra Assert. in nulla necessitate, etiam ad servandam vitam licet mentiri, fornicari, pollutionem procurare: ergò neque furari. R. Negando consequentiam ex allata probatione Assertionis: quia mentiri; fornicari &c. est intrinsecè malum, spectata natura rationali absolutè: furari autem non est ita intrinsecè malum, sed solùm supposito voluntario humano divisionis rerum, quæ divisio rerum non potuit se extendere ad casum extremæ necessitatis. Sed clariùs respondebis concedendo totum: in proposito enim non est furtum, sed est acceptio ejus; ad quod jus habet.

§. II.

Dominus rei ex justitia tenetur auferentem non impedire, non tamen ex justitia, sed ex Charitate tantùm ultrò dare.

93 QUamvis extrema necessitas tribuat egenti verum jus, ut possit accipere rem alienam per modum occupationis, isque rei acceptæ dominium, seu jus in re, vel ejus usu, in quantum necessarium est, acquirat: ideóque pristinus dominus

aus obligetur extremè egentem, ac volentem rem suam accipere, non impedire; vel rem jam acceptam non auferre, alioquin obligabitur ad compensationem damni secuti, si egenus moriatur, vel pereat: ipse tamen dominus non ex justitia, sed solùm ex Charitate & misericordia, etsi strictissimè obligatur rem suam dare proximo in extrema necessitate constituto: uti optimè distinguit & contrarias confusas opiniones conciliat Lugo *cit. disp.* 16. *Sect.* 7. Diana *p.* 2. *tract.* 3. *miscel. resol.* 29. Tamb. *lib.* 8. *c.* 6. *tr.* 2. §. 2. *a. num.* 4. Ratio est: quia extrema necessitas non facit egenum actu dominum rei alienæ, nec alios privat dominiô rei suæ, sed solùm tribuit egeno jus ad occupandam, & suam faciendam rem alterius, sicut si in nullius bonis esset: hoc enim sensu dicitur extrema necessitas facere res communes, hoc est, facit, quòd sicut posset quis validè & licitè accipere res communes, quæ in nullius bonis sunt, sic egens extremè possit validè & licitè accipere rem alterius, ac si in nullius bonis esset: ergò sicut ad rem communem Petrus non habet actuale jus justitiæ, ratione cujus alii ex justitia obligentur ad eam Petro offerendam; sed ipsa solùm occupatione comparat sibi actuale jus, ratione cujus alii ex justitia obligentur eum non impedire à re occupanda, vel occupatâ: ita in proposito ratione extremæ necessitatis pauper non habet actuale jus in rem alterius, privans alterum dominiô rei suæ, vel cogens alterum ad rem suam pauperi offerendam, sed solùm habet jus & titulum, ut eam per occupationem

possit

possit facere suam, vel sibi propriam, alterum solùm obligans ad non impediendum pauperem ab occupatione, vel usurpatione rei suæ, sicut si nullius bonis esset: ipsa verò occupatione acquirit actuale jus, & dominium, quod sine injuria impediri non potest. Ergo ulteriùs.

94 I. Antequam pauper ocupet rem alterius, dominus rei quamvis ignarus extremæ necessitatis illius, non tenetur ex justitia rem suam illi dare: & hoc solùm vult communis Sententia DD. absolutè negans hîc talem obligationem justitiæ. *Navar. Sanchez, Lessius, Coninch.* alii apud *Lugo cit.* Unde ex eo, quòd proximo extremê egenti non obtuleris rem tuam, cùm non peccaveris contra justitiam, ut probatum est, sed solùm contra Charitatem, & misericordiam, ut mox dicetur, non teneberis postea ad restitutionem illius rei, quam debuisses dare, nec ad compensationem damni secuti, si egenus moriatur: cum solius justitiæ violatio obligationem restitutionis inducat, ut suo loco visum.

95 II. Quando extremè egens defacto utens jure suo tentat rem proximi occupare, vel jam occupavit, jam nemo sine injuria potest eum impedire: adeò ut ipse dominus rei ex justitia teneatur eum non impedire, vel non auferre rem ab eo occupatam: quia, ut dictum, extremè egens habet jus occupandi illam rem, sicut si nullius esset dominii, & post occupationem fit dominus rei occupatæ. Alioquin verè peccabit contra justitiam, & jam obligabitur ad restitutionem damni secuti, si egens

v.g. moriatur, captivus abducatur &c. quo sensu rigorosè verum est illud D. Ambrosii: *Pasce fame morientem, si non pavisti, occidisti.*

III. Insuper ex Charitate, & misericordia stri- 96
ctissimè obligatur dominus rei etiam ultrò dare proximo in necessitate extrema constituto rem suam necessariam, juxta certissimam omnium sententiam in materia de Charitate: hoc enim casu omnium maximè obligat præceptum divinum naturale Charitatis, ac misericordiæ benefaciendi proximo, & succurrendi in necessitate constituto, toties, tamque severè in Scripturis inculcatum, utique in materia tam gravi obligans sub mortali: generaliter enim mandavit DEUS unicuique de proximo suo.

IV. Sed restat quæstio, utrum tali casu domi- 97
nus rei obligationi suæ ex Charitate, & in misericordia subveniendi pauperi in extrema necessitate satisfaciat non gratis dando, sed mutuando, vel creditò vendendo rem necessariam, cum pacto restituendi, vel solvendi in futurum, cùm ad meliorem fortunam redierit; ísque nimirum pauper, eo pacto inito obligetur? Negant *Sotus*, *Bannes*, *Medina*, *Valentia*, *Coninck* & alii apud *Lugo cit.* hac ratione: quia præceptum eleemosynæ maximè obligat in extrema necessitate: sed eleemosyna debet gratis dari, quod enim mutuò datur, non est eleemosyna: ergo talis non satisfacit mutuando. Sed æquè probabiliter affirmant *Navarr. Covarr. Adrian. Sanchez*; *Vasquez*, *aliique cit.* Diana *supra cit.* Tamb. *cit. cap.* 6. §. 2. *n.* 8. Lu- *cit.*

cit. sect. 7. n. 167. Ratio est: quia Charitas solùm obligat ad subveniendum necessitati proximi: at qui in proposito succurritur sufficienter necessitati proximi mutuando cum pacto restituendi tempore melioris fortunæ: ergò non est obligatio dandi gratis, & quia spes hujus restitutionis ab homine modò extremè egente, valdè exigua & incerta est, satis comodè dicitur dare eleemosynam, qui ita dat, ut compensationem vix sperans, pro donato habeat, & habere velit, si restituere nequeat. Non enim loquimur hîc de mutuo strictè & absolutè, sed imperfecto, & conditionato, scilicet cum conditione; *Restitues, si ad meliorem fortunam perveneris.*

98 *Dices*: ergóne, quando extremè egens accipit ipse sibi necessaria de rebus alterius, tenebitur illa accipere per modum mutui cum intentione, & obligatione restituendi postea, si ad pinguiorem fortunam pervenerit? R. cum distinctione: si extremè egens re & spe pauper sit, ut nulla, vel exigua spes sit emergendi ad meliorem fortunam, omninò poterit accipere absolutè sine illa intentione & obligatione: quia utitur jure suo, ut dictum est: & ipsi domini tunc de illa obligatione tam incerta non solent curare. At verò si extremè egens solùm per accidens hîc & nunc re, sed non etiam spe pauper sit, utoote quia alibi habet bona, vel in futurum habere potest, & sperat, certum videtur, non posse auferre absolutè alienum, sed cum onere transacta necessitate restituendi: quia tunc non est necessitas simpliciter auferendi alie-

alienum, sed potiùs emendi, vel mutuandi tantùm. Et certissimum est, nullum dominum tunc debere, imò neque velle dare gratis, ut rectè observat Lugo *cit. num.* 170.

§. III.

Neque auferens postea ad restitutionem rei tunc acceptæ, & absumptæ obligabitur.

99 I. QUando nimirum extremè egens, verè re & spe pauper, (secluso pacto initô, de quo supra) ipso tempore extremæ necessitatis rem alterius, in quantum necessaria fuit, & accepit, & absumpsit, postea, etsi ultra spem pinguiorem fortunam sortiatur, nunquam tenebitur restituere. *Communissima.* Ratio patet ex dictis: quia is usus fuit jure suo: & rei tunc acceptæ, quatenus sibi necessaria fuit, dominium sibi comparavit.

100 II. Secus autem dicendum, si res accepta in extrema necessitate, non sit absumpta, sed etiamnum existat; ut equus, vestis &c. hæc enim, superata necessitate, restituenda erit secundùm omnes. *Ratio est:* quia extrema necessitas non tribuit plus juris in rem alterius, quàm necessarium sit ad illam sublevandam: sed in proposito non erat necessaria res adhuc existens, sed solùm ejus usus: ideóque egens occupando illam, solùm comparavit sibi dominium utile illius rei, dominio directo adhuc remanente penes pristinum dominum: ergo res adhuc existens post necessitatem domino restituenda erit.

101 III. Si verò egens accipit rem alienam ante ne-

cessitatem extremam, sive ex delicto, furto v. g. sive ex contractu, utpote depositi, commodato, locato, vel quovis alio titulo, & in extrema necessitate absumpsit, tunc peracta necessitate, si ad meliorem fortunam redierit, omninò in æquivalenti restituere tenebitur. Ita *Scotus*, *Gabriel*, *Medina*, *Navarr.* aliisque citt. Lessius *lib* 2. *cap.* 16. *n.* 9. Ratio est: quia tunc egenus rem illam, secluſa necessitate, alio titulo debet domino suo, quæ obligatio per supervenientem necessitatem extremam non extinguitur, sed solùm sopitur: ergo superata necessitate domino compensanda erit, æquè ac antea compensari debuisset: idque maximè, si antea res furtò ablata fuit. Quia iniquitas nulli debet prodesse, sed prodesset hoc casu, si is, rem antea furti ablatam postea in extrema necessitate absumptam non teneretur restituere, quando superata necessitate ad pinguiorem fortunam prevenerit. Pia ac probabilis Sententia. Sed.

102 IV. Æquè probabilis est opposita jam communior Sententia DD. negans, rem quomodocunque acceptam, sive ex delicto, sive ex contractu non transferente dominium, utpote vel furtò ablatam, vel depositam, impignoratam, commodatam, locatam &c. postea in extrema necessitate absumptam, unquam debere restitui. Sic *Angelus*, Sylvester V. *furtum*. Julius Clarus *lib.* 5. § *furtum*. *Petrus Navarr.* aliisque citt. Laym. *hic c.* 5. *n.* 7. Ratio est: quia qui rem alienam bona fide absumpsit, liberatur à restitutione, secundùm omnes: sed talis in extrema necessitate bona fide rem alienam

quia

quin imò tanquam dominus ejus effectus, absumpsit : ergo nunquam tenetur pro ea restituere ; neque ei patrocinatur iniquitas, si rem antea furatus fuit, sed superveniens extrema necessitas. Dixi autem notanter. *Si antea accepit ex delicto, vel contractu non transferente dominium rei.* Secus esset de eo, qui rem emptione, mutuo, vel alio contractu transferente dominium, acceptam, in extrema necessitate absumpsit : hic enim rem non ut alienam, sed ut suam absumpsit, adeóque sibi soli periit, & ad pretij solutionem redeunte meliori fortuna obligatus manet, ut cum *Vasquez & aliis* observat *Lugo loc. cit.*

§. IV.

Id ipsum licere in necessitate verè gravi, non improbabiliter asseritur ; sed verius negatur.

I. CErtum equidem videtur ita licere, quando 103
necessitas gravis ejusmodi est, ut adsit simul periculum labendi in necessitatem extremam : ut si morbus gravis probabiliter sit futurus lethalis, aut perpetuus, nisi remedio tempestivè ei occurratur : si sis in probabili periculo incidendi in captivitatem, vel infamiam gravissimam, nisi equo alieno adjutus elabaris, & his similia ; ut optimè distinguit, & probat Lugo sæpè *cit. disp.* 16. *sect.* 7. *an.* 170. Ratio est : quia pari modo naturæ inditum est, ut gravem necessitatem, quæ facilè vergit ad extremam, æquè ac ipsam extremam ne-

cessitatem, à se quisque, quoquo modo potest, avertat.

104 II. Sed quæstio & difficultas est, an ita liceat in gravi necessitate tantùm, quando nullum adest periculum labendi etiam in necessitatem extremam : ut si morbus non lethalis, non diuturnus tolerandus ; si nobilis, vel honoratus vir suum statum non tueri, aliquot diebûs famam pati, laborare, servire, vel etiam mendicare cogatur? Affirmabant non improbabiliter *Angelus, Sylvester, Navarr.* uterque, *Lessius. Bonacina*, aliique congestis Diana *p. 2. tr. 3. miscel. resol. 29.* Ratio est : quia cùm dives quilibet in gravi necessitate obligetur ex lege Charitatis ad ultrò largiendum egeno, irrationabiliter invitus est, si egenus non largiente, clam auferat sibi necessaria, gravem necessitatem patiens. Sententia, inquam, non improbabilis videretur, cui libens adhærerem, nisi deterreret periculum excessûs, & abusûs, cùm quilibet sibi facilè fingeret necessitatem gravem. Itaque

105 III. Communior, probabilior, & planè verior, imò modò verissima est sententia, id licere negans. Ita *Major, Sotus, Cajetanus, Sayrus, Reginaldus, Valentia*, aliisque citt. Laym. *c. 1. n. 6.* & Lugo *cit. Sect. 7. n.* 160. & sumitur ex c. 5. quis de furtis. *Si quis propter necessitatem famis aut nuditatis furatus fuerit cibaria, vestem vel pecus, pœniteat hebdomadas, tres, & si reddiderit, non cogatur jejunare.* Ubi supponitur id

tali gravi necessitate auferre rem alienam esse furtum, & illicitum, ideóque pœnitentiâ dignum. Et tandem novissimè ab Innocentio XI. in terminis damnata est hæc propositio 36. *Permissum est furari, non solùm in extrema necessitate, sed etiam in gravi.* Ratio autem à priori est : quia divisio & appropriatio rerum jure gentium introducta licèt non potuerit comprehendere casum extremæ necessitatis ob conservandum majus bonum vitæ, & rariùs contingentem, potuit tamen, & debuit comprehendere casus solius necessitatis gravis, quippe sæpiùs contingentes, & facilis abusûs contra bonum commune, & pacem inter homines : non ergo necessitas gravis tantùm, sicut extrema, facit res communes, nec tribuit homini in ea gravi necessitate jus accipiendi rem alterius, sicut tribuit necessitas extrema : ergo in gravi tantùm necessitate constitutus auferens rem alterius, ei ut meritò invito, injuriam facit, & furtum committit. Nec urget fundamentum oppositæ sententiæ ; nam quia dives non ex justitia, sed solùm ex lege Charitatis, tenetur ad largiendum pauperi constituto in gravi necessitate, licèt non possit esse invitus, quantùm est ex virtute Charitatis, & præsumi possit facilis ad largiendum, si petatur, potest tamen esse invitus ex virtute justitiæ ; nec potest præsumi fore facilis in permittendo sibi rem suam auferri.

VI. Duo tamen addenda sunt. *Unum :* quòd 106
licèt ob necessitatem gravem auferre rem alterius licitum non sit, licitum tamen est ob talem ne-

ceſſitatem gravem rei jam habitæ reſtitutionem differre. Quia plus eſt rem alienam auferre (quippe repugnans præcepto negativo, *non furaberis*) quàm debitum non reſtituere, quod repugnat præcepto affirmativo reſtituendi alienum, quo non obligamur pro ſemper, ſed per moralem impotentiam excuſamur, ut latiùs dictum ſub locô. *Alterum* : Sed neque facilè peccati mortalis condemnandus eſt, qui à divite, præſertim anteà rogato, clam aufert, quantum ad gravem neceſſitatem ſuam ſublevandam verè neceſſarium eſt : quia certum eſt, circumſtantiam neceſſitatis multum minuere de malitia furti, idque excuſare, ſi non in toto, ſaltem in tanto, atque etiam ipſe dominus, cui aufertur, minùs invitus eſſe poteſt, & debet, ut cum aliis notat Laym. *cit. n.* 8. Tandem licèt pauperes neceſſitate gravi non habeant actionem directam ad petenda ſibi neceſſaria, poſſunt tamen implorare officium Judicis Eccleſiaſtici ad cogendum divites ad largiendum, ut ex communi docent *Sylveſter. Navar. Laym. citt.*

Hîc conſequenter agendum eſſet de uſurpatione rerum communium, vacantium, derelictarum, incertarum, perditarum &c. ſedquia res prolixioris tractationis eſt, dabo ſeorſim tract. ſequenti de dominio & acquiſitione rerum.

SECTIO

SECTIO V.

De acceptione personarum, ac munerum.

Ubi generatim de acceptis ob opus aliàs debitum, & ob causam turpem.

SUMMARIUM.

108. *Acceptio personarum generaliter locum habet in administratione justitiæ distributivæ.*
109. *Specialiter I. in collatione beneficiorum,*
110. *Et II. officiorum sæcularium, ac*
111. *III. In judiciis,*
112. *IV. In distributione honorum.*
113. *Est peccatum ex genere suo mortale.*
114. *Præsertim si officia, vel beneficiæ conferantur indignis.*
115. *Quæ per concursum conferenda, sub mortali conferri debent digniori.*
117. *Imò etiam mortale esse, beneficia majora, præsertim curata, conferre dignis, prætermissis dignioribus, docent DD. communiter,*
11. *Cujus oppositum docebant alii:*
119. *Modò tamen damnavit* Innocentius XI.
120. *Acceptio munerum quid?*
122. *Munera* gratis oblata *acceptare, etiam ob opus ex justitia debitum, v. g. in judicio, &c. per se illicitum non est* (intellige
123. *Secluso juramentò,*
124. *Vel scándalò,*
125. *Aut periculò subvertendi judicium, & justitiam; aut*
126. *Prohibitione contraria legis positivæ*)
127. *Acceptare autem munera* ex pacto *ob opus ex justitia debitum, mortale est, & restitutioni obnoxium,*
128. *Nisi justa causa excuset. Quæ & quando talis?*
130. *Secus est de acceptis ob opus debitum ex alia virtute;*
131. *Ob opus enim ex quacunque alia virtute debitum licitè quid accipitur, & retinetur,*
132. *Nec restitui debet ex justitia.*

134.

134. *Accepta ob turpem causam, vel opus turpe patrandum, aut ejus impletionem licitè retineri non possunt.*

135. *Post opus vrò turpe jam impletum, pretium pactum licitè accipitur, vel jam ante datum, retinetur.*

136. *Sic meretrix post copiam corporis sui factam pretium non tantùm licitè recipit, sed etiam in foro externo exigere potest,*

137. *Idem dicendum, etsi opus turpe patratum sit contra justitiam;*

138. *Vt si uxor pro pretio commisit adulterium: custos Sylvæ sint arbores scindi: sic carius tuum inimicum occidit. Judex sententiam tulit &c.*

139. *Sicut & tale pretium promittens, non solùm licitè illud solvit, sed jure naturali solvere tenetur opere impleto, uxta communiorem sententiam.*

140. *Cujus contrarium docent quidam alii: sed inefficacitè.*

141. *An & quando virgo, vel fœmina munera liberaliter oblata ab amasio accipere, vel retinere possit?*

ASSERTIO V.

107 *ACceptio personarum est peccatum, quo quis in distributione communium honorum, vel onerum, aut in jure dicundo, aut honoris exhibitione, non attendit causam, sed personas; vel potiùs personæ conditionem ad rem vel causam non pertinentem v. g. divitias, potentiam, consanguinitatem, amicitiam, aut denique ipsa munera. Locum ergò habet generaliter, in administratione justitiæ distributivæ; & specialiter in collatione beneficiorum, & officiorum, in judiciis, in honoris exhibitione: ac proinde est peccatum mortale ex genere suo contra justitiam distributivam; & sæpe etiam commutativam; & sine dubio gravissimum, si con-*

& conferantur beneficia, vel officia indignis, prætermissis dignis ; non ita grave, & fortè veniale tantum, si conferantur verè dignis, prætermissis dignioribus. Descriptio peccati satis patet ex terminis : reliqua autem breviter explico, & probo per partes.

§. I.

Generaliter locum habet.

IN administratione justitiæ distributivæ, cùm 108
in distributione bonorum communium non attenditur proportio dignitatis, vel in distributione onerum communium non attenditur proportio facultatis singulorum, sed alia conditio impertinens : dum scilicet aut conferuntur officia, vel beneficia indignis, vel minùs dignis prætermissis dignis, vel dignioribus ; aut onera communia tributorum, servitiorum, laborum &c. imponuntur inæqualiter, plus æquô gravando eos, qui sunt minoris facultatis, contra verò parcendo iis, qui majoris facultatis existunt. Et quidem hoc posterius peccatum est simul etiam contra justitiam commutativam cum obligatione restitutionis, ut omnes observant : quia sic subditis indebitè gravatis per veram injuriam damnum infertur in propriis bonis ac juribus, auferendo ipsis aliquid, quod suum est. Prius autem in distributione bonorum communium, per se solùm est contra justitiam distributivam, & seclusô aliô damnô, de quo mox infra, nullam inducit obligationem restituendi ipsis dignis, vel

dignoribus prætermissis : quia hi ad illa bona ficia, vel beneficia ipsis meritò conferenda, lum adhuc habuerunt jus proprium, & particu sed solùm jus commune, & legale, quo ejusm bona communia potius debentur dignis, vel ninò indignis. De quo latiùs suo loco.

Non ergo acceptio personarum locum habe mera gratuita propriorum bonorum, vel rum distributione, cùm scilicet nulli potiùs, q alteri gratia debetur ex aliquo debito : juxta Math. 20. *Amice non facio tibi injuriam, quod tuum est. An non licet mihi, quod vole ecre ?* Unde apud Deum, qui nullius debitor etsi unum hominem præ alio majoribus gra præveniat, non habet locum acceptio personarum ad Rom. 2. *Nunquid acceptio personarum est Deum ? absit.*

§. II.

Locum habet specialiter.

109 I. IN collatione beneficiorum Ecclesiasticorum dum conferuntur aut indignis, prætermis dignoribus ; quod etiam cedit in detrimentum Ecclesiæ. De quantitate peccati mox §. *sequenti.*

110 II. Locum etiam habet in collatione offici rum secularium ; nam etiam officia sæcularia s sunt bona propria Principis, seu communia Re publicæ, quæ ea commisit Principi providend & conferenda communis tantùm utilitatis caus Quare ut rectè infert *Lessius lib. 2. c. 23. dub.* pec

peccat mortaliter Princeps scienter promovens indignum, aut qui putatur malè administraturus officium aliquod ; & tenetur Reipublicæ resarcire omnia damna inde secuta : nihil tamen tenetur restituere dignis prætermissis, ob rationem supra indicatam.

III. Etiam locum habet in judiciis, quatenus in iis debita forma & proportio inter partes non servatur, tam in modo procedendi, quàm in ferendo sententiam ; juxta illud Levitici 19. *Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis ; justè judica proximo tuo.* Et si fiat notabilis aliqua inæqualitas cum detrimento partis, erit peccatum mortale, cum strictissima obligatione resarciendi damnum injustè datum, secundùm omnes. 111

IV. Etiam locum habet in distributione bonorum, non tantùm communium, ut in Choro, Capitulo, Senatu ; sed etiam privatorum in privatis congressibus, ut pulchrè notat Jacob. 2. *Fratres mei nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri JESU CHRISTI gloriæ : etenim si introjerit in conventum vestrum vir, aureum annulum habens in veste candida, introjerit autem & pauper in sordido habitu ; & intendatis in eum, qui indutus est veste præclara, & dixeritis ei : tu sede hic benè : pauperi autem dicatis : tu sta illic : aut sede sub scabello pedum meorum : nónne judicatis apud vosmet ipsos, & facti estis judices cogitationum iniquarum ?* Ratio est : quia ex virtute observantiæ honor debitur cuivis secundùm 112

pro-

proportionem excellentiæ in bonis dignioribus ergò qui in honorando alterum, non attendit exellentiam boni dignioris, sed ad illud, v. divitias, nobilitatem, aut quod stultius, vestes pompam &c. posthabito alio in bono digniore excellenre verè dicitur accipere personam, atque peccabit, sed rarò graviter per se, secluso dalo, odio, contemptu, contumeliâ proxim aut simili peccato contra Charitatem, vel justiam.

§. III.

Est peccatum mortale ex genere suo.

113 CErtum apud omnes: tum quia graviter prohibetur in Sacra Scriptura Eccli. 42. *noli accipias personam, ut delinquas.* Jacob. 2. *si autem personas accipitis, peccatum operamini.* Tum quia graviter adversatur justitiæ, saltem legali bono communi, bona & onera communia non distribui secundùm proportionem dignitatis, facultatis singulorum, sed attendere solùm personam, vel ejus conditionem aliquam ad rem non pertinentem, seu propter quam hoc, quod ei datur, non sit ei debitum. Dixi autem *esse mortale ex genere suo*: potest enim subinde excusari à mortali ex aliqua parvitate materiæ; ut si res ipsa danda, vel beuenda, vel indigno collata, in se levis, vel parvi momenti sit v. g. simplex & tenue beneficium, electus ad aliquod officium, vel beneficium valde leviter, & parùm indignus sit, defectu aliquo non multùm nocivo: si merita unius & alterius par-

se invicem superent &c.. Nunc certiora sta-
tuamus.

Imprimis sine dubio mortale gravissimum est, 114
si conferantur officia, vel beneficia verè & nota-
biliter indignis, posthabitis dignis. *Ratio com-
munis omnium est* : quia hoc est verissima acceptio
personarum in re gravissimi momenti ; inde enim
gravissima damna inferuntur Ecclesiis, Commu-
nitatibus, & iis, circa quos munia exercenda sunt,
Unde taliter conferens contrahit gravissimam ob-
ligationem restituendi damna Ecclesiis, Com-
munitaribus, ac subditis ex provisione talis indi-
gni consecuta : non tamen ipsis personis dignis,
vel dignioribus prætermissis, quippe qui nullum
adhuc actuale jus ad illa beneficia habuerunt, ut
jam supra notatum est.

Deinde certum est apud omnes, quando offi- 115
cia vel beneficia Ecclesiastica, curata maximè,
conferuntur per concursum, collatorem sub mor-
tali obligari, ut conferat digniori ex concurren-
tibus, posthabitis minùs dignis : alioquin pec-
care moraliter contra justitiam cum obligatio-
ne compensandi damnum digniori. *Ratio clara
est* : quia posito, quòd hi concurrant, seu conve-
niant ad examen, pactum cum illis initium fuit,
quòd dignior repertus, palmam sit reportaturus :
ergò magna fieret injuria vincenti, si promissò
bravio non potietur. Adde, in beneficiis curatis
sanctè ejusmodi concursum institutum fuisse, ut
& Ecclesiis, quoad fieri potest, de dignissimis pro-
videatur ; quam institutionem tam seriò à Con-
cilio

cilio Trid. *sess.* 12. *c.* 14. *de reform.* requisitam p
varicari, grave quid esse, non est dubitandum.

116 Denique certum etiam est apud omnes in
electione vel collatione, beneficia conferre
quidem dignis, sed prætermissis notabiliter di
ribus, peccatum esse, ad minimùm veniale. S
per est enim aliqua inordinatio contra justi
distributivam cum aliquali detrimento, vel
diminutione bonis communis Ecclesiæ, vel C
munitatis. Sed nunquid mortale? Assertio n
consultò ita habet.

§. IV.

Non ita grave, & fortè veniale tantùm.

117 NOn ita grave esse (sicut si conferrentur
dignis) omnes consentiunt: attamen
peccatum mortale esse, officia, & maximè
ficia curata majora, ut Episcopatus, Abbatias,
posituras, Decanatus, Parochias insignes &c.
ferre dignis, prætermissis dignoribus, docet
communissima, & sine dubio probabilissima
tentia DD. cum D. Thoma 2. 2. *q.* 63. *a.* 2. C
*tonius, Cajetanus, Sylvester, Armilla, Aug
Gabriel. Navarr.* alii innumeri; quos citat
sequuntur Sanchez *lib.* 2. *Consil. c.* 1. *dub.* 2
sius *lib.* 2. *c.* 34. *dub.* 14. Filliucius *tr.* 41. *n*
pendice c. 4. Lugo *disp.* 35. *de just. sect.* 2. &
mitur ex Trid. *sess.* 24. *c.* 1. *de reform.* ubi
quens potissimum de collatoribus ejusmodi
neficiorum majorum decernere intendit: *ut
alienis peccatis communicantes mortaliter p*

are, sini quos digniores, & Ecclesiis magis utiles ipsi judicaverint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curaverint. Ratio est: tum quòd beneficia sint bona communia, ideóque distribuenda juxta proportionem dignitatis, & meritorum: tum quia videtur gravis discordinatio beneficia, saltem majora, non conferre dignioribus.

Nihilominus probabilis quoque visa est quibus- 118
dam, opposita sententia negativa, non esse mortale, dummodò verè *dignis* conferantur beneficia illa etiam majora. Sic Doctores non pauci apud *Lugo cit.* qui ipse quoad beneficia minora admittit, & probabilem censet *Fillincius cit.* sequiturque Tamb. *lib. 8. Decal. tr. 3. c. 4. §. 4.* & favet ipsum Concil. Trid. sess. 7. c. 3. de reform. dicens: *Inferiora beneficia Ecclesiastica præsertim curam animarum habentia personis dignis, & habilibus conferantur.* Et ipsa allegata sessione 24. c. 1. loquens de beneficiis majoribus, dicit: *Omnes, &c. qui ad promotionem præficiendorum jus &c. habent, monet* (S. Synodus) *ut* imprimis meminerint, bonos pastores, & Ecclesiæ *gubernandæ idoneos promoveri &c.* Ecce! *bonos* dicit, non meliores, vel optimos: *idoneos*, non magis, vel maximè idoneos. Quòd verò mox addat verba supra allegata de *dignioribus*, & magis *dignis* eligendis: commodè explicari potest, Concilium phrasi latina non inusitata sumere ly *dignores*, non comparativè ad positivum, ut exclu-

cludat dignos alios, sed positivè, ut excludat
lùm indignos, inutiles, inidoneos: sic Tamb. *num.*

119 Verùm hanc sententiam, & explicationem
mis universalem probat novissimè Innoce
tius XI. propositione damnata 47. *Cùm dic
Concilium Tridentinum, eos alienis peccatis co
municantes mortaliter peccare, qui, nisi quos dig
ores, & Ecclesia magis utiles, ipsi judicaverint, a
Ecclesias promovent, Concilium, vel primò vid
tur per hoc* digniores *non aliud significare vol
nisi dignitatem eligendorum, sumpto comparativ
pro positivo, vel secundò loeutione minùs propr
ponit* digniores, *ut excludat indignos, non vero di
gnos; vel tandem loquitur tertiò, quando sit co
cursus.* Ratio eorum erat: quòd Ecclesiarum p
gimini adhuc sufficienter sit provisum, si præ
ciantur verè digni, ideóque digniores præterm
ti, non censeatur gravis inordinatio, nec gravis
Ecclesiæ nociva: siquidem ad humanam, & mo
ralem diligentiam adhibendam homines obligan
tur, quàm certè verè dignus præstare potest: non
ad summam, seu omni ex parte perfectam, qua
id esset onus humanis viribus intolerabile. Do
quæso te: fac, Episcopum, Prælatum, Parochum
electum, esse dignissimum, sed in Officio se gere
tanquam dignum, non tamen tanquam dignis
mum, vel diligentissimum: ea nimirum pro ut
tate suæ Diœcesis, vel Ecclesiæ operando, qu
sufficiunt ad ejus diligentem gubernationem, n
autem diligentissimam: certè hunc non condem
nabis de peccato mortali, quia non obligat

nisi humanô modô moralem diligentiam adhibere : si igitur ego do, vel eligo Ecclesiæ Pastorem dignum, qui similia possit operari, cur ego condemnandus ero peccati mortalis ? ipse certè, si deficiat, condemnabitur, cùm possit non deficere ; non ego : ait *Tamb. cit.* addens : sic homines satis, imô magis excitandos ad scientiæ, & virtutis studia, si sciant etiam digno cuique conferri posse beneficia, ac Prælaturas, quàm si scirent sub mortali conferri debere solis dignioribus : tunc enim multi desperantes posse assurgere super alios, à sui cultura, vel studiis desisterent. Hæc quidem DD. citt. sed tu jam audivisti sententiam damnatam ab Innocentio XI. cui te accommoda : sicut & ego me lubens submitto. Volunt quidem aliqui, hanc damnationem stare solùm de promotis ad officia suprema, qualia sunt Papatus, Episcopatus &c. de quorum tantùm promotionibus ibi Trid. *sess.* 24. *cap.* 1. agit, non verò de beneficiis inferioribus etiam curam animarum habentibus, quæ juxta idem Trid. *cit. sess.* 7. *c.* 3. etiam dignis conferri possunt ; notant tamen ijdem. Concilium, dum ibi ait : *Inferiora beneficia Ecclesiastica, præsertim curam animarum habentia, personis dignis, & habilibus conferantur &c.* solùm velle, quòd talis collatio sit valida & non irritanda in foro externo, non verò quòd sit sine peccato ; & ita intelligi debere DD. dicentes, sufficere, si ad beneficia inferiora promoveatur *idoneus*. Ita Less. *de just. l.* 2. *c.* 34. *dub.* 14. *n.* 69. Petr. Tolosan. *in parti. Jur. Can. lib.* 1. *tit.* 29.

c. 1. *n.* 1. & alij. Adeóque vides, utrobique esse peccatum, conferre digno, relicto digniore. Sed de hoc fusiùs lege Joan. de Cardenas *in sua Crisi de dictum Prop. damnat. Dissert* 28.

Acceptio Munerum.

120 ACceptioni personarum affinis valdè, & ipsissimè implicita est acceptio munerum: vel maximè enim fit acceptio personarum ob oblationem vel acceptionem munerum: & speciliter, pro electionibus, præsentationibus, collationibus, resignationibus beneficiorum Ecclesiasticorum dare, & accipere munera ex pacto per modum pretij, venditionis & emptionis, ipsissima est simonia in jure damnatissima: de qua in materia de virtute Religionis, & nos ad finem primi Præcepti, *tr.* 2. *c.* 10. §. 4. Generatim autem quando sermo non est de acceptione munerum planè gratuitè oblatorum: hæc enim est donatio: nec de acceptione munerum, propter opus licitum vel honestum, aliunde non debitum; hæc enim est contractus saltem innominatus; *do, ut facias*; *facio, ut des*: sed de acceptione munerum, sive gratuitò, sive ex pacto ob opus aliàs debitum, maximè ex justitia: vel ob opus turpe seu illicitum v. g. ut Judex ferat iniquam sententiam, ut sicarius occidat inimicum: fœmina corpori copiam faciat &c. Sit ergo

ASSERTIO VIII.

221 *MUnera gratuitò oblata propter opus quodcunque debitum, etiam ex justitia, vel*

judicio, acceptare per se illicitum non est, seclusa juramento, scandalo, periculo subvertendi judicium, ac prohibitione contraria: at verò acceptare ex pacto expresso, vel implicito ob opus alias debitum ex justitia, mortale est ex genere suo, & restitutioni obnoxium, nisi justa causa excuset: secùs est de acceptis ob opus debitum ex alia virtute: item de acceptis ob turpem causam, post impletum opus turpe, vel illicitum contra quamcunque virtutem, etiam justitiam, salvo jure restitutionis respectu tertij injustè læsi. Assertio magni momenti indiget acurata explicatione.

§. I.

Munera Fratris oblata acceptare per se illicitum non est:

ETiam ob opus debitum ex justitia in judiciis &c. Quando nimirum partes offerunt munera ad conciliandum Judicis, vel officialis animum, ut quoad licet, in sui favorem procedat: ipsi & validè recipiunt, acceptíque dominium acquirunt, etiamsi citra suum dolum, nihil in favorem dantis efficiant: & licitè recipiunt per se loquendo, retento semper proposito justitiæ servandæ: nec consequenter ullam restitutionis obligationem contrahunt. *Omnes.* Ratio patet ex terminis: quia sic nullum adest caput illius culpæ, vel pœnæ, Dixi autem notantissimè: *per se loquendo*: per accidens enim tales acceptantes, nimis sæpè & gravissimè peccant: unde in Assertione addita tam ampla &quatrimembris limitatio. 1212

123 *I. Secluso juramento.* Ubi enim officiales justitiæ vel Curiæ emittunt juramentum de non acceptandis muneribus, durante lite, ut fit in celebertima Curia Cameræ Spirensis, & alibi laudabilissimè, id omninò observandum erit. Quamvis etiam tunc juramenti prævaricatores ante sententiam judicis non teneantur ad restitutionem munerum acceptorum; cùm non peccaverint contra justitiam commutativam, liberaliter oblata acceptantes, sed tantùm contra virtutem Religionis juramenti, & obedientiam præcepti, vel ad summùm contrà justitiam legalem.

124 II. *Secluso scandalo*: hoc enim sæpissimè hîc intervenit, præsertim respectu pauperum. Ubi sanè gravissimè contra Charitatem, & dupliciter peccant munerum acceptores, cùm videant pauperes, & viduas ejusmodi, etsi gratuitis, tamen non omninò voluntariis muneribûs largiendis valdè gravari. Unde ejusmodi acceptio munerum toties damnatur in veteri & nova Lege, maximè ob causam mox sequentem.

125 III. *Secclusо periculo subvertendi judicium & justitiam*: nam. Exodi. 23. dicitur: *Nec accipias munera, quæ etiam excæcant prudentes, & subvertunt verba justorum.* Unde si Judex, vel Officialis accipiat munera oblata, ut in injustitiam inclinetur, vel ut proximum sit periculum pervertendi justitiam, sine dubio peecant mortaliter accipiendo: quia qui amat periculum tam proximum, & potenter nimis alliciens, utique peribit in illo. Insuper ante causam expeditam tenebitur illa mune-

ra

ta restituere. *Ratio est*: quia tunc Judex obligatur ad removendum illud periculum subversionis: atqui nunc ipsa munera retenta adferunt illud subversionis periculum; ergo tenetur illa removere: & qua alia ratione, nisi restituendo? Nec excusandus est Judex ab hac restitutione ex eo capite, quòd inurbanus videretur, si munus remitteret offerenti: nam præterquam, quod sola in urbanitas non possit eum excusare à cavendo periculo proximo graviter delinquendi, cui se exponit retinendo munera; etiam revera ex illa remissione, vel restitutione munerum non inurbanitatis notam, sed honorem potiùs, ac laudem ob affectum justitiæ apud omnes bonos & prudentes conciliabit. Dixi tamen: *ante causam expeditam.* Nam si pars litigans verè dedit liberaliter illa munera, transtulit dominium in Judicem, & finitâ causâ, non est amplius locus illius periculi: ergo nulla causa restitutionis: salvo tamen semper jure restitutionis respectu alterius partis injustè læsæ. Communis. *Molina. Vasquez.* aliisque citt. Lugo *tom.* 2. *de just. d.* 37. *sect.* 11. *n.* 134. Tamb. *lib.* 9. *c.* 2. §. 1. *num.* 9.

IV. *Secluſa prohibitione contraria legis positi-* 126
va. Nam ejusmodi acceptiones munerum severè prohibent leges positivæ, tam civiles, quàm Ecclesiasticæ. Attamen *DD. citt.* probabile censent illas leges non obligare sub mortali, neque restitutionem deberi ante sententiam Judicis: cùm in illis legibus clara verba non inveniantur significantia obligationem sub mortali, vel clarè impedien-

pedientia translationem dominij acceptorum: ideòque restitutio in illis legibus videtur impositu in pœnam; & consequenter non urgere in conscientia sub mortali ante sententiam Judicis, sed benè post: quia justæ sententiæ semper standum esse, apud omnes in confesso est. Excipitur autem ab omnibus: *Nisi ista munera accepta sint ab Ecclesasticis Visitationibus ratione visitationis*: hi enim sine dubio peccant mortaliter, & ad restitutionem acceptorum obligantur, ex speciali & gravissima prohibitione Sacrorum Canonum, & Concil. Trid *Sess. 24. c. 3. de Reform.* Exceptis necessariis pro uno vel altero victu moderato. Lege dictum caput Concilii.

§. II.

Ex pacto acceptare munera ob opus ex justitia debitum mortale est, restitutioni obnoxium.

27 QUando nimirum quis pacto implicito, vel explicito, munera, seu quodvis notabile, & pretio æstimabile exigit, ut faciat, vel omittat id quod alioquin ex justitia gratis præstare tenetur: v. g. Judex, ut justam sententiam ferat tandem; uxor, ut viro debitum conjugale reddat: ne adulterium committat: latro, ne hominem occidat: ut quis depositum restituat, rem inventam suo domino reddat: vel quodvis debitum solvat &c. hi enim & similes peccant contra justitiam: iniquum per pactum nullum est: nullam rei datæ dominium acquirunt, sed in totum restituere tenentur.

Com-

Communissima DD. Navarr. *c.* 17. *n.* 39. Lessius *lib.* 2. *c.* 34. Lugo *disp.* 18. *n.* 63. Ratio clara est: quia nullus potest vendere alteri rem alterius: sed qui ex pacto munus, vel pretium accipit pro eo, quod ipse ex justitia debet facere, vel omittere, vendit id, quod non est suum, sed alterius: res enim, quæ ex justitia debetur Petro v. g. perinde est, acsi esset ipsius: v. g. si Judex accipiat munera tanquam pretium ex pacto, ut justam sententiam ferat pro Petro, vendit revera rem non suam, sed ipsius Petri, quippe quæ ex justitia ipsi debita est quasi res ipsius: ergo peccat contra justitiam, & verè alienum rapit, nec retinere potest. Hic verissimè est universitas iniquitatis apud Magistratus, Judices, Advocatos, Tabelliones, similésque Officiales Cameræ, vel Justitiæ, qui cùm ex officio constituti, vel sufficienti, imò plerumque excessivo stipendio conducti ex justitia tenerentur præstare obsequium, vel officium, etsi expresè in pactum non deducant; hoc ipso tamen pactum implicitum ineunt, cum ita se gerunt erga partes, vel alios, ut ij facilè intelligant, eos officium suum non satis præstituros, nisi continuis muneribus aximinungant; sicque vero pacto implicito ejusmodi munera tanquam debita, & pretia pro eo, quod aliàs ex officio, & justitia tenerentur præstare, exigunt, & recipiunt, vel potiùs extorquent, cum grandi injuria, & damno clientum, quippè qui vel maximè in hoc sunt voluntarij, & quasi coacti dant.

Addidi in Assertione: *nisi justa causa excuset.* 128

Justæ enim possunt subesse causæ, ob quas præfecti Officiales, Judex, Advocatus, Tabellio, Medicus &c. ex officio, & justitia obligati aliquid præstare, jure exigere possint aliquid à partibus, vel clientibus. Inprimis si à republica conducti sunt ad ea munera, sed absque sufficienti stipendio, tenebuntur quidem ex justitia præstare operam petentibus, justè tamen mercedem exigere possunt proportionatam usque ad sufficiens stipendium, secundùm circumstantias personarum, locorum &c. prudenter judicandum. Deinde licèt justum stipendium habeant, tamen cessante scandalo, & prohibitione legis, exigere, & recipere possunt aliquid tanquam pretium laboris, & diligentiæ extraordinariæ, ad quam adhibendam alioquin obligati non fuissent : ut si Judex, vel Advocatus augendo laborem, alicujus causam, sine aliorum præjudicio, vel damno, velocius expediat ; quâ tamen licentiâ cautè utendum, monet *Molina* apud *Layman. cit.* plerumque enim intervenit damnum aliorum ; ut si Officialis propter oblatum sibi munus unius causam citiùs expediat, posthabitis alijs, qui diutius exspectârunt, & ante alios expediri deberent de jure : nam qui prior tempore, est potior jure. At posito plures adesse, qui æquali jure gaudeant, ut in Judicis arbitrio positum sit, quem cui præponat ; si ex pacto oblati muneris unius causam ante alios expediat : etsi res periculô non careat, damnari tamen non potest : quia cùm omnes simul expedire nequeat ; necessariò unum præponendo alijs, nulli injo-

injuriam facit: & nova susceptâ obligatione in gratiam unius munus offerentis ante alios expediendi causam illius, pretiò æstimabilis est, ut post alios resolvit Layman *cit. c. 4. n. 9.*

Eadem porrò ratione, qua de Judice, & Offi- 129
cialibus Justitiæ, etiam discurendum est in alijs supra positis casibus, & exemplis, ac similibus: & insuper notanda est limitatio Cardinalis de Lugo *cit. disp. 18. n. 64.* Si nimirum Judici, ut justam sententiam ferat, latroni, ne occidat, uxori, ne adulteret &c. ex pacto des munera in gratiam tui ipsius, vel etiam alterius proximi, tunc omninò accipiens non potest retinere; quia accipit pro re, quàm gratis ex justitia præstare debet; adeóque vendit, quod suum non est, seu alterius. Quòd si verò alicui tali des in gratiam ipsiusmet principaliter; v. g. ne is peccet, vel periculo infamiæ, aut pœnæ se exponat, non curando de suo proprio jure, damno, vel injuria &c. tunc alter acceptans retinere poterit: quia alter nulli tenetur ex justitia, neque sibi ipsi, se ipsum servare indemnem à proprio damno spirituali, vel corporali. Sed de hoc satis.

§. III.

Secùs est de acceptis ob opus debitum ex alia virtute.

Cùm quis scilicet accipit aliquid, ut quidpiam 130
faciat, vel omittat, ad quod non ex justitia, sed ex præceptis aliarum virtutum, utpote Religionis, Charitatis, temperantiæ &c. obliga-

tur : v. g. ut die festo Missam audiat: die præcepto jejunet, tempore obligationis confiteatur, vel communicet : pauperi in extrema necessitate succurrat &c : item ut opus malum omittat, ne blasphemet, fornicetur, se inebriet, immodicè ludat &c. : hæc licitè recipi & retineri posse, negant sanè permulti apud infra citandos ; eò quòd sic crimen simoniæ committatur ; nimirum opus bonum Deo gratum, & debitum, præsertim ex virtute Religionis pretio temporali vendatur, & ematur. Alij variè & òperosè distinguunt, ut videre est apud *Tanner*. & *Lugo* mox citandos. Sed secùs esse breviter ostendamus.

131 I. Accepta propter opus debitum ex quacumque alia virtute, præter justitiam, licitè accipiuntur, & retinentur : (adhibita tamen exceptione infra adferenda.) Ita cùm aliis Lugo *disp. 16. sect. 3. à num. 66.* Tamb. *lib. 7. Decal. c. 5. §. 3. num. 21.* Ratio est : quia quamvis ille obligetur ex aliis virtutibus illa bona opera facere, vel illa mala non committere, non tamen ex justitia saltem mihi debita : ergo si ea in gratiam mei fiant nova hac obligatione agat, vel omittat, licitè & justè pretium, & quasi premium recipiet, & retinebit. Unde hic non committitur crimen simoniæ, saltem regulariter : non enim seu dantis seu accipientis intentio est, opus bonum Deo gratum emere, & vendere pretio temprali, sed potiùs illam novam obligationem tale opus faciendi vel omittendi. Imò regulariter quæ sic danda ad homines alliciendos ad bonum, vel averten-

dos à malo, gratis donari censentur ob causam piam, vel sub conditioone, si ita fecerint, vel omiserint; non autem in pretium operis pij: quis enim condemnet patrem familias, vel Heros, si filios vel famulos muneribûs alliciant ad diligenter audiendum Sacrum, ad confitendum tempore debito: pueros vel puellas ad Religionis ingressum &c. Qua ratione etiam à simoniæ labe excusantur, qui ad redimendam vexationem iniquam dant pecuniam Sacerdoti, malitiosè aliàs nolenti baptizare infantem, vel providere moribundum; aut militi hæretico, ut Sacramentum Eucharistiæ non conculcet, &c. non enim mens dantium est Sacramentum pretiô emere, sed impiam vexationem redimere, vel impedire: de quo in materia de scandalo. *supra c.* 1.

II. Nihil talî modô acceptum restituendum 132
est ex justitia. De hoc non videtur posse dubitari: ut cum aliis docet *Lugo cit.* Ratio est eadem: qui nimirum tunc non peccatur contra justitiam; cùm nec dando, nec accipiendo alicui fiat injuria, saltem in exemplis allatis: consequenter non est obligatio restituendi ratione injustæ acceptionis: sed neque ratione rei acceptæ; quia translatum est dominium rei à potente transferre in accipientem, ut supponitur. Sed neque est obligatio restituendi taliter accepta ex virtute Religionis, quasi simoniacè accepta sint, ut jam visum. Erit autem obligatio restituendi ejusmodi accepta, quando acceptio pretii facit, quòd opus ex aliqua virtute v. g. Religionis vel Charitatis debi-

debitum, non ponatur totum, secundùm substantiam, vel qualitates debitas: aliàs nunquam. Quam exceptionem & regulam sapienter tradit *Lugo cit. num.* 70. Exemplis cape. Ex voto, aliove capite ex virtute Religionis, Ecclesiæ teneris dare calicem quadraginta aureorum, atque ut tandem solvas, ab alio accipis decem aureos. Sic accipiendo non solvis totum votum tuum, nec das integrum promissum Deo & debitum Ecclesiæ, quia quartam partem calicis valdè notabilem non das gratis, sed solutam ab alio: adeóque ex eadem virtute Religionis teneris restituere illos decem aureos, ut promissum Deo integrè reddas. Econtra ex eadem virtute Religionis teneris audire Missam, jejunare, communicare &c. Ex virtute temperantiæ non inebriari, non fornicari &c. si, ut ista prestes, pretium accipias; validè & licitè accipis, & quia pretium acceptum non impedit, quo minùs opus promissum totum ponas, integram Missam audias, debitè jejunes &c, ideò nulli restitutioni obnoxius manes. Et ita in similibus.

§. IV.

Item de acceptis ob turpem causam.

133 ACcepta ob turpem causam dicuntur, quæ dantur, & accipiuntur ab alio ob peccatum aliquod patrandum, vel jam patrandum: ut si meretrix, vel levis fœmina accipiat pretium ob copiam corporis; Judex, ut injustam sententiam ferat: sicarius, ut hominem occidat: & similia infinita. De his dicamus breviter, & distinctè.

I. Ac-

I. Accepta propter ejusmodi opus turpe pa- 134
trandum, ante impletionem operis non possunt li-
citè & justè retineri, sed rescisso contractu, ex con-
sequenti necessariò restituenda sunt : *Secundùm*
omnes. Ratio manifesta est : quia invalidum
est omne pactum de re inhonesta vel turpi patran-
da ; cùm implicet pari obligationem ad faciendum aliquod illicitum vel peccatum : quando ergo fœmina v. g. accipit ducatum ob fornicationem futuram : judex munus ob sententiam injustam ferendam : sicarius centum aureos ob inimicum tuum occidendum &c. talis tenetur rescindere hunc contractum, & non stare promissis, nimirum non peccare : atqui rescisso pactò, jam non habet titulum retinendi illud acceptum. Res clara : aut enim meretrix v. g. habet animum dandi usum corporis, & sic peccat contrà castitatem pactò irritò : aut non habet animum dandi usum corporis, & sic peccat contra justitiam accipiendo & retinendo pretium, cùm tamen nolit, nec possit præstare id, propter quod pretium datum est : ergo utroque casu restituere tenetur pretium acceptum : & ita in cæteris. Secùs dicendum, si alter donâsset liberaliter, etsi ex intentione alliciendi fœminam ad usum turpem, ut infra in fine notabo. Et hinc in Assertione notanter dixi.

II. Post impletum jam opus turpe, is qui præ- 135
stitit, quamvis peccaminosum, pretium tamen
pactum, seu antea jam datum, seu postea primò
dandum, jam licitè recipit, & retinet : quin
etiam non datum, jure naturali, & in foro saltem
con-

conſcientiæ juſtè exigere poteſt : idque generaliter in quovis genere peccati, ſeu opere turpi, contra quamcunque virtutem, etiam juſtitiam (de qua tamen ſpecialiter *numero ſequenti*, Ita comunitas mox citandi. *Ratio communis eſt* : quia pretium illud non datur, & accipitur pro ipſo peccato formaliter, peccatum enim cùm nihil ſit neque licitè poſſibile, non eſt vendibile : ſed datur; & accipitur pro actu ipſo materiali, quatenus dans utilis vel delectabilis, accipienti autem aliquo modo laborioſus vel periculoſus eſt ; adeóque ex utroque capite omninò pretiô æſtimabilis & vendibilis eſt : ideóque licèt actus per peccatum poſitus ſit, quia tamen pretiô æſtimabilis eſt ratione utilitatis vel delectationis, aut etiam ratione laboris, vel periculi alterius, ſolutio, & receptio pretij minimè erit contra juſtitiam : & conſequenter licitè recipi, & retineri, imò etiam juſtè exigi poterit. Non ſunt quidem ſeparabilia materiale & formale peccati in perpetrando, ſunt tamen ſeparabilia in exigendo & ſolvendo pretio pro jam patrato : ut nimirum non exigatur, & ſolvatur pretium pro peccato formaliter ſeu ipsâ malitiâ (quod eſſet contractus plane diabolicus, non humanus,) ſed pro materiali tantùm, ſeu actione tibi delectabili, vel utili, alteri autem aliquo modo laborioſa vel periculoſa.

136 Sic ergo 1. meretrix, poſtquam non ſine peccato ſui corporis copiam fecit, non tantùm pretium vel quodvis ob eam cauſam datum, vel promiſſum licitè recipit, & retinet, ſed etiam

jure, etiam civili in foro externo exigere potest: juxta *L. quartam ff. de conditione ob turpem causam.* Ita communissima DD. cum S. Thoma 2. 2. *q.* 62. *art.* 5. & plurimis congestis Lessius *lib.* 2. *cap.* 14. *dub.* 8. Molina *tom* 1. *tract.* 2. *disp.* 34. Laym. *cap.* 4. *num* 8. Dian. *p.* 2. *tract.* 2. *Miscel. resol.* 30. Lugo *disp.* 18. *sect.* 3. Ratio jam dicta est: quia ibi non solvitur peccatum, sed delectatio seu utilitas quædam conducta ab alio, quæ est naturale quid, & pretiô æstimabile: nec alteri gratis debitum. 2. Eadem est ratio de quacunque fœmina etiam honesta, virgine, vidua, núpta, ut contra *Abbatum*, *Angelum*, & quosdam alios, habet jam communis DD. apud citt. Et ratio eadem est, quia nimirum etiam honesta fœmina, non vendit tunc peccatum, sed comoditatem illam, & obsequium corporis, imò & honorem suum, periculum in famiæ, & subinde etiam vitæ, quæ sanè sunt pretiô æstimabile. 4. Hoc tamen discrimen est inter meretricem, & honestam fœminam: quòd meretrix, præsertim publica pro mercede exposita, etiam in foro externo possit petere suum pretium juxta Legem citatam: at fœminæ honestæ in foro conscientiæ tantùm, licitè petunt, recipiunt, & retinent pretium, in foro autem externo púniuntur, & in pœnam delicti etiam pretiô privantur per sententiam Judicis. 4. Eadèmque est ratio in aliis peccatis contra alias virtutes (saltem præter justitiam) ut si accipias pretium, ut te cum alio inebries, ut blasphemes &c. etsi enim pecces contra alias virtutes, Temperantiam, Religio-

gionem &c. nullo tamen respectu peccas contra justitiam; ideóque vendendo operam tuam alteri uti lem, vel delectabilem, justè recipis, & retines pretium secluso omni onere restitutionis.

137 III. Idem omninò dicendum, etiamsi opus turpe patratum sit contra justitiæ virtutem: manente tamen obligatione restitutionis respectu tertij injustè læsi. Ita contra alios non paucos communis DD. meique citt. omnes. *Ratio est*: quia pretium adhuc accipitur pro re emptori grata, & pretiô æstimabili, & ad quam venditor non tenebatur, & licèt is peccârit contra justitiam respectu alicujus tertij, eique ad compensationem damni obligetur, non peccat tamen contra justitiam respectu dantis, quippe qui liberè vult, & validè potest dare, ut supponimus: ideóque etsi injustè accipiat respectu illius tertij, quem læsit in gratiam dantis, non tamen injustè accipit respectu dantis, quia etiam justè ab eo exigere potest.

138 Exemplis res manifesta fiet. 1. Uxor commisso adulteriô, utique peccavit contra justitiam respectu mariti, eique, vel prolibus legitimis reficire tenetur damnum inde secutum, si proles spuria familiæ intrusa fuit; at non peccat, sed licitè recipit, retinet, imô & exigit pretium pactum ab adultero, nec obstat, quòd maritus sit dominus corporis uxoris, ideóque pretium acceptum ipse acquiri, & restitui debere ab uxore adultera (minus rectè & scrupulosè nimis docent *Molina*, *Reginaldus*, *Bannes*, & alij apud *Dianam* mox citandum) vir enim non est dominus corporis uxoris abso-

absolutè in quemcunque usum, sed solùm ad usum conjugalem debitum & licitum: uti rectiùs docent *Bonacina*, aliisque cit. Diana *p.* 2. *tract.* 17. *resol.* 7. Tamb. *lib.* 7. *Decal. c.* 5. §. 3. *num.* 22. II. Custos nemoris, vel gabellæ, accepto pretio finit arbores scindi, vel gabellam defraudare: peccat utique contra justitiam respectu domini sylvæ, vel gabellæ, & obligatur ei totum damnum resarcire, attamen pretium ob favorem illum exhibitum licitè & justè recipit, nec iis, à quibus accepit, restituere tenetur. 3. Promisisti sicario centum aureos, ut inimicum tuum occidat, ante impletum opus, scis jam, nullam esse obligationem; at postquam ille facinus non sine labore & periculo suo in tui gratiam patravit, licitè à te pretium pactum exigit, recipit, retinet; eò, quòd ille labor, & periculum in tui gratiam susceptum pretiô æstimabile sit: quamvis peccaverit contra justitiam, homicidium patrando, & obligatus maneat, in tui defectum, ad compensanda damna hæredibus occisi inde secuta. 4. Eadem ratione, si pactus es cum Judice, ut non sine periculo suo in tui gratiam susceptо, injustam sententiam ferat, quamvis gravissimè peccet contra justitiam respectu partis injustè sententiatæ, cui tenetur omne damnum compensare, attamen non peccat contra justitiam respectu tui, sed justè ac licitè recipit, retinet, vel exigit à te pretium promissum pro opere, quamvis injusto in tui gratiam facto. Idémque est de conducto similiter falso teste, Advocato, & similibus sexcentis. Loquimur autem

semper in Jure naturali, & foro conscientiæ; sem-
per excipiendo: nisi leges prohibentes reddant in-
habiles tales ad dandum, vel accipiendum, ac ip-
sum tale pactum, vel promissionem irritaverint:
ut certè fecerunt in pactis & promissionibus simo-
niacis, in beneficiis, Sacris Ordinibus, & Religio-
nis professione, ac secundùm multos, in ministris
justitiæ, quoad ea, quæ ultra stipendium accip-
unt: sed de his mitiùs jam dixi §. *primo in fine.* in
super.

139 IV. Qui pactus est, vel promisit alteri pretium
pro quocunque opere turpi, v. g. meretrici, v
cuivis fœminæ etiam conjugatæ ob usum corpori
etiam contra justitiam, ut Judici, sicario &
in exemplis allatis, non solùm licitè solvit, sed et
am obligationem naturalem contrahit, ac jure
naturali tenetur solvere post opus turpe, vel in
stum jam patratum, nisi leges reddant inhabil
tales ad dandum, vel accipiendum, in certis ca
bus jam jam notatis. Ita communior DD. quo
congerunt, & sequuntur Molina *tom.* 1. *disp.* 54
Sanchez *lib.* 3. *moral. c.* 9. *num.* 27. Lessius, Lay
Lugo, Diana, Tamb. locis cit. Ratio patet ex dictis
correlativè: si enim alter opere turpi impleto po
test justè à te exigere, ut probatum, certè tu quo
que teneberis solvere pretium promissum, si enim
tu promisisti, & ille ex sua parte rem vendibilem
utpote tibi commodam, vel delectabilem posu
non est, unde tu ab obligatione solvendi promiss
liber evadas. Confirmat efficaciter Lugo *cit. n.* 5
negari posset pretium pactum pro re turpi; nega
enim

etiam licitè posset juvenis matrimonium promissum puellæ defloratæ, cui persuadendæ illud verò promiserat: & tamen omnes Doctores clamant, negare non posse, ac etiam in foro externo compelli debere: ergò.

Contrarium tamen, neminem scilicet obligari 140
ad solvendum alteri, quod pro re turpi patrata illi promissum est, seclusò juramento, saltem in his, quæ per leges puniuntur, ut fornicatio fœminæ honestæ, adulterium, homicidium, sententia injusta &c. docent non ignobiles Doctores, & nominatim *Navarr. c. 17. man. n. 41.* Ratio ipsius est: quia putat, tunc dationem & acceptionem pro re turpi patrata esse novum peccatum, & approbationem peccati commissi; qui enim dat, vel accipit pretium propter peccatum commissum, videtur de novo approbare, atque in eo complacere, quod utique mortale est. Sed infirmum fundamentum facilè negatur: potest enim stante perfecta pœnitentia & detestatione peccati commissi, tamen dans velle servare promissum, & accipiens velle lucrum suo facto promeritum, ut optimè observat Lugo *n. 55.* Ratio aliorum est: quia promissio illa de re turpi patranda fuit nulla, nec ullo modo obligans, utpotè quia peccaminosa: ergò nec ex obligatione servanda. Sed facilè n. distinguendo *ant.* promissio illa fuit nulla, nec ullo modo obligans respectu ipsius operis turpis patrandi: concedo *ant.* juxtâ dicta numero primo. Fuit nulla, nec obligans respectu pretii promissi ad solvendum, suppositò, quòd opus turpe pretio

æstimabile, jam impletum sit N. *ant. &* Quamvis enim pactum à principio fuerit in dum, nec ullam induxerit obligationem ad turpe implendum, attamen opere inhoneſto pretio æstimabili jam impleto, pactum resp pretii solvendi convalescit ob rationem supra tam. *Denique* huic sententiæ planè favet, & hærere videtur S. August. *Epist.* 24. *ad Mas nium.* Sed fortè locutus solùm secundùm l positivas, quibus ejusmodi pacta infanda sce torum hominum, Judicum, præsertim in rum, severè prohibentur, & graviter puniun & rei promissæ, vel acceptæ restitutio fisco, E siæ, vel pauperibus adjudicantur: quæ tr (exceptis simoniacis supra indicatis) in foro terno tantùm locum habet, & non in foro scientiæ, ante sententiam Judicis, ut contra q dam Juristas ex communi probant *Lessius*, *Lugo cit.* Sermo fuit toto hoc §. de acceptis turpem causam ex pacto vel promissione prævia De acceptione autem donatorum liberaliter ejusmodi turpem causam, patet ex generalit dictis §. 1.

641 Sed restat delicatus scrupulus. Quid si virg vel fœmina honesta v. g. accipiat ejusmodi m nera liberaliter oblata ab amasio, quando ei mi liter certò constat de ejus libidinosa intentio ipsa tamen minimè consentiens ejus maligno tento: poteritne licitè accipere, ac justè retin Rſp. 1. Regulariter loquendo peccare mortali puellam ejusmodi munera acceptantem: quia

fovet impurum ejus amorem ac desiderium, & spem copulæ aliquando obtinendæ, verissimo scandali peccato: & quamvis dicat expressè puella: se quidem accipere, sed nolle tamen consentire in aliquid turpe, nihilominus adhuc alter semper putabit admisso munere â puella, eam facilius tandem expugnari posse, eáque spe pugnare pergit. Quòd si tamen in raro casu hoc non esset: sicut etiam, si puellæ non certò constet de libidinosa affectione donantis, tunc utique licitè accipiet. n. 2. Eo casu munera sic liberaliter donata ab amasio, & quamvis illicitè accepta ob ejus notam libidinosam intentionem, puella non tenebitur restituere, sed licitè retinere poterit: sic *Molina*, *Rebellus*, aliisque cit. *Diana* supra Lugo *cit. n.* 49. Ratio est: quia accipiendo non peccavit contra justitiam; jam enim liberaliter dedit impurus amator, sciens puellam non acceptare cum pacto copulæ, ut supponimus, quamvis eam speraverit. Quare si sua spe frustratus amasius munus prodegit, sibi imputet, suæque credulitati: sicut quando quis gratis servit, vel munera largitur Principi, aut Episcopo, aut Prælato &c. intentione ac spe acquirendi officium, vel beneficium, postea spe sua frustratus, certè Principem, vel Episcopum nullo jure ad restitutionem coget; sed suam inanem spem miser deplorabit. Lege *Lugo loc. cit.* ubi à restitutione liberavit Heroinam nobilissimam, quæ monile ingentis pretii à grandi amasio accepit, non dubiè advertens ejus pravam intentionem.

SECTIO VI.

Defraudatio tributorum, vectigalium, gabellarum, cum appendicula de criminibus falsi.

SUMMARIUM.

142. *Tributum, vectigal, gabella &c. quid?*
143. *Ut tributa vectigalia &c. justa sint, quatuor requiruntur conditiones.*
144. I. Authoritas legitima.
145. II. Justa causa.
146. III. Modus debitus, &
147. IV. Persona subdita.
148. *His conditionibus concurrentibus, licita est tributorum exactio.*
149. *Ad quæ solvenda, esto multi velint, non esse obligationem in conscientia.*
150. *Vera tamen & communior est sententia opposita, esse obligationem in conscientia ea solvendi, si justa sint.*
151. *Quid de ementibus ab iis, quos sciunt defraudare vectigal, & tamen ii non viliùs vendunt?*
152. *Non est obligatio in conscientia solvendi tributa, vectigalia &c. non tantùm, quando constat esse injusta,*
154. *Sed probabilissimè etiam, quando de eorum justitia dubitatur.*
155. *Ubi tamen Officiales adhuc justè exigunt.*
156. *Quid in his consulendum à Confessariis?*

142 TRibutum latè sumptum dicitur omne quòd principi, vel Episcopo, vel Reipu cæ tribuitur, vel penditur ad onera commun sustinenda: sícque comprehendit vectigalia, bellas, & alia &c. *Vectigal* dicitur, quod pro

bus in civitatem, vel provinciam invectis, vel advectis solvitur: aliàs etiam dictum portorium. *Gabella* dicitur, quod Principi, vel Magistratui solvitur ex rebus venditis mobilibus, vel immobilibus: dicitúrque *pedagium*, quod à transeuntibus, vel equitantibus solvitur pro conservatione pontis, viæ, vel custodiæ &c. Tributum strictè sumptum, prout distinguuntur à prædictis, est pensio, quæ subditis imponitur, Principi, vel Magistratui solvenda, ut & statum, & dignitatem suam tueri, & communibus necessitatibus Reipublicæ, vel utilitatibus prospicere possit: éstque duplex, unum dictum *capitatio*, quod singulis capitibus, vel personis imponitur absque proportione facultatum. Alterum dicitur *census*, quod secundùm æstimationem & proportionem facultatum à subditis exigitur. Et hoc rursus duplex. Unum ordinarium, quod certam quotannis recurrentem ex communi lege pensionem vel præstationem continet. Alterum extraordinarium, quod propter supervenientem causam, sive necessitatem extraordinariè imponitur, & dicitur *collecta*, seu *tallia*. Huic simile est subsidium charitativum, quod Episcopi, occurrente aliqua necessitate petere, & exigere solent: de quo c. cum Apost. de censibus ex Concil. Lateranensi, dicitur: *sustinemus pro multis necessitatibus, quæ aliquoties superveniunt, ut si manifesta, ac rationabilis causa extiterint, cum charitate moderatum ab eis* (Clericis Episcopi) *valeant auxilium postulare*. Atque ut justum sit, ac obliget subsi-

dium Charitativum, easdem conditiones requirit ac tributum. Videndum ergo breviter, quas conditiones requirat, & qualiter obliget tributum.

ASSERTIO IX.

143 *Tributa, vectigalia, gabellæ, subsidia charitativa &c. ut justa sint, quatuor conditiones requiruntur.* 1. *Auctoritas legitima exigentis.* 2. *Justa causa exigendi.* 3. *Modus debitus imponendi.* 4. *Persona subdita. Ea, si justa sint, subditi (imò respectivè, & extranei) tenentur solvere in conscientia, etiam antequam petantur; adeò ut non solventes, vel defraudantes notabiliter, peccent mortaliter, & ad restitutionem obligentur. Secùs, si constat ea injusta esse; & probabilissimè etiam, quando de eorum justitia dubitatur.* Explico more solito.

§. I.

Ut justa sint, quatuor requiruntur conditiones.

144 1. *Authoritas legitima* imponendi tributa, & vectigalia originariè est penes Principes supremos, videlicet Imperatores, Reges, Respublicas, seu Magistratus in terris suis alium Superiorem non agnoscentes, aut eos, qui à summis Principibus privilegio, aut legitima consuetudine jam præscripta, facultatem hanc tributa & vectigalia imponendi, consecuti sunt. Vide *caput super quibusdam de verborum significat.* Adeoque qui absque legitima auctoritate ejusmodi nova tributa, vectigalia

galia, gabellas in terris suis imponunt; præter peccatum gravissimum, & summè noxium Reipublicæ, quippe omnes injustè lædentes, & certissimam obligationem restituendi, ipso facto incurrunt excommunicationem latæ sententiæ in Bulla Cœnæ, quam latè explicans *Alphonsus de Castro*, Navar. *c.* 27. *n.* 61. Cautissimè hîc procedant Confessarii circa telonarios, & similes officiales, qui inscio principe propria auctoritate certas expensiones sibi exigunt, & in consuetudinem deducunt, nunquam, aut difficulter abrogandam. Expertus loquor. Quamvis tamen aliquando excusari videantur ob justam causam vel compensationis ob defectum stipendii, vel extra ordinarii laboris, & molestiæ: vel quod homines benevolentia, vel gratitudine ultrò liberaliter donare videantur, omnia tamen periculosa, & cautè trutinanda à Confessario.

II. *Justa causa* exigendi ac imponendi tributa, & vectigalia, est. 1. Sustentatio Principis, vel Magistratûs considerato statu, dignitate ac meritis ejus in rempublicam. 2. Necessitas, vel magna utilitas Reipublicæ; cui alia ratione subveniri non potest, nisi subsidio ejusmodi tributorum, & exactionum, quatenus tamen opus & necessarium; adeò ut si causa necessitatis, vel utilitatis perpetua sit, v. g. conservatio murorum, pontium, custodia civitatis &c. exactio perpetuet: sin verò temporalis tantùm, tempore belli defensio contra hostem, reparatio destructorum per hostes, ea cessante, etiam exactio cesset: juxta communem 145

& certam DD. Sententiam *Cajetani*. *Angeli*, *Leſſii*, *Navarr.* apud Laym. *hic l. 3. tr. 3. c. 3. n. 2.* quem vide. 3. Id maximum locum habet in vectigalibus & tributis, quorum cauſa facilè cognoſci poteſt. Quòd ſi verò tributum antiquum fuerit, quod à tempore immemoriali ſine murmure, & querela à populo exactum fuit, præſumptio erit pro juſtitia cauſæ, ac tituli; adeò ut quamvis conſtet primam cauſam exigendi ceſsâſſe, præſumendum tamen ſit, aliam locò ejus ſucceſſiſſe, v.g. reſtauratio ærarii exhauſti, merita ſingularia Principis &c. uti ex communi notat Laym. *ibid. n. 2.* 4. Licèt autem ſæpè contingat, ut ceſſante cauſa una extraordinaria tributi antea impoſiti ejus loco alia neceſſitas occurrat, ob quam priùs illud tributum adhuc durare poſſit, ac debeat, quòd ſi tamen ſufficiat, nec debet, nec poteſt Princeps juſtè aliud novum tributum imponere ejus occaſione, ut prô! paſſim fit, nemine audente contradicere. Absque ergo ejusmodi juſta cauſa tributa imponentes, continuantes, augentes &c. ſine dubio graviſſimè peccant, & ad reſtitutionem obligantur ut raptores, ſaltem diminutione aliorum tributorum, ſi ærarium aliunde ſufficiat. Omnia certa apud omnes quoad doctrinam, ſed valdè perverſa in praxi. Vide *Laym.* cit. & Lugo *diſp. 36. Sect. 4.*

146 III. *Modus debitus* imponendi tributum eſt, ut exactio ſit moderata & juxta menſuram cauſæ, vel neceſſitatis, ob quam contribui debet, & ſecundùm proportionem facultatum ſingulorum,

ut non alii plùs, alii minùs graventur, quàm justum sit. Idemque dicendum de compulsione civium ad mutuandum Principi ob ejusmodi causas. Cajetanus v, *vectigalia*, aliam hic addit conditionem ex parte materiæ, ut scilicet vectigal non imponatur in iis rebus, quæ necessariæ sunt ad familiam alendam, vel agrum colendum, sed in iis rebus, quæ negotiationis causâ invehuntur, & emuntur, & venduntur; juxta *L. universim C. de vectigal*: quæ conditio licèt æquissima sit, & alicubi servetur, contrarium tamen ob justam causam statui potest, & defactò introductum est, ut contra *Angelum* notant DD. communiter *Nav. Sylvester, Lessius, Laym. & alii cit.*

IV. *Persona subdita*: tributa enim & vectiga- 147
lia justè exigi possunt directè à solis subditis, cum tributa pendere maximè sit signum subjectionis, ut indicat Apostolus *ad Roman.* 13. Datur enim id Principi, ut suum, ac Reipublicæ statum tueri possit; quod utique eorum tantùm interest, qui ejusdem Reipublicæ membra, adeoque subditi sunt. Indirectè verò, & per accidens, etiam exiguntur ab externis: nam imprimis invehentes merces in Regionem coguntur vectigal solvere propter concessum jus mercimonii, quæ tamen exactio quoad effectum in subditos redundat, quibus tantò cariùs merces posteà venduntur. *Deinde* qui merces ex provincia evehunt, coguntur solvere vectigal, partim propter dictum jus mercimonii ipsis in ea Provincia concessum, partim propter expensas pontium ac viarum, & securitatis præstandæ obligatio-

gationem, quæ domino loci incumbunt. *Ulterius*, si vectigal, vel similis exactio imposita sit super vino, frumento, & his similibus fructibus, ac mercibus, quæ in ea Regione, vel civitate venduntur, tunc etiam extranei, sicut & Clerici indirectè gravantur: ut si ibi emere velint, pari cum incolis & laicis jure utantur, ut cum aliis notat *Leym. cit.*

148 His ergo conditionibus concurrentibus licita, & justa est exactio tributorum, gabellarum &c. *Ratio clara est*: cùm enim Principi ex officio incumbat administrare Rempublicam, curare bonum commune, communibus necessitatibus, ac utilitatibus prospicere &c. quæ absque sumptibus præstare non potest: nec sumptus sufficienter suppetunt, nisi mediantibus ejusmodi tributis, & vectigalibus, jure potest Princeps, vel Magistratus exigere illa, quatenus ad ipsiusmet, & officialium suorum competentem sustentationem, & necessitates vel utilitates publicas curandas necessarium, & sufficiens est: quæ quidem decernere ad Consiliarios, subinde & Confessarios Principum spectat, gravissimè oneratis eorum conscientiis.

149 Quæstio nunc communissima, & in quotidiana praxi summè necessaria est, quando subditi obligentur ejusmodi tributa, vectigalia, gabellas &c. solvere Principi, vel Magistratui, an in conscientia, ex justitia sub mortali, sic ut ea defraudantes peccent contra justitiam, & ad restitutionem obligentur? Est Sententia satis multorum, & gravium Doctorum, subditos non obligari in foro con-

conſcientiæ ſolvere ejusmodi tributa, antequam petantur ab exactoribus. Ita *Angelus*, *Tabiena*. *Navar. Sotus*, & alii apud citandos, & probabilem cenſent *Leſſius*. Bonacina *de contract. diſp.* 2. *q.* 9. *punct.* 1. Saltem pœnitentes non eſſe cogendos in conſcientia ad reſtitutionem poſt factum cenſet Sa*v. gabella n.* 6. & Malderus *tr.* 5. *c.* 6. *dub.* 15. Saltem quoad gabellas pro rebus uſualibus excuſari à mortali, & onere reſtitutionis conſentiunt *Navar. Cajetanus. Leſſius. Molina. Bonacina*. Ratio horum Doctorum eſt. Quia lex pœnalis non obligat in conſcientia, niſi ad pœnam poſt Judicis condemnationem; ſed lex vectigalium ſolvendorum pœnalis eſt: Magiſtratûs enim intentio eſſe videtur, ut ſubditi, vel negotiatores aut vectigal ſolvant, aut ſi non ſolviſſe deprehenduntur, pœnam ſolvant; quæ communiter debet eſſe pœna commiſſi, vel caducitatis, ſeu confiſcationis mercis: nec per hoc derogatur bono communi; nam unus defraudans comprehenſus abundè ſolvet pro viginti occultè elapſis. Quæ ſententia licet per accidens, & in praxi plerumque vera ſit, ut patebit, tamen per ſe, & ex natura rei loquendo, dicimus:

§. II.

Ea, ſi juſta ſint, ſubditi, imò & reſpectivè extranei, tenentur ſolvere in conſcientia, etiam antequam petantur.

HÆc eſt communior, & re ipſa vera Senten- 156
tia DD. *Alphonſ. à Caſtro. Gabriel. Sylveſter.*

ster. Covarr. Cajetanus. Medina. Sotus. Sayrus. Cordubа. Turrianus. Vega, aliisque congestis Suarez *lib. 5. de legibus c.* 18. Vasquez *de restit. c. 6. §. 3. dub. 2. Sanchez.* Molina *cit. disp. 674.* Lessius *cit. c. 33. dub. 8.* Laym. *lib. 3. tr. 3. c. 3. n. 5.* Lugo *sect. 4.* Diana *p. 1. tr. de legibus resolut. 19.* Sumitur ex Scriptura in his supponente, vel indicante debitum conscientiæ, ad Rom. 13. *Idèo enim & tributa præstatis: ministri enim Dei sunt in hoc ipsum servientes. Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal.* Et Matth. 21. Christus ostenso sibi numismate censûs, dixit. *Reddite ergò Cæsari, quæ sunt Cæsaris, & quæ sunt Dei, Deo.* Ipsoque exemplo suo docuit Matth. 22. prò se & Petro tributum solvens. *Ratio* certè manifesta est: nam justitia commutativa obligat semper in conscientia, etiam antequam debitum petatur: atqui justa tributa, & vectigalia sunt debita Principi, vel Magistratui ex justitia commutativa, tanquam jure naturæ debitum stipendium ad suum statum, & bonum publicum sustinendum: etenim justitia commutativa postulat Principi seu Magistratui publica onera compensari ab iis, quorum gratiâ sustinet ea; quod licet directè, & per se solùm concernat subditos, tamen indirectè, & per accidens etiam spectat ad extraneos, ut suprà dictum est. Et quamvis quantitas, & munus tributi pendendi non jure naturæ, sed lege positiva Principis taxetur, posita tamen ex justa taxatione, tributum taxatum jure naturæ debetur Principi, vel Magistratui.

Quòd

Quòd optimè confirmat & declarat Vasquez exemplo decimarum: quo, cum fideles jure naturæ teneantur Ministris Ecclesiæ stipendium ad eorum sustentationem, etsi jure naturæ determinatum non sit, postquam tamen Ecclesia eam quantitatem, scilicet decimam partem fructuum, determinavit, jam jure naturæ, & in conscientia debentur decimæ Ministris Ecclesiæ: ergò justa tributa, vectigalia, gabellæ &c. Solvenda sunt Principi, vel Magistratùi in foro conscientiæ, etiam antequam per exactores exigantur; adeò ut peccent mortaliter, non tantùm qui ea defraudant notabiliter, occultando, vel subducendo merces ex industria, aliisque fraudibus utuntur ad subterfugiendam tributi solutionem; sed etiam qui ultrò non indicant secundùm legem vel consuetudinem loci; ut nimirum ea solvantur, etiam non petita. Secus esset, si lex, vel consuetudo loci obtineret, ut certa tributa, vel vectigalia solvantur tantùm exactoribus petentibus. Neque solùm peccant ipsimet defraudantes, vel non solventes justa tributa, & vectigalia, sed etiam ad id cooperantes, & specialiter ipsi exactores absque justa causa non exigentes, dissimulantes, non accusantes eos, qui ita injustè defraudant.

Sed quid dicendum de mentibus ab iis, quos 151
sciunt defraudare, vel non solvere vectigalia, aut gabellas, & tamen nihil viliùs vendentes? R. cum distinctione: *aut* enim talis emptor positivè cooperatur ad defraudationem gabellæ, utpote suadendo, ut mercem sibi occultè, & ideò viliùs vendat,

dat, juvando merces secretò deportare, & subdu-cere teloniis, seu dominis publicis, vel exactori-bus: & tunc, quia talis venditori positivè coope-ratur ad fraudem, & damnum Principis, sine du-bio peccat contra justitiam, & venditore non re-stituente, ipse secundo loco ad restitutionem obli-gatur. Et hoc sensu intelligendi sunt Doctores id absolutè affirmantes. *Aut* talis emptor positi-vè nullo modo cooperatur ad defraudationem vectigalium, sed simpliciter emit, etsi probè scias, venditorem non solvere, vel non soluturum gabel-las, etiamsi is merces occultè in domum tuam im-portet, & emendas feras, & bene scias, eum id facere animo non solvendi gabellas, dummodò se-cretè non procures, sed simpliciter emas, per se loquendo non peccas contra justitiam, neque ad restitutionem obligaris in defectum venditoris; quia tua emptione non positivè, sed tantùm nega-tivè, & materialiter cooperaris ad fraudem alie-rius; quippè cùm stante tua emptione venditori adhuc liberum sit solvere gabellas: neque tibi ex ju-stitia incumbit venditorem cogere, vel monere ad solvendum; aut non solventis fraudem aperire, vel deferre Magistratui, ut supponimus. Et *Ratio prioris est*; quia debitum vectigalium non est onus simpliciter reale, & ipsis mercibus affixum abso-lutè; cùm Princeps defacto non comparârit domi-nium mercis in toto, vel in parte (unde aliud est de emente rem alienam, vel furtivam.) sed est onus reale simul, & personale; scilicet debitum quidem de tali re, at non à quovis habente illam rem,

rem, sed à solo venditore solvendum secundùm leges: ergo qui venditori non cooperatur ad fraudulentam venditionem subtractis gabellis, sed simpliciter emit, nec contra justitiam peccâsse, nec restitutioni obnoxius censeri debet. Dixi autem *per se loquendo.* Aliud enim esset, si emptor adverteret ex ejusmodi frequentatis emptionibus occultis, & fraudulentis, aliis passim exemplum suum sequentibus, Principi, vel Reipublicæ grave damnum emergere: tunc enim contra justitiam, & pro rata sua restituere teneretur. Atque hoc sensu intelligendus est Sanchez, & alii absolutè negantes tales emptores debere restituere; ut optimè explicat Lugo *cit. sect.* 4. *án.* 65.

§. III.

Secus, si constet, ea injusta esse.

QUando nimirum aut certò constat, aut proba- 152
biliter existimatur vectigal injustum esse in toto, vel in parte; utpote quia noviter impositum absque satis nota auctoritate, vel causa justa; quia fama & persuasio in populo est (ut revera est his temporibus) tributa sub prætextu alicujus necessitatis imposita, in non necessarios usus converti, vel asservari, aut certè longè majori quantitate exigi, quàm necessitas, vel justa causa postulet, reliquo in privatos usus converso: tunc secundùm omnes, solutionem in toto, vel in parte subterfugere, aut etiam occulta compensatione uti, licitum & justum erit, modò semper absit scandalum item mendacium, & perjurium, quæ nunquam

licita sunt: ita post alios *Molina Layman. Lugo citt.* Ratio manifesta est: quia cuivis jure naturæ concessum est injuriam, & damnum suum injustum impedire, vel resarcire, quatenus licitè fieri potest: sed eo casu exactionis injustorum tributorum, injuriam, & damnum injustum patiuntur subditi, quod alia ratione impedire non possunt, nisi subterfugiendo solutionem, vel si jam solvere coacti sint, occultè compensando: ergò licitum, & justum erit, secluso scandalo, vel alio peccato.

153 At quid dicendum in dubio, quando verè dubitatur de justitia tributorum, vectigalium, vel gabellæ alicujus; sive dubio negativo, dum scilicet simpliciter dubitatur de justitia vectigalis absque eo, quòd sit aliqua ratio probabilis pro, aut contra: sive dubio positivo, dum dubitatur, an justa sint, ex eo quòd pro utraque parte sint rationes probabiles: eritne adhuc obligatio solvendi? Tributum adhuc solvendum esse affirmant *Sotus, Lessius, Malderus*, alii apud *Sanchez*, & *Lugo*. Ratio est: quia in dubio justitiæ legis, sententiæ, vel præcepti, est præsumendum pro justitia, & parendum legislatori, Judici, Superiori, secundùm communem in materia de legibus, & conscientia dubia: in proposito autem princeps, vel Magistratus est legislator, Judex, & Superior: ergo in dubio, an justa tributa vel vectigalia exigat, pro justitia, & pro ipso præsumendum, eique parendum erit. Sententia utique tutior. Ita nos dicimus denique.

§. VI.

§. IV.

Et probabiliſſimé etiam, quando de eorum juſtitia dubitatur.

VErior, & in praxi tuta videtur oppoſita com- 154
munis DD. Sententia negans, in tali dubio eſſe obligationem ſolvendi tributa, ſi poſt diligentem inquiſitionem dubium perſeveret. Ita *Cajetanus*, *Sylveſter*, *Medina*, *Armilla*, *Gabriel*, *Corduba*, aliisque plurimis citt. Sanchez. *lib.* 6. *moral. c.* 4. Azorius *p.* 3. *c.* 22. *q.* 7. Diana *p.* 7. *tract.* 17. *reſol.* 59. Lugo *diſp.* 36. *ſect.* 6. Et conſentit Molina *cit. diſp.* 644. Ratio fortis eſt: quia in dubio debiti melior eſt conditio poſſidentis; & ei, qui petit, incumbit probatio debiti: atqui in propoſito ſubditus poſſidet res ſuas, & Princeps petit tributum ut debitum: ergò quousque probetur juſtitia tributi, ſubditus non tenetur ſolvere. Unde & *in cap. provexit de cenſibus*, dicitur, in omni cenſu vel tributo oportere, ut ad quid, & quando perſolvi debeat, præſciatur. Ad rationem oppoſitam facilè R. parendum quidem eſſe, & præſumendum pro Principe, legislatore, Judice, Superiore, ſed excepto eo caſu, quo agitur de intereſſe, aut ipſius Superioris, qui tunc præſumi poteſt partialis; aut de intereſſe ipſius inferioris, ſeu ſubditi, cujus rem ſuam poſſidentis meliori conditioni præjudicari non debet.

Cæterum rectè notant DD. *citt.* & ex aliis Laym. 155
cit. lib. 3. *tr.* 3. *c.* 3. *n.* 6. quòd licet exiſtant ejusmodi dubia publica de juſtitia ſolvendi, ſubditus

licitè subterfugere possit. Officiales tamen; si præceptum exigendi commodè declinare non possint, justè exigunt. Quia quamdiu non adest certitudo moralis de injustitia causæ, præsumere possunt Officiales, quòd Princeps ita præcipiens, justam habeat causam ipsis incognitam, prout in simili de subditis in bello dubio militantibus supra suo loco dictum. Alia est ratio de Consiliariis Principum, ad quos pertinet de justitia tributi cognoscere: hi enim non possunt Principi consulere, suadere, vel approbare tributi impositionem, vel exactionem, nisi affirmativè cognoscant, saltem probabilitatem justæ causæ, uti cum *Vasquez* rectè notat *Laym. cit.* Similiter in dubio positivo de justitia tributi, cùm scilicet utrinque sunt rationes probabiles, fieri potest, ut & Princeps justè, ac licitè exigat, & subditus justè & licitè neget, vel subterfugiat tributum: quia uterque sequitur sententiam probabilem. Et hac ratione dari potest bellum justum ex utraque parte propter ignorantiam veritatis ex una parte, & rationes utrinque probabiles. *Sanchez*, *Lugo*, *Diana. cit.*

156 Denique pro praxi Confessarii, omninò placet consilium *Molina cit.* valdè laudatum à Cardinali de Lugo dicta *disput. 36. sect. 4. n. 43.* Quòd quando evidenter, vel satis probabiliter non constat de justitia tributi, vel vectigalis, ante factum populum semper monendum esse, & consulendum pœnitentibus, ut tributa solvant, & non defraudent, ut sic Reipublicæ pax: & Principibus debi-

ta ob-

ta obedientia, ac reverentia conservetur: alioquin semel laxatâ conscientiâ homines avari sine dubio valdè exorbitarent, & abuterentur, cum gravissimo Reipublicæ, & Principum damno: post factum autem, & defraudatum jam tributum, si pœnitens certò, vel probabiliter sibi persuadeat, in tanta nostri temporis tributorum multitudine, & varietate, esse aliquid injustum, vel nimium, quòd ipse solvat, vel multitudinem ipsam nimiam esse, & excessivam; per se considerata qualitate suæ personæ, & negotiationis, reliquis suis tributis omninò sufficienter contribuere pro sua persona, quantum justitia exigit ad Principis & Reipublicæ necessitates, non esse cogendum à Confessario ad restitutionem, sed omninò dissimulandum. Quod à fortiori docent omnes DD. oppositæ Sententiæ. *Ratio est*: quia cum tot conditiones requirantur ad justum tributum imponendum, vel augendum, in tanta tributorum multitudine meritò præsumitur, multa esse incerta & dubia, quæ fraudare, etsi non sit suadendum, certè tamen etiam compensare non sunt cogendi miseri pœnitentes. Et sanè nimis grave redderetur Sacramentum Pœnitentiæ, & viam salutis multis præcluderet, qui esto à Confessariis moneantur, non tamen restituent, adeoque æternæ damnationis periculo se se exponent. Ego jam à quadraginta & amplius annis, non nisi, quantùm memini, quinquies justam causam restituendi reperi.

APPENDIX
Crimina falsi.

SUMMARIUM.

158. Crimen falsi quid?
159. Quadrupliciter committitur, falsificando I. res.
160. II. Instrumenta, (testamentum, codicillum, chyrographum)
161. III. Litteras; imitando, aperiendo &c. Casus notabilis 162.)
163 IV. Monetas.
164. Quæ omnia sunt mortalia ex genere suo,
165. Cum obligatione restituendi damna inde illata.

ASSERTIO X.

157 *CRimen falsi est perversio veritatis cum dolo & alterius jactura: quoad materiam præsertim hoc septimum Præceptum concernentem, quadrupliciter potissimùm committitur: Falsificando res, instrumenta, litteras, monetas: omnia mortalia ex genere suo: cum obligatione restituendi damna illata vel inde secuta proximo.* Est tota nimis certa apud omnes.

§. I.

Est perversio veritatis cum dolo, & alterius jactura.

158 CRimen falsi tria essentialiter includit, veritatis perversionem: dolum operantis: damnum alteri inde proveniens. Res clara erit in Exemplis mox afferendis: & quia illud damnum plerumque est in bonis fortunæ, ut patebit iisdem exem-

exemplis, ideo hoc crimen communiter refertur ad septimum Præceptum: si verò esset damnum in bonis corporis, ut si Judex pro reo necando clam dimisso substitueret alium innocentem &c. ad quintum: in bonis famæ, ad octavum præceptum referendum esset, uti sunt crimina falsi eorum, qui falsum testimonium proferunt, testem falsum in judicio producunt, Judicem corrumpunt: item Advocati partis suæ causam parti adversæ prodentes. *Lege* 1. *& sequentibus ff. de crimine falsi.* Nunc sistendo in materia septimi Præcepti.

§. II.

Quoad materiam quadrupliciter potissimùm committitur.

I. CRimina falsi falsificando *res* committunt. 159
I. Venditores, qui falsis vel falsatis ponderibus, & mensuris utuntur, aut materiam adulterinam minùs utilem mercibus admiscent. II. Qui alienum partum alicui supponit. III. Qui signum adulterinum facit, vel sculpit. *L. penult. ad legem Corneliam de falsis.*

II. Crimina falsi falsificando *instrumenta*, com- 160
mittunt, qui testamentum, codicillum, chyrographum, aliùdve instrumentum, vel scripturam immutant, suppprimunt, lacerant, rasurâ falsant, signum amovent. Item qui ejusmodi instrumenta adulterina confingunt, & pro veris supponunt. *L. cit. ff. & cap. ad legem Corneliam de falsis.*

Sed quæstio hic delicata incidit, utrum, amissa

scripturâ, instrumento, chyrographo de hæreditate, nobilitate, legitimatione, & maximè de debito aliquo magni momenti &c. liceat similem novam scripturam conficere in suum commodum tantùm citra alterius injuriam: aut si quis conveniatur de mutuo accepto, vel alio debito, quod jam legitimè solverat, sed aliter probare non potest, liceat instrumentum factæ solutionis confingere sine crimine falsi? R. Simpliciter non licere. Ita ex communi Layman. *lib. 3. tract. 3. cap. 4. num. 1.* Ratio est: quia licèt non sit crimen falsi contra justitiam particularem, & commutativam, quia nemini jus suum læditur, unde nec aliqua restitutionis obligatio inde contrahitur: est tamen crimen falsi contra virtutem veritatis, & justitiam legalem: est enim mendacium ex se periculosum Reipublicæ; unde & legibus severè prohibetur: & cùm prohibitio justa sit, etiam in conscientia obligat. Neque urget ratio proprii damni evitandi, cum talis jure possessionis se tueatur, & probatio adversario incumbat. Quamvis in his bona fides facilè à mortali excusare possit, præsertim verè urgente damno proprio.

161 III. Crimina falsi falsificando litteras committuntur non tantùm, etsi principaliter, imitando alterius manum, vel chyrographum *L. quid sit ff. ad Legem Juliam*; sed etiam ab eo, qui alienas litteras dolosè aperit, & legit, cum ejusdem, vel tertii damno, & injuria: & si litteræ fuerint Papales, incurritur excommunicatio reservata summo Pontifici non tantùm in Bulla Cœnæ, sed etiam

etiam in jure communi *cap. ad falsariorum de criminis falsi.* Et si in Religionibus litteræ sint à Superiore ad subditos, aut viciſſim, est casus reservatus in decreto Clementis VIII. Dico autem, qui dolosè aperit. Secùs si casu fiat, aut justa causa aperiendi subsit; ut jure belli, aut justæ defensionis gratiâ contra inimicum insidias molientem, ut notat Navarr. *cap.* 18. *num.* 53. aut si Magistratus, Prælatus, Paterfamilias suspicentur, aliquid mali patrandi in litteris contineri: aut quando Religionis status licentiam aperiendi litteras Regularium Prælato tribuunt, ut ferè in omnibus Religionibus fit.

Occurrit hic rursus scrupulus. Quid si aliquis 162
litteras alicujus momenti, quas multum refert secretas esse, in publicum abjiciat laceratas: alius verò reperta & collecta fragmenta legit in suum commodum, seu inde sibi prospicit: peccabítne talis crimine falsi, vel aliter? Casus singuleris contigit Venetiis. Mercator acceptas litteras ex Oriente significantes de futura penuria aromatum, laceratas abjecit, has repertas collegit alius mercator, & statim copiam aromatum coëmendo illum prævenit, eique lucrum eripuit. Quæritur utrum injuriam illi intulerit? R. negativè cum Sylvestro V. *emptio*, & Laym. *cit. cap.* 4. *num.* 4. Ratio est: quia mercator cum litteras laceratas abjecit, & verè pro derelictis habuit, hoc ipso omnibus colligendi, legendi, & in suum commodum utendi potestatem fecisse censendus est. Et rectè dixit Sylvester cit. *Si quis litteras in publicum*

abjectas legit solùm, ut sciat, curiositas est, si ut sibi provideat, commodisque suis studeat, humana, non vitiosa prudentia est. Quod si abjiciens inde damnum incurrat, sibi imputet. Tenebitur tamen talis ex Charitate, imò etiam ex justitia ejusmodi litteras apertas non ostendere aliis, quos intelligit, eâ notitiâ usuros esse in damnum injustum alterius; maximè, si alterius fama inde patiatur. Quemadmodum si Titio hominem quærenti ad necem injustam, tu locum ostendas, ubi latitet, homicidio cooperari censeberis.

163 IV. Crimina falsi falsificando *monetas* committunt. I. Qui monetas etiam synceras cudunt, non habentes auctoritatem *L. 1. & 2. Cap. de falsa moneta.* Quia nimirum usurpat jus Principis cum ejus injuria, & damno; inde enim efficitur, ut ejus monetæ non tanto numero expendantur. II. Qui falsam monetam cudunt, utpote materiâ adulterina, vel pondere iniquo. III. Qui de justo pondere monetæ detrahunt abscindendo, radendo *L. quicunque ff. ad legem Corneliam.* Addit Laym. *cit. cap. 5. n. 5.* etiam id, quod justum pondus monetæ excedit, privata auctoritate abscindentes peccare, & ut falsarios puniri posse; Quia monetæ publicæ privata auctoritate detrahit cum damno Communitatis, quæ, cùm æquè sint multæ monetæ deficientes, quàm excedentes in pondere, injustè illo ab alio privatur. IV. Qui adulterinæ materiæ nummos cupreos, stanneos, plumbeos tingunt, ut appareant aureæ, vel argenteæ *L. cit. quicunque.* Quòd si tamen quis monetam publi-

publica auctoritate cusam admixto cupro, quo apparente non libenter recipiuntur, argento vivo, vel sale madefactam illiniat, ut facilius expendat, non erit damnandus peccati saltem gravis: ut notat *Laym. ibid.* V. etiam qui falsas monetas cupreas, stanneas &c. scienter expendunt, non obstante, quod antea & ipsi iis ab aliis decepti fuerint. Excommuni Navarr. *cap.* 16. *num.* 167. apud Laym. *cit. num.* 6. Quia nemo debet damnum proprium resarcire cum novo damno alterius innocentis. Quin etiam, si quis ignoranter seu bona fide dederit alteri, tenetur tamen ei ad restitutionem, qui læsus fuit, ut habet communis doctrina. At quid si quis nummum adulterinnum v. g. talerum plumbeum alteri donet, vel det, quem scit eo animo accipere, ut alterum decipiat? R. Eum peccare, eo quòd cooperetur ad falsationes multas inde secuturas, saltem peccatô scandali, non item injustitiæ, nisi ita cooperatus esset ad aliquem decipiendum.

§. III.

Omnia mortalia ex genere suo.

NImirum & ratione falsitatis pernicioſæ Rei-164
publicæ, & ratione damni injustè illati proximo; cùm dolosam injustitiam contineat. Adde, aut saltem ratione inobedientiæ, ut si Religiosus falsificet sigillum Prælati ad evagandum extra Monasterium: casus reservatus in supra dictis. Dico tamen *ex genere suo*: nam à mortali excusat, ac veniale reddit & levitas agentis, & parvitas mate-

materiæ, seu damni illati, uti apud omnes in confesso est.

§. IV.

Cum obligatione restituendi damna illata, vel inde secuta proximo.

165 CErtum apud omnes, & liquidum ex terminis. Neque de his, & restitutione ex injusta læsione proximi in bonis fortunæ aliquid speciale dicendum supereſt, præter omnia dicta tract. 4. generaliter *de restitutione in communi*: & specialiter *de restitutione debita ex delicto formali, ratione injustè acceptionis à possessore malæ fidei.* Atque hactenus dicta equidem sufficerent quoad materiam directam septimi Præcepti, quatenus negativum est: *Non furtum facies*: verùm idem Præceptum, ut initio prænotavi, implicitè & virtualiter simul affirmativum est, præcipiens jus suum cuique restituendum, vel reddendum: & sic latissimè patens, pro necessaria, & utilissima praxi tam intra, quam extra Confessionale plenam sui explicationem petit ex universa ferè materia de Jure & Justitia. Cum igitur successus hactenus non valde displicuerit, hic tandem finiatur, & pro necessario complemento, in nomine Domini mox etiam sequatur Tractatus sextus, & ultimus.

INDEX

INDEX

Rerum notabilium in hoc V. Tractatu contentarum.

Numerus paginam demonstrat.

A.

Acceptio personarum & munerum 711. *sqq.*

Acceptio generaliter locum habet in administratione justitiæ distributivæ 712. Et specialiter in collatione beneficiorum, & officiorum, in judiciis, & distributione honorum 714. *sq.*

Acceptio personatum est peccatum ex genere suo mortale 716. *sqq.* præsertim si officia, vel beneficia conferantur indignis. 717. *sqq.*

Acceptum munerum quid 722.

Acceptare munera gratis oblata ob opus ex justitia debitum, an & quando licitum? 723. *sqq.*

Acceptare munera ex pacto ob opus ex justitia debitum mortale est, & restitutioni obnoxium 726. *sqq.* nisi justa causa excuset, quæ & quando talis 728. *sq.*

Accepta ob opus ex alia virtute debitum, licitè accipiuntur, & retinentur 729. *sqq.*

Accepta ob turpem causam, vel opus turpe *patrandum*, ante ejus impletionem licitè retineri non possunt 732. post opus verò turpe jam impletum, proprium pactum licitè accipitur, vel jam ante datum, retinetur 733.

Exempla varia, de meretrice, adultera, Judice, sicario &c. 734. *sqq.*

Accepta per occultam compensationem 676. *sqq.*

Accepta propter necessitatem 694. *sqq.* vide *necessitas.*

Ab amasio accipere munera, an & quando Virgo licitè possit? 740. *sq.*

Audiens detrahentem quando peccet? 680. *sqq.*

Auxilians positivè ad homicidium 342. *sqq.* vide *de irregul. cooperant.*

Bellum

B.

BEllum quid, & quotuplex? 165. *sq.*
Bellum offensivum ex natura sua licitum est, si fiat I. *authoritate publica & legitima.* II. *causâ justâ.* III. *intentione recta, & IV. modo debito* 166. *sqq.*
Authoritas publica & legitima indicendi belium, penes quos resideat. 168. *sq.*
Qualiter quomodo, quando, & quibus Clericis prohibitum sit propria manu pugnare? 171. *sqq.*
Quando, & quæ sit causa justa indicendi bellum? 174. *sqq.*
Quænam sit recta & justa intentio suscipiendi bellum? 177. *sq.*
Quid agendum in causa belli utrinque probabili, vel dubia? 178. *sqq.* & difficultas præcipua est de militibus extraneis, pro quibus resolvitur pro, & contra, an scil. in bello dubio licitè militare possint extranei, & liberi? 181 *sqq.*
In bello patenter injusto nullus militare potest sive subditus, sive extraneus. 183. sicut nec ullus Catholicus licitè militare potest sub Principe, vel Republica infideli, quando prævidetur inde secutura ruina, vel damnum grave Ecclesiæ. 184.
Debitus modus exequendi bellum tria requirit.
I. *Præviam indictionem*, seu ut pars læsa petitâ prius & non nisi negata satisfactione, bellum indicat, & inferat. 185. & si, conflictu etiam aliquo commisso, pars nocens satisfactionem offerat, à bello cessandum est. 186 Quæ in persecutione belli Dux, & milites licitè facere possint. 187.
II. *Moderatam & justam pœnam:* quia pœna, quos liceat occidere? 188. *sq.* qualiter omnia ferro & igne vastare. 89. *sq.* spoliare 190. capere & in servitutem redigere? 191. *sq.*
III. *Indemnitatem innocentium:* quæ quibus debeatur, seu quibus in bello parcendum, ut innocentibus? 192. *sqq.*
Reductio omnium peccatorum belligerantium contra justitiam, & speciatim quintum Præceptum 185. seu
Quando, & qualiter peccent in bellando Principes, vel Magistratus. *ibid. & seq.* Quando & qualiter peccent belli Duces & alii belli officiales? 196. quomodo milites, & ad quid illi sub mortali obligentur? 198. *sq.*

Beny

Beneficia conferre indignis, vel dignis relictis dignioribus, quale peccatum? 717. *sqq.*

C.

CAlumnia quid? 525.
Castitas quid, & quotuplex? 476.
Causæ licitè infamandi, vel revelandi crimen alterius. 551. *sqq.*
Causæ excusantes à restitutione famæ. 556. *sqq.* vide *Restit.*
Compensatio occulta an, quando, quibus conditionibus & casibus licita sit, vel non? 678. *sqq.* modus opportunus sic compensandi, 686. *sqq.* an, & quando id possint famuli. 691 *sqq.*
Contumelia quid? 603. *sq.* est peccatum mortale ex genere suo. 636.
Ad contumeliam formalem mortalem non semper necessaria est intentio directa, sed sufficit etiam indirecta. 637. Contumelia materialis est tantùm veniale. *ibid.* vel quandoque nullum peccatum. 608.
Contumelia fit quatuor modis. 1. *verbo* 609. 2. *lusu*, seu illusione, irrisione &c. 611. *sq.* 3. *facto.* 613. & 4. *scripto.* seu libello famoso affixo, sparso &c. 614. *sq.* quovis modo fiat, est ejusdem speciei. *ibid.*
Ut illativa damni, inducit obligationem reparandi honorem 615.
Non verò ut est illativa injuriæ. 616.
Contractus damnosus quid? 629.
Crimen occultum de se fateri licet, si fiat ex motivo humilitatis, Charitatis, aut justitiæ. 493. *sq.* imò ex justitia etiam quis tenetur in duobus casibus *ibid. sq.* non aliàs, etiam in judicio interrogatus. 495.
An reus juridicè interrogatus post semiplenam probationem teneatur sub mortali fateri veritatem? *ibid.*
Crimen falsum sibi imponere, vel impositum fateri non licet. 497.
An, & quando reus ad evitanda tormenta possit fateri crimen sibi falsò impositum? 498.
An quis possit citra mortale sive falsum, sive verum alterius crimen imponere sibi, ad ipsum morte liberandum. 499.
Crimen notorium notoritate juris, facti. 543. *sq.*

An

An possit alibi narrati, aliò transferri, scribi &c. 547. sqq.

D.

Damnificatio quid? 630.
Defensio cum moderamine inculpatæ tutelæ 205. sqq.
Detractio quid? 517 sq. alia formalis, alia materialis 518. alia directa, alia indirecta 519. sq.
Detractio pura quid 525.
Detractio ut si mortalis, debet esse voluntaria perfectè. 532. sq. in materia gravi 534. quæ censeatur materia gravis ibid. quæ levis? 535.
Regula generalis, quando graviter, vel leviter peccetur in detractione 535. sq.
Dicere aliquem superbum, avarum, pigrum &c. quale peccatum? 536.
Referre crimen non nominata persona, an vel quale peccatum? 537.
An, & quale peccatum referre crimen ab aliis auditum sine propria asseveratione, vel confirmatione? &c. 538.
Quale peccatum referre crimen uni, vel alteri tantùm, non ulterius evulgaturo? 539. sq.
Detrahere defuncto in re gravi mortale est contra justitiam 540. sq.
Ut detractio sit mortalis, debet res esse occulta 541. Notorium duplex, juris, facti ibid. quando res censeatur notoria, vel adhuc occulta? 542.
Crimen notorium notoreitate juris licitè ubique evulgatur. 543. sq. Quid de notorio notoreitate facti tantùm 545. sqq. An & quando possit etiam ad alia loca transferri, scribi &c. 547.
Causæ licitè infamandi, vel revelandi crimen alterius 552. sqq.
Restitutio seu reparatio famæ, quando, qualiter, & apud quos fieri debeat? 567. sqq. vide fama.
Detrahentem audire, quando, & quale peccatum? 581. sqq. Quando audiens teneatur ipsum monere? 583. sqq.
Dispensare in irregularitate quis possit? 484. sqq. vide Irregul. dispens.
Dubium temeratium quid? 512. Dubium temeratium possitum

ivum de malo proximi est per se veniale. 512. negativum omninò nullum. 513.
Duellum propriè sumptum quid, & quæ ejus conditiones? 247. *seqq.* quando sit & dicatur duellum propriè dictum sub excommunicatione comprehensum, quando non. *ibid.* Ordinatiè, etiam authoritate publica per se semper illicitum est, 551. nisi quandoque per accidens I. ad demonstrandam veritatem. *ibid. seq.* II. ad terminandam litem. 254. *sqq.* III. ad finiendum bellum. 256. *seq.*
Duellum autem authoritate privata semper illicitum est indicere, vel acceptare 257. excepto unico casu, quo licet occidere injustum aggressorem ob necessariam defensionem; quales recensentur quatuor. 258.
Duellum est peccatum gravissimum. 262. meritò sub excommunicatione, aliisque pœnis ab Ecclesia prohibitum. 163.
Excommunicationem duellantium incurrunt I Principes, Magistratus, Duces &c. Duella præcipientes, vel permittentes sine necessitate. II. Ipsimet duellantes. III. Provocantes, Literas provocatorias scribentes, deferentes scienter, vel oretenus denuntiantes. IV. Duellantium auxiliatores seu proximè cooperantes. & V. Omnes spectatores ex condicto cum duellantibus, ad spectandum accedentes &c. 274. *seqq.*
Enumerantur reliquæ pœnæ duellantibus decretæ. 267. *seqq.*

F.

FAma quid, & quotuplex? 486.
Famæ læsio interna per judicium temerarium, suspicionem, dubium 500 *seqq.*
Famæ læsio externa per detractionem, & calumniam. 514. *seqq.*
Famæ læsio injusta inducit obligationem justitiæ personalem. 361. & realem compensandi damna realia secuta. 562. *seq.* quæ obligatio gravis, vel levis est, pro ratione materiæ, & culpæ commissæ. 564. *seqq.*
Famæ reparatio seu restitutio quando, & qualiter fieri debeat, si crimen fuit falsum? 567. *seqq.* & qualiter, si illud fuit verum? 570. *sqq.* quibus modis? 571. *sqq.* & apud quos 576. *seq.*
Detrahentem audiens qualiter, & an peccet? 580. *seq.* quando teneatur monere, ut desistat? 582. *seq.*

Falsificare res, instrumenta, testamentum, codicillum &c. instrumoneras, litteras &c. quale peccatum? 759. *sq.*
Causæ excusantes à restitutione famæ. 586. vide *Restitutio.*
Furtum quid. 632. *sq.* Est peccatum ex genere suo mortale, 634. veniale caadit. I. tam ex parte furantis inde liberatè v. g. agentis. 635. quàm ex parte domini non multùm inviti &c. 636. & III. maximè ex patvitate materiæ. 638. *sq.* Quæ censeatur materia gravis, & quæ levis. 641. *sqq.*
Furta minuta multiplicata an, quando, & qualiter constituant peccatum mortale? 646. *sq.*
Furta minuta facta eidem ab eodem diversis. 656. & facta eidem à diversis. 659. *sq.*
Furta domesticorum. 661.
Furta uxorum. 663. *sq.* & quit ex circa bona viri facere possint. 666.
Furta filiorum familias. 669. *sqq.* Quid hi de bonis Patri subjectis facere possint. 671.
Furta Religiosorum de bonis Monasterii. 617. hi dupliciter peccant peccato furti, & proprietatis contra votum, *ibid.* quæ apud eo materia gravis vel levis? 672. *sq.* quoad esculenta & poculenta. *ibid.* an teneantur ad restitutionem. 673.
Furta famulorum, ancillarum, opificum &c. quæ apud eos materia gravis. vel levis. 674.
Furta sartorum, textorum, molitorum. 675.
Furta excusata seu accepta per occultam compensationem. 677. *sqq.* vide *Compensatio.*
Furta excusata, seu accepta propter necessitatem extremam, vel gravem. 694. *sqq.* Quæ dicatur necessitas gravis, quæ levis. 695.
In extrema necessitate potest quis licitè auferre rem alienam. 696. *sq.* à quovis talem necessitatem non patiente. 697. Imo per se loquendo etiam obligatur auferre necessaria vitæ 698. Idque, si opus sit, facere potest publicè, & per vim. 699. Aut si per se ipsum non possit, potest ejus loco alius, ex proprio subvenire non potens. *ibid.*

H.

Homicidium licitum, seu de homicidii licitis, 306. *sqq.* vide V. Occidere.

De homicidiis in bello justo. 164. *sqq.* vide V. *Bellum.*
De homicidiis per defensionem inculpatæ tutelæ. 204 *seqq.* vide V. *Occisio per defensionem.*
De homicidio in duello. 247. *sqq.* vide V. *Duellum.*
De homicidiis illicitis. 268. *seqq.* vide V *De sui ipsius occisione.*
Homicidium simplex, qualificatum quid 301 *sq.*
Homicidia qualificata seu speciales malitias habentia I. *Parricidium.* (ad quod revocantur matricidium, uxoricidium, fratricidium, sororicidium, aliotumque usque ad quartum gradum & regicidium, &c. 302. II. *Sacrilegium,* seu occisio, vel etiam mutilatio, & percussio Personæ sacræ 303. III Latrocinium, assassinium, & proditorium. 304. *sq.* & IV. Venificum, quo quis veneno, vel arte magica occiditur. 305. *sq.* horum malitia specialis in confessione necessariò explicanda est. 306.
Homicidium in bello, seditione, rixa, duello strictim explicatur 306. *sqq.* quid seditio, rixa? 307.
Homicida qualiter examinandus in Confessionali, & qualis pœnitentia ei injungenda? 308. *sqq.*
Peccata reductoria ad homicidium sub quinto Præcepto prohibita, & examinanda. 311. *sqq.*
De homicidiis voluntariis moraliter causatis, per mandatum consilium, & alias cooperationes. 324. & *sqq.* ubi resolvuntur casus varii de mandante. 232. *sqq.* & similiter de consulente. 336. *sqq.* Item consentiente. 339. *sqq.* auxiliante *positive.* 342. de pluribus eundem vulnerantibus, postea mortuum. 343. *sqq.* dante, vel vendente arma occisuro. 346. *sq.* allociante, assistente, vel comitante occisurum. 349. *sqq.* indicante, vel prodente occidendum. 350. Item non impedientibus occidere. 351. *sqq.*
De homicidiis indirectè tantùm voluntariis, seu casualibus mixtis. 371. *sqq.*
Homicidium indirectum, & casuale quid, & quotuplex? 371. *sq.* est peccatum mortale, vel veniale, pro ratione culpæ, seu negligentiæ. 373. *sqq.* absolutè irregularitatem inducens maximè intervenientè culpa gravi. 374. sive fiat ex causa positiva in re aliàs licita. 375. *sq.* Exempla varia. 376. *sq.* sive in re illicita. 378. *sq.* Exempla varia 380. *sq.* Oppositum tamen est æquè probabile. 381. *sqq.*

De

De homicidio casuali moraliter causato ex mandato, consilio &c. 386. *seqq.*

Quicunque mandans, vel consulens alteri actionem, ex qua prævidet, dubitat, suspicatur, vel prævidere deberet secuturam mortem alterius, peccat moraliter, & secuta morte fit irregularis, 387.

Resolvuntur casus varii de mandante tantùm verberare alium, 388. de mandante, vel consulente occidere. 389. *sqq.* de advocante sibi socios ad occidendum. 492. & universaliter de præcipiente, vel suadente quamcunque actionem fieri, cum præviso periculo mortis. 393. *seqq.*

Homicidium merè casuale quid? 396. *sq.* nec peccatum, nec restitutionem, nec irregularitatem inducit. 397. *seqq.* Oppositum tamen sentiunt alii quoad irregularitatem. 398. vide de *irregul. ex homicid. casual.*

Homicidium casuale ex ebrietate, furore, somno &c. 472. *seqq.* an inducat irregularitatem, casus varii. *ibid.*

Homicidium casuale ex adulterio, vel occasione adulterii commissum, quando inducat irregularitatem? 415. *seqq.*

Item quando homicidium ex rixa inchoata, vel vulnere non lethali secutum inducat obligationem restitutionis, & irregularitatem? 418. *seqq.*

Item quando homicidium casuale ex alio homicidio vel malefacto secutum, si v. g. ob homicidium, vel furtum à Petro commissum, plectatur, vel occidatur alius innocens? 430. *seqq.*

Item quid inducat homicidium casuale factum ex errore, occidendo v. g. hominem pro fera, vel unum hominem pro alio 427. *seqq.* Quid si quis percutiat, vel occidat laicum, putans esse Clericum, vel è contra, incurrítne excommunicationem? 432. *seqq.*

An, qui uno ictu, explosione, occidit, vel unâ sententiâ damnat plures, unam vel plures incurrat irregularitates? 433. *seq.*

Honor quid: ejusque species. 486. *seq.*

Honoris læsio, seu inhonoratio est duplex, negativa, & positiva. 601.

Honoris omissio, seu inhonoratio est per se tantùm venialis 601.

602. erit autem mortale, si est simul graviter contra justitiam, *ibid.* aud quando sit ex maligno affectu. 609.
Honor læsus quatuor modis restitui potest. 618. *sq.*

I.

INfamare se ipsum est *per se* tantùm veniale 489 *sq.* *per accidens* autem mortale esse potest multipliciter, 491. *sq.* crimen verum occultum de se fateri quandoq; licet, præsertim si fiat ex motivo humilitatis, Charitatis, aut justitiæ. 493. *sq.* imò ex justitia etiam tenetur quis duobus casibus tantùm, 494. non in aliis etiam interrogatus in judicio. 495. *sq.* Falsum crimen autem sibi imponere, vel impositum fateri nunquam licet, 497. An & quando id liceat ad evadenda tormenta? *ibid. sq.*
Infamatus notoriè notoreitate juris, vel facti, postquam crimen emendavit, & famam recuperavit, non potest denuò de illo infamari. 550 *sq.*
Causæ licitè infamandi, vel revelandi crimen alterius. 551. *sq.*
Quando quis ob proprium commodum, solatium, defensionem, &c. alterius crimen revelare possit. 552. *sq.*
Quando id liceat ob bonum audientium: 555. *sq.*
Et quando ob bonum ipsius delinquentis? 557.
Quando ob bonum commune Reipublicæ, vel communitatis 558.
Innocentem occidere an, & quando liceat. 125. *sq.* vide *Occidere.*
Item quid inducat homicidium casuale factum ex errore, occidendo v. g. hominem pro fera, vel unum hominem pro alio, 427 *sq.* Quid si quis percutiat, vel occidat laicum, putans esse Clericum, vel è contra, incurrítne excommunicationem? 432. *sq.*
An, qui uno ictu, explosione, occidit, vel una sententiâ damnat plures, unam vel plures incurrat irregularitates, 433. *sq.*
Inducere. juvare, vel coperati proximo ad peccatum, an, quando, & qualiter liceat citra peccatum scandali? 35. *sq.* Vide V. *Scandalum, an, quando &c.*
Innocentem occidere nulla authoritate humana per se licet. 125. per accidens autem in tribus casibus. 126. vide V, *Occidere.*

Innocentem ad mortem damnare non potest Princeps, vel Judex sive Supremus, sive inferior, qui privatâ notitiâ certò scitur innocens, 128. *sq.*

Irregularitas ex defectu lenitatis ex justitia publica.

IRregularitas generatim quid, & quotuplex? 136. *seq.*
Ex justitia publica in causa sanguinis tantùm, scil. mortis vel mutilationis effectu secuto, non verò ex alio actu quocunque judiciali, 137. *sq.* hanc irregularitatem incurrunt I. Omnis Judex Pontifice inferior 139. Laicus, Clericus, Princeps Episcopus &c. sententiam mortis vel mutilationis ferens, vel ferri jubens, aut ei ferendæ authoritatem præstans sua præsentia, 140. *sq.* II ejus Assessores, Consiliarii, & III. Omnes Ministri justitiæ, etiam satellites, *ibid.* non verò alii privati vel famuli domestici ad mera dominorum obsequia, vel Clerici, Monachi ex curiositate assistentes. 141.

Non etiam eam incurrunt Principes etiam Ecclesiastici, si jurisdictionem hanc temporalem ad causas sanguinis delegant, pro ut debent, leges etiam mortis ferunt. Judices creant, causas illas iis committunt &c. 142. aut reum, etiam Clericum ante degradatum potestati sæculari tradunt. 142. Nec Doctores, Professores, Concionatores, Confessarii, docentes vel dicentes crimen esse morte dignum &c. 143. *seq.* imò nec etiam quando Confessarius urget Judicem, ut fungatur suo officio; hortatur reum, ut crimen fateatur, justitiæ acquiescat. &c. 144. *sq.* Secus, si crimen falsò confessum revocare volentem, non permittat, dissuadeat &c, *ibid.*

Quando dictam irregularitatem incurrant accusantes, denuntiantes, vel tradentes reum, 145. *sq.* & quando, & in quibus casibus non? 146. & *sq.* Casus varii. *ibid.*

Item quando, & quinam testes eam incurrant, & qui non? 152. *sq.* Traditur regula generalis, quando accusantes, & testes non incurrant, 153. *sq.* testificans in causa sanguinis metu compulsus, probabilius incurrit. 154.

Quinam Ministri processus, & executionis eam incurrant, qui non? 155. *sq.*

Regula Antiquorum generalis, & compendiosa, quinam hanc irregularitatem incurrant, qui non? 158. *sq.*

Re-

Regulà universalis alia mitior Recentiorum. 160. *sq.*

Irregularitas ex bello justo & injusto. 199.

Irregularitatem non incurrunt militantes, & occidentes in bello justo *defensivo tantùm* 200. *sq.* In bello vero justo *offensivo* eam incurrunt omnes propria manu pugnantes, occidentes, mutilantes, vel quomodovis *directè* & *proximè* ad occisionem hominis cooperantes. 201. *sq.*

In bello autem injusto incurrunt omnes quomodolibet cooperantes, secuta occisione vel mutilatione, etiam unius tantùm hominis, licèt ipsimet nullum occidant, vel mutilent: cujusmodi etiem sunt conducentes milites, custodientes sarcinas afferentes comeatum, &c. 202. *sq.*

Clerici verò in omni bello, etiam justo, sanguinem fundentes Irregularitatem incurrunt ex defectu lenitatis. 203 *sq.*

Irregularitas ex homicidio ob defensionem facto. 239.

Ex homicidio cum moderamine inculpatæ tutelæ facto ad defensionem *Vitæ* propriæ, vel alienæ proximi innocenis, nec à Clerico, nec à Laico ulla incurritur irregularitas. 240. *sq.* Benè autem si talis occisio fiat ob solam defensionem bonorum temporalium: itemque pudicitiæ, vel honoris. 242 *sq.* Ubi tamen contrarium docent alii. 243. *sq.*

Ut verò evitetur irregularitas in occisione injusti invadris vitæ propriæ, vel proximi innocentis debet necessariò servari modo tamen inculpatæ tutelæ, ut quis scil. servare non possit. nisi occcidendo, vel mutilando. 343. *sq.*

Quòd si quis quidem fugere possit, non tamen sine dedecore & infamia gravi, sicque non fugiens occidat, an fiat irregularis, nec ne, duplex est sententia. 244. *sq.*

Quando nullo modo fugere potens occidit, distinguendum est, 245.

Irregularitas ex mutilatione sui ipsius. 299.

Ut irregularitas incurratur, debet homicidium esse perfectè voluntarium, ac liberum. 314. *sq.* directè intentum. 315. *sq.* & consummatum effectu secuto, non ante. 316. *sq.*

Irregularitas ex mutilatione, seu quæ mutilatio inducat irregularitatem. 318. *sq.*

Quodnam sit, vel dicatur propriè membrum, cujus abscissio irregularitatem inducit. 320 *seq.*

De irregularitate cooperantium. 324.

Irregularitatem incurrit mandans, esto alter sine ejus mandato adhuc occidisset, non sic consulens 327. *seq.* Mandato autem sufficienter revocato, si homicidium nihilominus fiat, mandans & à reatu homicidii, & ab irregularitate immunis erit, non sic consulens revocato suo consilio. 328. & hunc tamen æquè probabiliter liberant alii. 329 *seq.*

Casus speciales, & valde notabiles de mandante, an irregularitatem incurrat, si v. g. Mandatarius præscriptum modum non servet: vel in occidendo ex mandato non fuit motus, 332. *seq.* aut si ab initio respuat mandatum, postea vi illius occidat. 333. vel si, revocationem mandati non excepit; vel putavit revocantem non seriò loqui: vel mandati memor, sed revocationis oblitus &c. occidat. 334. *seq.* & an mandans volens, sed non potens revocare, teneatur monere occidendum? *ibid.*

Similes casus speciales, valde notabiles de consulente quoad irregularitatem. 335. *seq.*

Quando & quinam consentiens in homicidium, irregularitatem incurrat. 339. *seq.* Casus notabiles.

Omnis etiam auxilians *positivè* quomodolibet, sive propriis manibus percutiat, vulneret, &c. sive alio modo juvet, præter reatum homicidii, & obligationem restitutionis, irregularitatem incurrit. 342. Resolvuntur varii casus valde notabiles. v. g. quando plures eundem vulnera ant graviter. 343. *sq.* vel leviter postea mortuum. 344. aut unus graviter, & post tres dies alius superveniens occidit &c. quid juris in his & similibus. 345. *seq.*

An & quando fiant irregulares, qui occisuro dant, vel venundant arma pharmaca, venenum &c. 346. *sq.*

Quid de eo, qui se associat, assistit, vel comitatur occidentem. 349. *seq.*

Quid de illo, qui occisuro indicat, vel prodit occidendum? 350.

Obligati ex Charitate tantùm impedire, & non impedientes homicidium, irregularitatem non incurrunt, quacunq; causa etiam ex odio, vel vindicta &c. non impediant. 351. *sq.* Benè verò

verò obligati ex justitia impedire, si non impediant. 355. ut sunt Reges, Magistratus, Judices, Chirurgi, Advocati, Nautæ, Milites, Famuli, &c. 355. *seq.* Qui omnes præter homicidii & restitutionis reatum, probabiliuis etiam incurrunt irregularitatem. 357.

Regula probabilis Recentiorum. *ibid.*

Casus & Exempla varia maximè notanda, de omissione pura, seu purè omittente impedire, v. g. Prætore, Custode, Duce, Medico, Advocato, Judice &c 358 *sq.*

Casus & exempla alia omissionis non puræ. 360. *sq.*

De irregularitate ex homicidio dubiè patrato. 362. *seq.*

IN dubio quandocunque constat de corpore delicti, scil. de homicido secuto, & aliqua tua cooperatione, & solùm dubitatur, an illa tua actio, vel cooperatio fuerit efficax, & causa mortis, habendus es irregularis. 363. probatur variis casibus ex Jure Canonico adductis. 364. *sq.* casus varii, præsertim de abortu sic dubiè causato. *ibid. seq.*

Idque verum videtur tam de homicidio justo, quam injusto certè facto 365. *seq.* tamen etiam satis probabile est, illos Canones non debere extendi ad homicidia dubia, sed ad moraliter certò causata. 366. *seq.* minus ad mutilationem dubiam solùm 367. *seq.*

Quandocunque verò non constat de corpore delicti, scil. morte secuta, esto constet de aliqua tua cooperatione &c. non es habendus irregularis. 368. *seqq.*

Idque verum est in quovis dubio, tam facti, quàm juris. 370. *seq.*

De irregularitate ex homicidiis indirectè voluntariis, & casualibus, &c. 371. *sqq.* 386. *sqq.* 395. & 411. *sqq.*

HOmicidium indirectè voluntarium inducit irregularitatem, maximè interveniente culpa gravi. 373. *sq.* sive fiat in re licita aliàs. 375. *seqq.* sive in re illicita. 378. *sqq.* Oppositum tamen est æquè probabile. 381. *seqq.*

Mandans vel suadens actionem alteri, ex qua prævidet, dubitat, suspicatur, vel prævidere deberet, secuturam mortem al-

terius, præter peccatum mortale, morte secuta, sit irregularis 387.

Resolvuntur casus varii, de mandante tantùm verberare. 388. de mandante vel consulente occidere. 389. *sqq.* de advocante sibi socios ad occidendum. 392. *sq.* & de præcipiente, vel suadente generaliter quamcunque actionem fieri, cum præviso periculo mortis. 393. *sqq.*

An, & quando Monachi, vel Clerici chirurgiam, vel artem medicam exercentes irregularitatem contrahan? 400. *sqq.*

An, & quando Medici fiant irregulares secuta morte infirmi. 403. *sqq.* Casus varii de aliis non Medicis, potiones tamen & medicinas præbentibus. 405. *sq.*

Quando infirmarii circa infirmos peccent, & irregularitatem contrahant? 406. *sqq.*

Item quando venantes, ludentes &c. peccent, & irregularitatem incurrant, si quis eorum pereat. 408. *sqq.*

An, & quando irregularitatem incurrat, qui committit homicidium in ebrietate, furore, somno &c. 412. *sqq.*

An, & quando irregularitatem inducat homicidium commissum ex adulterio, vel occasione adulterii? 415. *sqq.*

Item an, & quando irregularitatem inducat homicidium, casuale ex rixa inchoata, vel vulnere aliàs non lethali secutum. Casus varii. 418. *sqq.*

Item an irregularitatem inducat homicidium casuale ex alio homicidio, malefacto secutum, v. g. si ob homicidium, vel furtum à Petro factum, plectatur, vel occidatur alius innocens. 422. *sqq.*

Item an irregularitatem inducat homicidium factum ex errore, occidendo, v. g. hominem pro fera, Petrum pro Paulo &c. 427. *sqq.*

An percutiens, vel occidens laicum putans esse Clericum, vel è contra, incurat excommunicationem? 429. *sq.*

An, qui uno ictu, explosione, occidit, vel unâ sententiâ damnat plures, unam, vel plures incurrat irregularitates. 433.

Irregularitatum dispensatio. 459. *seqq.*

IN omni irregularitate, tam ex homicidio licito, quàm illicito, dispensare potest summus Pontifex. 460. Isque solus jure ordinatio. *ibid.*

Epi

Episcopi autem, non quidem vi Tridentini, sed aliunde probabiliter etiam dispensare possunt. I. in irregularitate ex defectu lenitatis. 461. *sqq.* II. Præsertim contractâ ex mutilatione *injusta occulta* (non justa & ex justitia facta) 464. *sq.* ac III. etiam contracta ex homicidio occulto casuali mixto, seu indirectè tantum voluntario. 466. *sq.* non verò si sit notorium, & ad forum contentiosum jam deductum. 468. *sq.* nec in irregularitate proveniente ex quocunque, etiam occulto, homicidio voluntario. 469. *sq.* per se directè intento, & liberè facto. 470. ad ullos Ordines, etiam minores, suscipiendos, vel exercendos, aut beneficium simplex. 471. *sq.* nisi per accidens, in casu necessitatis. 472. *sq.*

Quid faciendum in praxi cum Sacerdote, qui ob occultum homicidium commissum, est irregularis. 473 *seq.*

Judicium temerarium, suspicio, dubium quid, & quomodo inter se differant. 101. *seq.* Quando adsint motiva temerè judicandi. 502. *sq.*

Judicium prudens de malo proximi per se non est peccatum. 503. *sqq.* temerarium verò mortale ex genere suo, 504. *sq.* Ut autem in individuo hîc & nunc sit mortale, debet esse firmum & deliberatum, in materia gravi, & temerè conceptum. 506. *sq.*

L.

Luxuria, ejusque species, sexto Præcepto prohibitæ. 480. *sqq.* Luxuria nono Præcepto prohibita. 481. *sq.*

M.

Mandans actionem, ex qua sequitur mors alterius. 387. Mandans homicidium, casus speciales. 332. *sqq.* vide *Irregularitas.*

Membrum, cujus abscissio inducit irregularitatem, quodnam dicatur. 320.

Meretrix an ob opus turpe pretium exigere possit. 734.

Munerum acceptio. 722. *sqq.*

Munera gratis oblata acceptare ob opus ex justitiâ debitum, an & quando licitum? 721. *sqq.*

Munera acceptare ex pacto ob opus ex justitia debitum mortale est, &

est, & restitutioni obnoxium, nisi justa causa excuset, quæ & quando talis. 726. *sqq.*

Munera accipere ab amasio, an & quando licitè possit Virgo, vel fœmina. 740 *sqq*

Mutilare se ipsum. 292. *sqq.* Vide *Occisio sui ipsius.*

N.

NEcessitas extrema, vel gravis quæ? 695.

In extrema necessitate potest quis licitè auferre rem alienam 696. *sq* à quovis talem necessitatem non patiente. 697. Imò per se loquendo etiam obligatur auferre vitæ necessaria. 698. etiam publicè, & per vim, si opus sit. *ibid.* Aut si per se non possit, ejus locò licitè aufert alius, ex proprio subvenire non potens. *ibid.*

Necessitas extrema tribuit jus egenti rem alienam faciendi suam. 700. *sq.* ideo dominus rei tenetur *ex justitia* auferentem non impedire. 702 *sq.* & insuper ex Charitate & misericordia ultrò dare. 703. cui tamen Charitatis obligationi probabiliter satisfacit, dando rem cum pacto, & obligatione restituendi. 703 *sq.*

Qui in extrema necessitate rem alienam accipit, & absumpsit, an teneatur postea restituere, si ad meliorem fortunam pervenerit? 705. *sqq.*

Quid liceat in necessitate gravi tantùm. 707.

O.

OCcidere malefactores licitum est, 108. quando eorum delicta ita merentur. 110. *sqq.* Idque authoritate publica tantùm, non privata 113. *sqq.*

An, & quando privato liceat occidere Tyrannum? 115. *sq.*

Qualis juris ordo servandus, seu quæ requirantur, ut quis licitè possit ad mortem damnari, vel occidi. 117. *sqq.*

An, quando, quibus, & qualiter occidere liceat bannitos, seu proscriptos. 119. *sqq.*

Leges civiles positivè, & approbativè permittentes matito occidere adulterum vel adulteram in flagranti deprehensam iniquæ sunt. 122. *sqq.* sunt tamen justæ negativè, quatenus tali pœnas homicidii remittunt. 124.

Occidere innocentem per se nulla authoritate humana licet, 125. per accidens autem quandoque licet *ibid.* & *seq.* tribus præsertim casibus I. quando in bello justo victoria aliter obtineri non potest, nisi simul cum nocentibus occidantur innocentes. 126. & II. quando injustum aggressorem te occisurum aliter non possis effugere, vel occidere, nisi simul occidas innocentem *ibid seq.* ac III. quando equô vectus aliter inimicum fugere non possis, nisi proculcando innocentem, infantem dormientem, claudum &c. 127. *seq.*

Non licet, nec principi, nec Judici sive supremo, sive inferiori ad mortem damnare, vel occidere, quem privata notitia certò scit esse innocentem. 128. *seqq.*

An civitas, vel Respublica possit occidere, vel caput mittere civis alicujus innocentis Tyranno aliàs excidium minitanti. 132 *sqq.* & an talis civis ille occidendus obedire teneatur 133. *seqq.*

Occisio per defensionem inculpatæ tutelæ. 204.

Defendere se cum moderamine inculpatæ tutelæ, seu talis defensio quid? & quæ ejus conditiones, ut talis sit. 205. *seqq.*

Actualem agressorem injustum vitæ propriæ 207. *seq.* quemcunque, etiam proprium patrem, filium, consanguineum Superiorem, Dominum, Principem, personam publicam quamcunque, etiam in mortali existentem, vel furiosum, amentem, ebrium &c. 209. *seq.* quicunque licitè occidere potest. 211. *sq.* Imò per se, & cæteris paribus tenetur. 212 *seq.* Opposita tamen sententia, scil. non teneri, est valdè probabilis. 213 præsertim si intercedat notabilis inæqualitas. 214.

Quid sit, aut quando quis censeatur servare moderamen inculpatæ tutelæ. 214. *seqq.*

An, & quando liceat actualem insidiatorem occisurum prævenire, & occidere. 217. *sqq.* Casus varii.

An, quando, & pro quibus bonis temporalibus conservandis liceat occidere furem, raptorem &c. 221. *sqq.*

An etiam aliquando ob proprium honorem, vel famam conservandam, liceat occidere injustum, & contumeliosum aggressorem. 226. *sqq.* Casus varii *ibid.*

An ad pudicitiam propriam, alio modo non conservandam, liceat occidere violentum aggressorem. 232. *sqq.*

An, & quando liceat occidere, vel mutilare alium, ad conservandam vitam, bona, vel pudicitiam proximi, ei succurrendo, 235. *sqq.* Exempla, & casus varii. *ibid.*

De suiipstus occisione, & mutilatione. 270.

SE ipsum directè, & voluntariè occidere nunquam licet. 271. *sq.* nullo casu, vel causa. 275 *sq.* nullàque authoritate humana, quantum vis publica, saltem probabilius. 274 *sqq.* Excepto solo casu, quo Deus juberet. 277.

Qua ratione liceat sibi mortem optare, 278. *sq.* Nec etiam indirectè licet seipsum occidere. 279. ad mortem suam cooperando proximè. 280. *sq.* se certo mortis periculo exponendo. 281. aut mortem suam permittendo, v. g. in gravi morbo, si remedia ordinaria haberi possint. 282. Ad remedia tamen extraordinaria infirmus non obligatur. 283.

Potest tamen quis quandoque per accidens admittere propriam mortem ob justam causam Charitatis, vel justitiæ. *ibid. sq.* Quando & quibus casibus ex Charitate erga Deum. 284. *sq.* Quando & quibus casibus ex Charitate erga proximum. 286. *sqq.* Quinam, & quando, obligentur ex justitia legali, & commutativa vitam exponere periculo mortis. 289. *sq.*

Qualiter, & quantum ad mortem damnatus, possit ad eam indirectè cooperari. 290. *sq.* potest licitè fugere, carcerem perfringere &c. ad quod ei etiam alii consilium, vel instrumentum dare possunt, exceptis Ministris justitiæ. 291. *sq.*

Non licet se mutilare aliquo membro per se loquendo. 292. nec etiam castrare ob commodum vocis. 294. *sq.* nisi quando conservatio vitæ propriæ & totius suppositi mutilationem alicujus membri admittit, vel exigit. 295. *sq.*

Referuntur pœnæ se occidentium. 297. *seqq.*

Irregularitas ex mutilatione sui ipsius. 299.

P.

PRæcepti quinti explicatio. 1. *sq.* & quæ illo prohibeantur: 2. *sq.*

Præcepti sexti, & noni explicatio. 475. *sq.*

Præcepti octavi explicatio. 485. *sq.*

Præcepti septimi, & decimi explicatio. 619. *sq.*

Rapina

R.

RApina quid? 628.
Reparatio famæ vel honoris. 567. *sq.*
Restitutio ex homicidio debita. 434. *sq.*
Omnis homicida, vel mutilator obligatur compensare damnum temporale ex homicidio voluntario & injusto. 436. *sq.*
Qui occidit volentem & petentem occidi, peccat quidem gravissimè contra jus Dei, ad nullam tamen restitutionem obligatur. 437. sicut nec provocatus ad duellum, si provocantem occidat. 437. *sq.* Uti nec in vasus injustè in vita, vel bonis, si invasorem occidat, etiam cum aliquali moderaminis excessu. 439. *sq.*
Pro damno personali seu vita occisi non est facienda restitutio aliqua. 441. *sq.* nisi probabiliter spiritualis. 442. *sq.* saltem post sententiam judicis 444. *sq.*
Nulla etiam facienda est restitutio pro conis spiritualibus quæ occisus reciisset imposterum. 445. *sq.*
Compensanda autem sunt omnia damna temporalia mortem læsi antecedentia. 447. *sq.*
Idque vel ipso læso morituro, vel eo mortuo proximis ejus hæredibus. 448. idem est de mutilatione, vulnetatione & quavis damnificatione corporali. 448. *sq.*
Damna temporalia homicidii, mortem subsequentia, quando quibus, & qualiter restituere teneatur occisor. 450. *sq.*
Obligatio restituendi pro damno temporali antecedente, & consequente mortem, transit ad hæredes occisoris. 455. nisi moriturus ante mortem suam ei totum remiserit. 456. si tamen possit. 457. aut nisi & ipse homicida extremo supplicio afficiatur; tunc enim probabiliter ejus hæredes liberantur ab omni obligatione restituendi loco ejus. 458. *sq.*
Restitutio famæ personalis, & realis. 561. *sq.*
Reparatio famæ quando, & qualiter fieri debeat, si crimen fuit falsum, 567. *sq.* qualiter, si fuit verum? 570. *sq.*
Quibus modis. 571. *sq.* & apud quos. 576. *sq.*
A restitutione famæ excusat. *I. Cessatio damni.* 586. ut si à principio ex detractione, vel calumnia alteri nullum secutum fuit damnum famæ, vel honoris. 587. vel postea aliâ via recupe-

tata sit. *ibid.* aut infamia jam oblivione deleta sit, 588. aut crimen illud postea aliunde patefiat. 589 *seq.*

II. Excusat remissio læsi expressa, vel tacita. 589. *seq.*

III. *Compensatio mutua*, quando teil. infamatus te vicissim infamavit, 591. *seq.* quæ tamen compensatio per se directè, & per modum compensationis licita non est. 592. *seq.* sed solùm per accidens, indirectè, & per modum defensionis 594. *seq.*

IV. Excusat *impotentia* physica, & moralis, quamdiu durat 595. *seq.* quando censeatur esse impotentia moralis. *ibid.*

Nullus tenetur famam restituere cum evidenti periculo vitæ *ibid.* vel cum notabiliter graviori detimento propriæ famæ, 597.

Nullus tenetur famam compensare pecuniâ, si aliter non possit 598. *seq.*

S.

Scandalum *activum* quid? 8. *seq.* est duplex, aliud directum, 10. aliud indirectum. 11. *seq.* quod variis modis fieri solet, dicendo, faciendo, omittendo &c. *seq.* Vtrumque tam directum, quàm indirectum est ex genere suo mortale. 14. vel etiam veniale pro ratione materiæ 15. *seq.* quomodo ex veniali fiat mortale. 16. *seq.*

Scandalum directum probabilius est peccatum speciale contra Charitatem. 17. *seq.* ideóque necessariò explicandum in Confessione una cum specie peccati, & circumstantiis personæ inductæ. vel scandalizatæ. 19. *seq.* Exempla varia. *ibid.*

Scandalum passivum est etiam duplex, datum, & acceptum. 21. Scandalum meré passivum & acceptum non semper. 23. sed aliquando solùm vitari debet. 23. aliquando autem ob justam causam permitti potest. 24. *seq.* Imò aliquando permitti etiam debet. 25. Vt quando occurrit præceptum divinum, vel humanum magis obligans ad agendum aliquid, quàm omittendum illud timore scandali passivi in aliis secuturi. Exempla varia. 25. *seq.* Vnde ob scandalum pusillorum omittenda non sunt spiritualia ad salutem necessaria. 27. Bona autem spiritualia ad salutem non necessaria ob scandalum pusillorum occultari, vel aliquantulùm differri debent, donec tradatur ratio facti. 27. *seq.* ob scandalum pusillorum bona tem-

porti

potalia quandoque dimittenda sunt, si sine gravi proprio, vel tertii incommodo fieri possit. 28. Resolvuntur varii casus circa fœminas; v. g. an matrona, vel virgo, sciens se ab aliquo turpiter amari, quoties ab eo videtur possit I. permittere se ab illo videri. 29. aut II. se videndam per fenestras præbere. 30. aut, III. prodeundo in publicum illi occasionem videndi facere. 30. *sq.* Item, qualiter, & quantum liceat fœminæ se ornare sine peccato scandali. 31. *sq.* Item, an & qualiter prævisso scandalo liceat fœminæ saltare. 33. ac an, & quos tactus permittere possit inter saltandum. 33.

An, quando, & qualiter citra peccatum scandali liceat in ducere, & cooperari ad peccatum alterius jam parati peccare, vel aliàs certò peccaturi. 35. *sq.* v. g. an jam parato 40. vel iam volenti peccare, 41. aut certò peccaturo, jejunium fracturo &c. liceat dare potum uberem, cibos vetitos &c. 42. *sq.* committuro peccatum gravius, suadere minus. 45. *sq.* Ut evitetur damnum majus, proponere minus &c. 50. *seq.* Item an liceat peccatum alterius permittere, vel ad illud ansam dare saltem ob bonum finem, ad alterius emendationem. 52. v. g. filium, servum inspectum permittere denuò furari, ei que pecuniam exponere, clavem relinquere &c. 53. uxori de adulterio suspectæ occasionem vel ansam relinquere, ut deprehensa emendetur &c. *ibid.* & *seq.*

Item, an, quando, & qualiter citra peccatum scandali, ob justam causam necessitatis, vel utilitatis liceat petere opus ab aliquo, quod is sine peccato præstare posset, etsi puteret, vel prævideatur non sine præstiturus 46. *sq.* v. g. petere Sacrum, absolutionem, vel alia Sacramenta à concubinario, vel aliàs notoriè in mortali existente, excommunicato. 59. *sq.* petere mutuum ab usurario, 60. *sq.* solutionem maleficii, 61. fæminæ adire Judicem, Magnatem, vocare Medicum &c. esto ad vertat eos inde lapsuros, vel tentandos. 63.

An citra scandali peccatum, ob cessationem lucri notabilis licitè possint hospites, caupones, coqui &c. ministrare vinum inebriatis. 64. *sq.* cibos indifferentes, etiam carnes in locis, ubi Catholici permixti sunt cum hæreticis, aut hæreticis transeuntibus per loca Catholica. 65. Opifices licitè facere, mercatores vendere, arma, fucos muliebres, taxillos, carthi-

folia &c. ad peccatum abusuris. 65. *sq.* vel artefacta ad libidinem excitantia. 67. *sq.* aut ædificare, restaurare, hæreticorum templa, Judæorum, synagogas, exstruere, vel locare domum meretrici &c. 69. *sq.* pingere, vel repræsentare valdè turpia. 70. *sq.*

Idem, an citra peccatum scandali possit debitor reddere mutuum, subditus tributum dominis immediatè abusuris. 72. Confessarius absolutionem, Parochus Eucharistiam &c. indispositis. 72. *sq.* uxor debitum marito votum castitatis habenti. 72. famuli, ancillæ heros, vel hæras juvare ad peccata, vel facere opera ad peccatum ordinata. 74. *sqq.*

Item, an, & quando liceat Christianis capris apud Turcas contra Christianos bellare, remigare, fodere, sarcinas, & arma advehere. 77. Tyranno obedire. 71. Parentibus, vel dominis in domo servare filios. vel servos lascivos, fornicantes &c. 79. offerre pecuniam pro administrandis Sacramentis necessariis Sacerdoti, vel Parocho aliter nolenti &c. 79. *sq.*

Scandalizans activè seu lædens alium in bonis animæ, tenetur ad procurandam ejus emendationem non tantùm ex Charitate. 83. *sqq.* sed probabiliter etiam ex justitia. 85. *sq.* Idque certum, si per vim, vel fraudem induxit alium ad peccatum, vel errorem in rebus fidei. 86. *sq.* ita ut talis sub mortali obligetur vim, metum, minas, imperium &c. revocare, fraudem, dolum, vel falsas persuasiones amovere. 88. ac mediis oportunis seducti emendationem procurare. 89. & si seductus inde damnum passus est, illud compensare, *ibid. sq.*

Qui verò sine vi vel fraude aliquem, vel aliàs jam paratum induxit in peccatum, non ex justitia, sed ex Charitate tantùm obligatur ad ejus emendationem. 90. *sq.*

Item quomodo peccent Parentes, consanguinei, vel quivis alii aliquem, vel aliquam à Religione, ingredienda, vel profitenda retrahentes, impedientes &c. 92. *sq.* & ad quid obligentur imprimis ipsi taliter abstracto. 94. *sq.* deinde ad quid Religioni pro abstracto ingressuro, vel professuro. 95. *sqq.* aut pro jam professo sic abstracto, 97. *sq.* ac tandem quantum, & quomodo pro his abstractis restituendum Religioni, 99. *sqq.*

An, quis

An, quomodo, & quotupliciter peccent, qui malo animo, & sine causa Novitio negant votum ad Professionem. 102. *sqq.*
Secretum sibi commissum revelans. an, quando, & qualiter peccet. 522. Quæ sint causæ justæ revelandi. 523.
Suspicio temeraria quid. 501. *sq.* est ex genere suo pecatum veniale tantum. 509. per accidens sæpe fit mortale. 510. *sq.*

T.

TEstimonium falsum. 528. quando quis teneatur testari. *ibid. sq.* Quæ causæ ob eo dando excusent. 529. *sq.*
Tributum quid, quotuplex. 742. *sq.* ut justa sint, quatuor requiruntur conditiones. 744. *sqq.* quibus habitis, licita est eorum exactio, 748. *sq.*
Tributa solvere est obligatio in conscientia, si justa sint. 749. *sqq.* secus quando constat esse injusta, vel dubitatur de eorum justitia. 753. *sqq.* Quid in his consulendum à Confessariis. 756.

V.

VIrginitas quotuplex. 476. Virgo mente solùm. 477. Virgo corpore solùm. *ibid.* & *sq.* Virgo mente & corpore &c. 478. quando amittant virginitatem, ita ut inter virgines consecrari, & velari non possint. *ibid.* & *sq.* & qualiter secus faciens peccet. *ibid. sq.*
Vectigal, Tributum, &c. quid? 742. *sq.*

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


R.P.SPURER
THEOLOGIA
MORALIS.
PARS